ter eos ⁊ pugnarēt ad inuicem: imo
ſequeretur ꝙ bonus deus alterū de
ſtrueret: ⁊ ſic remaneret ſolus. Pro
pterea reſpondetur ꝙ ſolū eſt ponē
dum vnū principiū oim creaturarū

¶ Contra iſtam reſponſionem
arguitur ſic auctoritatibus ⁊ rationi
bus quibus fulciūtur prefati mani-
chei: pria habeť Joānis. 19. inqt ſal
uator noſter. Regnū meum non eſt
de hoc mūdo. ergo diabolus eſt rex
huius mundi. Ad hoc argumentum
rñdeť ꝙ ſaluator noſter ſolum inten
debat dicere ꝙ ipſe non venerat ad
regnandum temporaliter. Contra
iſtam ſolu. arguitur. diabolus eſt pri
ceps huiꝰ mūdi. ergo diabolus crea
uit iſtum mundū. aňs ptʒ duplici au
ctoritate. Prima habeť Joānis. 12.
Nunc princeps huius mūdi eijcieť
foras: ⁊ Joānis. 14. Venit priceps
huius mundi ⁊ in me non habʒ quic
ꝙ. Ad hoc argumē. rñdeť negando
ꝯñam: ⁊ dať manifeſta inſtantia: nā
Ceſar eſt princeps hiſpanorū: non
tamen creauit hiſpanos. Cōtra iſtā
ſolu. arguitur. 2. ad Cori. 4. diabo-
lus dicitur priceps poteſtatis aeris
ergo diabolus creauit iſtū munduʒ.
Ad hanc replic. rñdeť ꝙ apl's vocat
diabolū deuʒ huius ſcli: non qꝛ crea
uit mundū: ſed qꝛ homines mūdani
venerabanť ipſuʒ tanꝙ deū. Cōtra
iſtam ſolu. arguiť. Iſte mundus eſt
malus ⁊ odiendus: iuxta diuū Joā-
nem in ſua pria canonica. ergo deꝰ
bonus non ipſum creauit. Ad hanc
replicā rñdeť negando ꝯñam: ſʒ be-
ne inferť ex illo aňte ꝙ dñs deus nō
creauit iſtū mundū ea ratione qua
eſt malus: ſed ea rōne qua eſt bonꝰ:
iuxta illud gen. 1. ca. Vidit deus cū
cta que fecerat ⁊ erant valde bona.

¶ Secundo arguitur ſic. dabi-
les ſunt duo effectus contrarij ſiue
due creature contrarie. ergo impoſ-
ſibile eſt ꝙ idem principium pduxe
rit tales creaturas contrarias: ꝯña
tenet: qꝛ effectus oppoſiti debēt ha-
bere oppoſita principia. Ad hoc ar-
gumentū rñdeť negādo ꝯñam intel
ligendo de primis principijs ⁊ vni-
uerſalibꝰ: ⁊ ad probationē negatur
aňs ⁊ datur manifeſta inſtantia de
ſole qui concurrit ad effectus cōtra-

riorum. ſ. ad albedinē cerę ⁊ nigredi
nem hominum ad liquefactionē ce-
re ⁊ iduratione luti ⁊ multi ꝗ pluref
pſit dari. Cōtra iſtā ſolu. arguit. idē
inꝗtum: idem ſemper eſt natū face
re idem: ergo implicat dn̄m deū pro
ducere effectus contrarios. Ad hāc
repli. rn̄det ꝙ illa maxima ph̄i intel
ligitur de agēte naturali ⁊ particu-
lari: ⁊ non de agente libero aut vni-
uerſali modo: dn̄s deus eſt agens li
berum ⁊ vniuerſale inſtantia ēt ptz
de ſole vt dictū ē. Cōtra iſtam ſolu.
arguitur. Teſtamentū vetus datuꝫ
eſt a diabolo. ergo diabolus eſt vnū
primū principiū: an̄s ꝓbatur. in te-
ſtamento antiquo ſunt multa que re
pugnant teſtamento nouo. ergo im
plicat ꝙ dn̄s deus dederit ambo te
ſtamenta. an̄s probat in teſtamēto
antiquo precipitur iurare: ⁊ in teſta
mento nouo prohibetur: ſimiliter in
teſtamento antiquo permittitur ha-
bere plures vxores ⁊ dare libellum
repudij: ⁊ iſta prohibent in lege euā
gelica. igitur multa ſunt in lege anti
qua que repugnant legi euangelice
Ad hanc replicā. rn̄det negādo an̄s
⁊ ad probationē negat ꝯn̄a: ⁊ ratio ē
qꝛ ſm varietatē temporum ⁊ quali
tatē hominū oportet dare varias le
ges maxime qꝛ dn̄s deus procedit
ab imperfecto ad perfectius.

Secūdo queritur circa eādē

diſtinctionē. vtruꝫ potentia creandi
poteſt cōmunicari creature a domio
deo. Pro huius difficultatis enoda
tione eſt aduertendū ꝙ creare capit
multipharia. Vno modo vt ideꝫ eſt
ꝙ promouere ad dignitatem vel di
gnitates: ⁊ iſto modo dn̄i canoniſte
dicunt dn̄m papam creare cardina-
les. Alio modo capitur vt idem eſt
ꝙ producere: ⁊ iſto modo capit com
mentator in. 3. de anima dicens: ꝙ
intellectus noſter creat itellectiōes
ſiue notitias: ⁊ iſtis duobus modis
non capiuntur in propoſito. Tertio
modo capitur creare: vt idem eſt ꝙ
aliquid ex nihilo ꝓducere: ⁊ hoc pōt
intelligi duobus modis: vno modo
vt nihil preſupponatur ex parte cre
antis: ſed ipſum creans ſolum ini-
tatur ſue proprie virtuti: ⁊ in iſto ſen
ſu nulla eſt digladiatio inter docto-
res catholicos: nam non eſt poſſibile
ꝙ creatura producat aliquem effe-
ctum quin dn̄s deus concurrat ptia-
liter ad talem effectum: idcirco oēs
doctores catho. aſſerunt ꝙ in iſto ſē
ſu non eſt poſſibile dn̄m deuꝫ alicui
creature cōmunicare potentiaꝫ creā
di. Alio modo poteſt intelligi ꝙ ni-
hil preſupponat ex parte effect⁹ pro
ducendi: licꝫ creans innitatur prime
cāę. ſ. deo: ⁊ iſto modo adhuc poteſt
intelligi bipharia. Vno modo ꝙ cō
municet potentia creandi ipſi crea-
turę ſꝫm totū ambitū creatiōis ita ꝙ
poſſit omne creabile creare: ⁊ in iſto
ſenſu etiā non eſt poſſibile dn̄m deū
alicui creeturę cōmunicare potētiaꝫ
creandi: naꝫ immediate ſequeretur
ꝙ talis creatura poſſet ſeipſam crea
re quū ſit quoddā creabile quod im
plicat manifeſtam contradictionem
Alio modo poteſt intelligi ꝙ cōmu-
nicetur potētia creandi quantuꝫ ad
aliquē effectum ſingularē: ⁊ iſto vlti
mo modo plato ⁊ auicēna aſtruūt ꝙ
creatura poteſt creare: imo ꝙ iam

nam prima ſubſtātia ſeparata crea-
ta adeo ſcḋ3 ipſos creat aliā ſubſtan
tias orbis ⁊ animā eius: ⁊ ſubſtātia
orbis creat materiā inferiorum cor
porum: ⁊ huic opinioni videt aplau-
dere magiſter in .ſ. diſtin.4.ſentē.
aſſerit ei ibi ꝙ dñs deꝰ pōt ꝯmunica
re creature potentiā creandi vt creet
per miniſteriū non propria auctori-
tate hanc opinione3 impugnat.ſ.t.
nam tunc talis creatura diſponeret
aliquid: ſed nihil preſupponit crea-
tioni. ergo creatura nequit creare ꝑ
miniſterium: ſed hec ratio non cōclu
dit: nam dicet ꝙ creatura non diſpo
nit: imo ꝑducit ex nihilo in virtute
prīe cāe.ſ.dñi dei: neqꝫ aliquę rōnes
poſſunt fieri concludētes creaturam
non poſſe creare iſto vltimo modo:
imo ingenioſus facile omnes tales
rationes pōt ſoluere: quare ſupuaca
neū eſt in ipſis immorari: ſed qꝛ di-
uus Augꝰ. expreſſe aſſerit in .4. ca.
12. lib. de ciuitate dei: ⁊ in .3. li. de tri
nitate ꝙ neqꝫ boni neqꝫ mali angeli
poſſunt eſſe creatores alicuius rei: ⁊
Joānes damacenus in lib. de orto-
doxa fide ait: ꝙ aſſerens creaturam
poſſe creare habet os diabolicū: ⁊ di
uus Tho. ⁊ doctor ſub: ⁊ Guillermꝰ
ochā: ⁊ ferme omnes doctores theo
logi tenēt partē negatiuā huius dif-
ficultatis: ideo ipſa eſt amplectēda.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur ſic. Unus angelus pōt alterū
angelū creare. ergo creatura poteſt
creare: añs probat. vnus angelꝰ po
teſt alterū ꝑducere: ⁊ talis ꝑductio
eſt creatio. ergo vnus angelꝰ pōt al
terū creare minor patet: qꝛ talis pro
ductio angeli fit ex nihilo: iam ꝑbat
maior: omne ꝑfectū teſte pħo pōt ꝑ
ducere ſibi ſimile: ſed quilibet ange
lus eſt perfectus. ergo quilibꝫ ange
lus pōt producere alterum angelū
ſimilē ſibi. Ad hoc argu. rñdetur ne
gando añs: ⁊ ad ꝑbatonē negat ma
ior: ⁊ ad ꝑbationē dico ꝙ illa maxīa
pħi intelligitur de animalibꝰ: ⁊ non
vniuerſalr de alijs rebus. ¶ Contra
iſtam ſolu. arguit: quilibet angelus
ꝙtūcūqꝫ ſit productus ex nihilo eſt
finitus ⁊ limitatus. ergo non incon-
uenit ꝙ vnus angelus poſſit alterū
ſibi ſimilē angelum producere. Ad
hoc negat ꝯña: ratio eſt: qꝛ licet qui-
libet effectus ſit finitus ꝑducere ta
men aliquid ex nihilo arguit poten-
tiam infinitam que repugnat crea-
ture. ¶ Contra iſtā ſolu. arguitur. crea
tura pōt anihilare: ergo creare añs ꝑ3
creatura deſtruit aliquā formā ſcḋ3
ſe ⁊ quodlibet ſui. ergo creatura ani
hilat. Ad hanc repli. rñdetur negan
do añs: ⁊ ad probationē negat ꝯña:
ratio eſt: qꝛ illud non ſufficit ad ani-
hilationē: ſed vltra hoc requiritur ꝙ
talis deſtructio fiat extra ſubiectum
⁊ ꝙ nihil ſuccedat tali rei deſtructe:
modo deſtructio forme fit in ſubie-
cto.ſ. i materia: ⁊ tali forme deſtru-
cte ſuccedit vna alia forma.

¶ Scḋo arguitur ſic. creatura
poteſt producere materiā. ergo pōt
creare. añs probatur: creatura pōt
producere formā. ergo poteſt produ
cere materiā: ꝯña tenet: qꝛ non vide
tur potior ratio de vno ꝙ̄ de alio.
Ad hoc argu. rñdetur negando añs
⁊ ad probationē negat ꝯña: ⁊ ad ꝑ-
bationē negat ꝙ non ſit potior ratio
imo eſt diſcrimē: qꝛ materia ꝑduce-

retur ex nihilo: non aũt forma quųʒ educatur de potẽtia materie. Cõtra iſtam ſolu. arguiť. ſequereť ꝙ homo crearet aiam rationalẽ: pñs eſt falſũ igitur ſequela ꝓbať. homo producit aiam rationalẽ: ꝛ aia rationalis nõ educitur de potentia materie: ergo homo creat aiam rationalẽ. Ad hãc replicã rñdetur negando ſequelam ꝛ ad ꝓbationeʒ negatur minor: imo ſolus deus eam creat ꝛ creãdo infũdit vt videbiť in.17. diſtin. huius li. et ſi dicas creatura poteſt ex contrario aliquid ꝓducere. ergo põt ex nihilo aliquid ꝓducere: negať pña: qꝛ illud eſt de per accidens. Tertio arguitur ſic. ignis creat calorem ſi appropinquetur ei hoſtia cõſecrata. ergo creatura põt creare: ſimiľr ignis anihilat frigiditatem hoſtie cõſecrate. Pari forma in hoſtia conſecrata creanť vermes: ꝛ oĩa iſta fiũt a creatura. ergo creatura põt creare. Ad iſta rñdet diu⁹ Ancelmus: ꝙ ſolus deus talia facit ne pdatur meritũ ſidei: nec argũ. militat de ſole quõ eſt in ȝodiaco: nã hoc ſemꝑ fit: nõ auteʒ de hoſtia cõſecrata.

¶ Ultimo arguitur. actus meritorius creat grãm. ergo creatura creat: añs ꝓbatur. actus meritorius auget grãm. ergo ipãʒ creat. Ad hoc argu. rñdetur negando añs ꝛ ad ꝓbationeʒ diſtinguitur de grã vel de acquiſita: ꝛ ſic concediť añs ꝛ negať pña: vel de infuſa ꝛ ſic negať illud: imo ſolus deus ipſam creat ꝛ auget

¶ Queritur tertio circa eandeʒ diſtin. Utrũ dñs deus potuit mũndum creare ab ęterno. Pro huiꝰ q. intelligentia eſt aduertendũ ꝙ creare non capiť in preſenti. q. ſicut in pcedenti: nã capiẽdo creare: vt idẽ eſt ꝙ de nihilo aliquid ꝓducere poſt nõ eſſe implicat manifeſtã cõtradictionem dñm deũ aliquid creare ab eterno vt pȝ intuẽti. Sed in preſenti. q. ly creare tm̃ valet ſicut conſeruare vel producere: ꝛ de tali ſenſu eſt digladiatio inter docto. theo. ꝗuis ꝓ maiori parte doctores antiqui reputant probleuma: recẽtiores tñ doct. reputãt ptẽ affirmatiuã ꝓbabiliorẽ nam attribuẽdũ eſt deo quicquid nõ implicat cõtradictionẽ: ſed deũ produxiſſe mundũ ab ęterno nullã implicat contradictionẽ: igiť debemus attribuere deo potentiam creandi mũdũ ab eterno. Inſuper oẽs doctores catho. fatentur dñm deum poſſe cõſeruare mundũ a parte poſt eternaliter: ergo etiã potuit a parte añ mũdum cõſeruare eternaľr: quũ non ſit potior rõ de tẽpore futuro ꝙ̃ pterito Preterea diu⁹ Aug⁹. in. 6. li. de tri. aſſerit ꝙ ſi ignis eſſet ęternus ſplendor ab eo genitus eſſet coeternus: ſed hec pña non tenet niſi qꝛ poſita cauſa naturali ſufficiente producere effectum ꝓducitur effectus. ğ poſtꝙ̃ ab ęterno fuit cauſa ſufficiẽs pducere mũdũ: ſequiť ꝙ potuit ab ęterno ꝓducere mundũ. Poſtremo arguiť ſic. Ab eterno dñs deus pr̃ produxit duas res. ſ. filiũ ꝛ ſpũm ſctũm. ergo etiã ab ęterno potuit ꝓducere mũduʒ ꝛ oẽs creaťas. ¶ Cõtra iſtã ſolu. arguiť ſic. ſeqreť ꝙ dñs de⁹ neceſſario produxiſſet mũdũ ſi eũ ab eťno produxiſſet: pñs ẽ falſũ: igr̃ ſeqla ꝓbať: mũd⁹ ſꝑ fuit ex hypoteſi: ꝛ oẽ qđ eſt eẽ qñ ẽ. ğ mũd⁹ neceſſario ſꝑ fuit: ꝛ ꝑ pñs dñs de⁹ neceſſario ipȝ ꝓduxit

Ad hoc argu. rñdetur negando ſeq̄-
lam: ⁊ ad ꝓbationē negať pria ꝯña:
ratio eſt: qꝛ illa ꝓpõ phi capit in ſen
ſu cõpoſito. ſ. hec eſt neceſſaria oīe
ens qñ eſt: ⁊c. Et etiā ſm mentē guil
lermi ocbā ꝯña eſſet negāda: qꝛ lꝫ ꝓ
inſtanti preſenti mundus neceſſario
eſſet: non tamen ꝓ alijs inſtantibus
Contra iſtā ſolu. arguitur. Sequere
tur ꝙ dñs deus potuiſſet producere
aliquem hominē de materia ab eter
no: ꝯñs eſt falſum. igiť falſitas ꝯñtis
probatur. ſi deus produxiſſet homi
nem de materia ab ęterno vľ produ
xiſſet per motū vel per tranſmuta-
tionem: ſed quodcūqꝫ iſtorū deť: ſe-
quitur ꝙ non produxit ab ęterno. er
go non eſt poſſibile dñm deū produ
xiſſe aliquē hominēꝫ de materia ab
ęterno. Ad hanc repli. rñdetur negā
do minorē: ⁊ ad probationeꝫ negať
añs pro vtraqꝫ parte diſiūctiue.
Contra iſtā ſolu. arguiť. Si deꝰ prō
duxiſſet taleꝫ hominē ab ęterno trā
ſiſſet a contradictorio in cõtradicto-
riū. ſ. de nõ eſſe ad eē. ꝗ talis hõ nõ
fuit productus ab ęterno: añs ꝓbať
quicquid eſt in potentia ad duo con-
tradictoria ſi acquirat vnum illoꝝ
alterū relinquit. ergo talis hõ tran-
ſiuit a contradictorio in cõtradicto-
rium. Ad hanc replic. rñdeť negādo
añs: ⁊ ad ꝓbationē negať iterū añs
nam illud nõn habet verum quando
talis res producitur ab eterno.

¶ Secūdo arguitur ſic. ſequere
tur ſi mundus fuiſſet ab eterno pro
ductus ꝙ continuo produceret ꝯñs
eſt falſum: igiť falſitas ꝯñtis proba
tur: ſequeretur ꝙ cõtinuo mundꝰ in
ciperet eſſe: ꝯñs eſt falſum: igiť ſeq̄-
la probatur. mundus in quolibet in
ſtanti produciť. ergo in quolibet in-
ſtanti incipit eſſe. Ad hoc argumētū
rñdetur ꝯcedendo ſequelā ⁊ negan-
do minorē: ⁊ ad probationē negatur
ſequela: ⁊ ad probationē negať ꝯña
ſed bene valeret ſi aſſumeretur in
añte de nouo. Contra iſtam ſolu. ar
guitur. ſequeretur ꝙ contingens eſ-
ſet neceſſariū ſi mundus fuiſſet ab
eterno ⁊ duraret in eternū ꝯñs impli-
cat: igitur ſeq̄la probať. mundus eſt
contingens: qꝛ creatura ⁊ eſt ens ne
ceſſarium: igiť ſequela vera: minor
probatur. mundus eſt ens ęternum
a parte ante ⁊ a parte poſt. ergo eſt
ens neceſſarium. Ad hanc replicam
rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad pro-
bationē negať minor: ⁊ ad probatio
nem negať ꝯña: nam non ſufficit ad
hoc ꝙ aliquod ens ſit neceſſariuꝫ ꝙ
ſemꝑ ſit fuerit ⁊ erit: ſed vltra hoc re
quiritur ꝙ tale ens non ſit corrūpti
bile.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequere-
tur ꝙ dñs deus potuiſſet producere
ab ęterno iſtum mundū creatū ꝯñs
implicat: qꝛ ſi fuit creatus non fuit
ab ęterno: igitur ſequela probatur.
dñs deus põt producere mundū ab
ęterno. ergo potuit iſtū mundū crea
tuꝫ producere ab ęterno. Ad hoc ar
gumentū rñdetur negando ſequelā
⁊ ad ꝓbationē negať ꝯña: ſed bñ in-
ferť ex illo añte ꝙ potuit producere
iſtū mundū ab ęterno. Sed non ſe-
quitur cū illa determinatiōe creatū
propter implicationē cõtradictionis
Contra iſtam ſolu. arguiť. ſi dñs deꝰ
potuit producere mundum ab eter-
no: vel potuit ꝓducere aliqꝗ ꝓduxit

vl pōſtq̄ produxit .2.nequit dari: qꝛ tunc non ꝑduceret ab eterno: ꝛ ꝙ nō poſſit dari primū patet: qꝛ ante productionē mundi non erat tempus. Ad hanc replicā rn̄detur dando primū mēbrum intelligendo de tēpore vero vel imaginario: nam procedēdo de vero tēpore nullum fuit veruꝫ tempus ante productionem mundi. Contra iſtā ſolu. arguitur. ſequeret ꝙ deus poſſet producere infinitum multitudine ꝛ magnitudine ꝯñs implicat: igitur ſequela ptꝫ: qꝛ ſi mundus fuiſſet ab ęterno iam eſſet infinita multitudo animarū ſeparatarum. Solutio huius replicę ꝛ aliarū que poſſunt fieri patent ex' nr̄a philoſo.

¶ Ultimo arguit auctoritatib⁹. Prima eſt diui Ambroſij in li. examerō dicētis. Quid tā inconueniēs q̄ꝫ ꝙ eternitas operis cōiungat eternitati. Scḋa eſt Augu. dicētis creaturam accipere eſſe poſt non eſſe. Tertia eſt Damaſce. in li. p̄io dicētis: ꝙ creatura non eſt nata eſſe eterna. Alia auctas eſt Hugonis l.1.li. de ſacramētis dicētiſ. de⁹ oīpōtētis virtus inextimabilis non potuit habere aliud preter ſe coeternum. Ad primā.3.et.4. auctem rn̄detur ꝙ iſti ſancti capiūt ęternū vt dicit immutabilitatē: ꝛ ita capit magr̄ ꝛ non capiunt pro illo qḋ ſemper fuit: aut eſt aut erit. Ad ſcḋam auctoritatē dico ꝙ Aug⁹. loquit de facto ꝛ nō de pſſi.

Que conſideranda ſunt de angelica natura.

Diſtinctio. II.

E angelica itaqꝫ natura hec prio conſiderāda ſunt qn̄ creata fuerit et vbi et qualis facta ſit dum primū conderetur. Deinde qualis effecta auerſione quorundam ꝛ conuerſione quorūdam. De excellētia quoqꝫ et ordinibus ꝛ donorum differentia: ꝛ de officijs ac nominibus alijſqꝫ pluribus aliqua dicenda ſunt.

Quando facti ſunt angeli prius dicit in quo videntur ſibi obuiare auctoritates.

¶ Quedam auctoritates vidētur innuere ꝙ ante omnem creaturam creati ſunt angeli. Unde illud. Primo omniuꝫ creata eſt ſapiētia: quod intelligitur de angelica natura que in ſcriptura ſepe vita ſapientia et lux dicitur. Nam ſapientia illa que deus eſt creata non eſt. Filius enim ſapiētia patris eſt genita: nō facta nec creata: ꝛ tota trinitas vna ſapiētia eſt que nō facta nec creata eſt nec genita vel procedēs. De angelica ergo vita illud accipiendū eſt de qua dicit ſcriptura: quādo

facta eſt.ſ.primo omnium. Sed rurſum alia ſcriptura dicit. In principio creauit deus celum et terram. Et in propheta. Initio tu domine terram fūdaſti: ⁊ opera manuum tuarum ſunt celi: et videtur contrarietas quedā oriri ex aſſertionibus iſtis. Nam ſi primo omnium creata eſt ſapientia: omnia poſt ipſam facta vidētur: ⁊ ita poſt ipſam facta videntur celum ⁊ terra ⁊ ipſa facta ante celum ⁊ terram. Item ſi in pricipio creauit deus celum ⁊ terrā nihil factum eſt ante celum ⁊ terram: nec ipſa ſapientia facta eſt ante celum ⁊ terram. Cum ergo hec contraria videantur: nec ī diuina ſcriptura pbas ſit ſentire aliquid eſſe contrarietatis: requiramus intelligentiam veritatis.

Quid tenendum ſit docet premiſſas auctoritates determinando.

¶ Videtur itaq; hoc eſſe tenendum ꝙ ſimul creata eſt ſpiritualis creatura.i.angelica: ⁊ corporalis: ſecundum quod poteſt accipi illud Salomonis. Qui viuit in eternum creauit omnia ſimul.i.ſpūalem ⁊ corporalem naturam: ⁊ ita non prius tempore creati ſunt angeli ꝙ̄ illa corporalis materia quatuor elemētoꝝ ⁊ tamen primo omnium creata eſt ſapientia: quia ⁊ ſi non tēpore precedit tamē dignitate. Qđ autem ſimul creata fuerit corporalis ſpūaliſq; creatura Augu. ſuper Geñ. aperte oſtēdit dicēs per celum et terram ſpiritualem corporalemq; naturam intelligi ⁊ hec creata ſunt in principio.ſ. temporis: vel in principio quia primo facta ſunt.

Quod nihil factum eſt ante celum ⁊ terram nec etiam tē pus: cū tempore enim creata ſunt: ſed nō ex tēpore.

¶ Antea enim nihil factum eſt nec etiam tempus factum eſt ante ſpiritualem.ſ.angelicam naturam ⁊ ante corporalem.ſ.materiam illam quatuor elementorū confuſam. Illa enim cum tēpore creata ſunt: nec ex tēpore nec in tempore. Sicut nec temp⁹ in tempore creatum eſt: quia non fuit tempus anteꝗ̄ eſſet celū et terra. Unde Aug⁹. in lib. de tri. dicit. quod deus fuit dñs anteꝗ̄ tempus eſſet ⁊ non in tempore cepit eſſe deus: qꝛ fuit dominus temporis quando cepit eſſe tempus: nec vtiq; tempus cepit eſſe in tempore: quia non erat tēpus

anteꝗ̄ inciperet tempus.

Quod ſimul cū tempore et cum mundo cepit corporalis ꝛ ſpūalis creatura.

¶ Simul ergo cum tempore facta eſt corporalis ꝛ ſpūalis creatura ꝛ ſimul cum mundo: nec fuit ante angelica creatura ꝗ̄ mundus: quia vt ait Auguſt. Nulla creatura creata eſt ante ſecula: ſꝫ a ſeculis cum quibus cepit. Hieronymus tamen ſuper epiſtolaꝫ ad Titum aliud videtur ſentire dicens. Sex milia necdum noſtri temporis implentur annorū ꝛ quātas prius eternitates: quāta tempora quantas ſeculorum origines fuiſſe arbitrandum eſt in quibus angeli throni dominationes ceteriꝗ̄ ordines ſeruierūt deo abſꝗ̄ temporum vicibus atꝗ̄ menſuris ꝛ deo iubente ſubſtiterunt. His verbis quidam adherentes dixerunt cum mundo cepiſſe tempus ſeculare: ſed ante mundum extitiſſet tempus eternum ſine mutabilitate: ꝛ in eo immutabiliter ꝛ intemporaliter aſtruunt angelos deo iubēte ſubſtitiſſe eiꝗ̄ ſeruiſſe. Nos autem quod pri⁹ dictum eſt pro captu intelligētie noſtre magis approbamus: ſalua tamen reuerentia ſecretorum in quibus nihil temere aſſerendum eſt: ꝛ illud Hieronymum dixiſſe non ita ſentiēdo: ſed aliorum opinionem referendo arbitramur.

Ubi angeli mox creati fuerunt in empireo: ſcilꝫ quod ſtatim factum repletum eſt angelis.

¶ Jam eſt oſtenſuꝫ quādo creata fuerit angelica natura. Nunc autem attendendum eſt vbi facta fuerit. Teſtimonijs quarundam auctoritatuꝫ euidenter mōſtratur angelos ante caſum fuiſſe in celo ꝛ inde corruiſſe quoſdā propter ſuperbiam alios vero ꝗ̄ non peccauerunt illic perſtitiſſe. Unde dn̄s in euangelio ait. Uidebam ſathanam tanꝗ̄ fulgur de celo cadentem: nec appellatur hoc celum firmamentum quod ſecunda die factum eſt: ſed celuꝫ ſplendidum quod dicitur empirrū .i. igneum a ſplendore nō a calore quod ſtatim factum angelis eſt repletum quod eſt ſupra firmamentum: ꝛ illud empireuꝫ quidam expoſitorum ſacre ſcripture nomine celi intelligi volunt vbi ſcriptura dicit. Jn principio creauit deus celum ꝛ terrā. Celum inquit Strabus non viſibi

le firmamentuꝫ hic appellat: ſed empireum: ideſt igneum vel intellectuale quod non ab ardoꝛe: ſed a ſplendoꝛe dicitur: quod ſtatim factum repletum eſt angelis vnde Job. Ubi eras cuꝫ me laudabant aſtra matutina ꝛc. De hoc quoqꝫ Beda ita ait. Hoc ſuperius celum quod a volubilitate mundi ſecretum eſt moꝛ: vt creatum eſt ſanctis angelis īpletum eſt: quos in pꝛincipio cū celo ꝛ terra conditos teſtatur dñs dicens. Ubi eras cum me laudabant aſtra matutina ꝛ iubilarent omnes filij dei. Aſtra matutina ꝛ filios dei eoſdem angelos dei vocat. Celum enim in quo poſita ſunt luminaria: non in pꝛincipio: ſed ſecunda die factum eſt. Ex his liquet ꝙ in empireo omnes angeli fuerunt ante quoꝛundam ruinam: ſimulqꝫ creati ſunt angeli cum celo empireo: et cum infoꝛmi materia omnium coꝛpoꝛalium.

Quod ſimul creata eſt viſibilium rerum materia ꝛ inuiſibilium natura ꝛ vtraqꝫ infoꝛmis ſcđm aliquid ꝛ foꝛmata ſcđm aliquid.

¶ Simul ergo viſibilium reruꝫ materia ꝛ inuiſibilium natura cōdita eſt: ꝛ vtraqꝫ infoꝛmis fuit ſecundum aliquid ꝛ foꝛmata ſecundum aliquid. Sicut eni coꝛpoꝛalium materia confuſa ꝛ permixta que ſecundum grecos dicta eſt chaos: in illo exoꝛdio conditionis pꝛimarie ꝛ foꝛmam confuſionis habuit: et non habuit foꝛmam diſtinctionis ꝛ diſcretiōis: donec poſtea foꝛmaretur: atqꝫ diſtinctas reciperet ſpecies ita ſpūalis ꝛ angelica natura in ſua conditione ſecundum nature habitum foꝛmata fuit: ꝛ tamē illam quam poſtea per amoꝛem ꝛ conuerſioneꝫ a creatoꝛe ſuo acceptura erat foꝛmaꝫ non habuit ſed erat infoꝛmis ſine illa. Unde Auguſtinus multipliciter exponens pꝛemiſſa verba Geneſis ꝑ celum dicit intelligi infoꝛmeꝫ naturam vite ſpiritualis ſicut in ſe poteſt exiſtere non conuerſa ad creatoꝛem in quo foꝛmatur: per terram coꝛpoꝛalem materiā ſine omni qualitate ꝙ̄ apparet in materia foꝛmata.

Quomodo dicat lucifer ſecunduꝫ yſaiam. Aſcendā in celuꝫ et ero ſimilis altiſſimo cum eſſet in celo.

¶ Hic queri ſolet ſi in celo empireo fuerunt angeli q̃ ſtatim facti ſunt: quomodo vt legitur i yſaia dicit lucifer. Aſcendam in celuꝫ et exaltabo ſolium meum: et ero ſimilis altiſſimo. Sed ibi celum vocat dei celſitudinem: cui parificari volebat: et eſt tale. Aſcendam in celum: ideſt ad equalitatem dei.



Circa ſecũdã diſtinctionẽ queritur primo Utrũ angeli fuerũt creati ante tempus Pro hui⁹.q. enucleatione preſuppõenda eſt diſtinctio tẽporis ex.4.phiſicorũ ſcdm varias acceptiones et opiniões quibus ſuppoſitis rñdetur p aliquas cõclu. quarum pria eſt iſta. Nulli angeli fuere creati ante tẽp⁹ logice capiẽdo tẽpus. iſta cõclu. pbatur quilibet angelus eſt tempus logice nam temp⁹ logice nihil aliud eſt q̃ duratio rei: et omnes ãgeli ſimul fuerunt creati. ergo null⁹ angelus fuit creatus ante tempus. Scda cõclu. eſt iſta. nullum tẽpus ſiue logicũ ſiue phiſicũ fuit creatũ ante angelos. Iſta cõclu. probatur: quia ãgeli fuerũt prime creature quas dñs deus creauit exponẽdo ly prime negatiue: nã gloſa ſuper illud: in pricipio creauit de⁹ celũ et terrã inquit.i. ſpũalẽ creaturã ſiue ãgelicã et corpalẽ ſiue materiã primam. Tertia cõclu. eſt iſta. Omnes angeli fuere creati ante tẽpus phiſicum: ſiue loquamur ſcdm opinionẽ nominaliũ ſiue realiũ. iſta cõclu. patꝫ: quia tempus phiſicũ nõ fuit productũ niſi ſecũdo die: ſiue loquamur ſcdm nominales ſiue ſcdm reales: et angeli fuerũt creati primo die

¶ Contra iſtas cõclu. arguitur ſic. Angeli fuerunt producti ante tẽpus logicũ. ergo prima cõclu. falſa. añs probatur. angeli non fuerũt producti ſucceſſiue: et tempus logicũ eſt res ſucceſſiua. ergo angeli fuerunt creati ante tempus logicuꝫ. Ad hoc argu. rñdetur negãdo añs: et ad probationẽ negatur cõña et ratio eſt: quia etiã aliquod temp⁹ logicuꝫ eſt res pmanens ſicut ipſemet angelus. Contra iſtam ſolu. arguitur ſic. Si angeli et tẽpus logicũ fuerunt ſimul producta vel fuerunt in eodẽ inſtãti vel in eodem tẽpore nullũ iſtorũ eſt dicendũ igitur ſolu. nulla q non poſſit dari: primũ patꝫ: quia tempus non poteſt produci in inſtanti: q non poſſit dari ſcdm patꝫ: quia tunc tẽporis eſſet tempus. Ad hanc repli. rñdetur dãdo ſcdm: nec inconuenit q tẽporis ſit temp⁹ logicum: ſi vero procedatur de tempore phiſico: vel inſtanti negatur vtrũq; mẽbrũ. Contra iſtam ſolu. arguitur. angeli fuerũt creati ante omnem creaturã corporalẽ: ergo ſolu. nulla: añs probatur auctoritate diui Hieronymi ſup.1.ca. epl'e ad Titũ dicẽtis: ſex milia nondũ noſtri tẽporis annorũ complentur: et quanta tẽpora quantaſq; ſeculorũ origines fuiſſe arbitrandum eſt in quibus angeli throni dominationes: ceteriq;

ordines deo ſeruierunt. Ad hanc replicā rn̄detur negando añs: τ ad pbatione dico ꝙ diuus Hiero. ſequt9 eſt opinione preceptoris ſui Gregorij nazanzeni qui princeps theologorum apud grecos reputatur. Doctores vero latini ſequūtur ſtrabū τ venerabilē Bedā aſſerentes dn̄m deū ſimul creaſſe naturam angelicam τ materiā primā. Contra iſtam ſolu. arguit. natura angelica mediat iter naturam diuinā τ corporeā: ſed natura diuina eſt eterna τ natura corporea eſt ex tēpore. ergo natura angelica facta eſt ante creatione tēporis τ naturam corporeā. Ad hanc replicā rn̄detur negando pn̄am: nec in hoc eſt querēda alia ratio q̄ voluntas dei volēs producere ſimul naturam angelicā τ naturā corporeā: nā ſi voluiſſet quālibet potuiſſet producere priuſq̄ alterā. Dubitatur circa iſtaȝ materiā: quomō differunt eternum euū τ tēpus. Ad hoc rn̄detur ꝙ tempus habet principiū τ finē: euū habet principiū τ non finē: eternum aūt neq̄ habet principiū neq̄ fineȝ: τ impōrtat quandā immutabilitatē idcirco ſolus deus dr̄ eternus creature corruptibiles menſurātur tēpore. Angeli vero menſurantur euo: idō angeli dicuntur euiterni. Dubitatur ſcdo vtrū ſit vnū euū vel plura eua. Ad hoc rn̄detur ꝙ ſcdm diuū Thomā eſt ſolum vnum euū p quod oēs angeli menſurantur videlȝ perfectiſſim9 angelus affirmatiue ſcdȝ alios doctores: tot quot ſunt angeli: tot ſunt eua.

¶ Queritur ſcdo circa eandem diſtin. vtrū angeli fuerūt creati in celo empireo. Pro huius .q. intelligētia eſt aduertendū ꝙ celū in quo reſidet dn̄s deus cū oībus beatis vocatur empireū .i. igneum: non ab ardore ſeu calore: ſed ab ſplendore: et de iſto celo paruȝ loquntur ſancti et phi nihil: q2 latet ſenſus noſtros: nihilominus ponendū eſt: nam firmamentum τ celum aqueū in ſcdo die fuerunt creata: ſed celū empireū in primo die fuit creatū: habet Gen. 1. cap. In principio creauit de9 celū et terrā: celū inq̄ empireū qd ſtatī repletum eſt angelis ſcdm Bedam et ſtrabū. Ex iſtis ſequit rn̄ſio affirmatiua ad titu. q̄ſtionis.

¶ Contra iſtā rn̄ſionem arguitur. ſi angeli fuiſſent creati i celo empireo ſequeret ꝙ eſſent in loco: pn̄s eſt falſum: igitur ſeq̄la pbatur. angeli ſunt creati in celo empireo: τ celū empireum eſt loc9 corporalis: ergo angeli ſunt in loco: iam pbatur falſitas pn̄tis teſte Boetio in li. de ebdomadibus cōmunis animi cōceptio apd ſapientes eſt incorporalia non eſſe in loco: τ phus nr̄. 4. phiſicoꝝ iquit: non oīe ens eſſe in loco: ſed tantuȝ mobile corpus: ſed nullus angelus eſt corpus mobile. ergo null9 angelus eſt in loco. Inſuper omne quod eſt in loco ſituatur et menſuratur: ſed nullus angelus poteſt menſurari: ergo nullus angelus eſt in loco. Pro hui9 argumēti ſolu. eſt aduertendū ꝙ ſctūs Tho. propter verba Boetij τ phi tenet ꝙ angelus nō eſt in loco niſi per aplicatione ſue virtutis ad locum: ſed res corporalis eſt in loco per hoc ꝙ applicat loco ſecū dū contactū dimēſiue quantitatis que non eſt in angelis.

¶ Contra iſtam opinionem eſt articulus parrhiſieñſis dicẽtis. error eſt aſſerere ſubſtantias ſeparatas eſſe in loco ꝑ opationez: ⁊ poſſe moueri ab extremo ad extremuz ſine medio quia poſſunt operari in extremis nõ operando in medio: ſed qꝛ capreolꝰ dicit articulos pari. nõ tranſire ſeca nã. ideo ratione arguit. Sequeretur ꝙ angeli in pꝛio die nullibi fuiſſent pñs eſt falſum ⁊ cõtra Augu. hiero. ⁊ alios doctores ſanctos: igit ſeq̃la pꝛobatur. In pꝛimo die nulli angeli operabant aliquid ĩ celo empireo ⁊ ſolũ ſunt in loco per operationem ſcðm. S. Tho. ergo angeli in pꝛio die creationis mũdi nullibi erant: maioꝛ patz: qꝛ non tranſmutauerũt angeli celũ empireũ quoad ſubſtantiã quantitatẽ qualitatẽ ⁊c. Si dicas ꝙ licet angeli nõ tranſmutauerũt celum empireũ: tñ applicauerũt ſuaz virtutẽ celo empireo: ratiõe cuiꝰ applicationis dicũtur angeli eſſe in celo empireo. Contra hoc arguit: aut iſta appoſitio virtutis angelice eſt actualis operatio angeli in ip̃m celũ aut eſt pꝛeſentia virtutis angelice ſolum: pꝛimũ nequit dari: qꝛ tunc angeli tranſmutarent ip̃m celũ empireum qð negat ſctũs Tho. Si det ſcðm ſequit ꝙ angeli non operant aliquid in ip̃o celo empireo: ex quo ſequitur vlterius ꝙ non ſunt ibi: ſcz in celo empireo. Sc̃dũdo arguit ſic ſequeretur ꝙ angelus nullibi eſſet. pñs eſt aſurdũ: igit ſequela pꝛobat volo ꝙ nullus angelus aliquid operetur: põſtq̃ ĩ poteſtate cuiuſlibz angeli eſt operari vel non operari: quo dato habetur ꝙ angeli nullibi ſunt.

Tertio arguit ſic. ſi angelus eſt ĩ loco per operationem: vel eſt in loco ſcðm operationẽ pꝛeciſſe: vel ſcðm operationẽ ⁊ ſubſtantiã ſuã pꝛimuz nequit dari: qꝛ tunc haberet ꝙ ãgeli ſcðm ſubſtantiã nullibi eſſent: ⁊ ſi detur ſcðm ſequit ꝙ cũ in poteſtate angeli eſt nõ operari aliqñ erit angelꝰ in loco per ſuã ſubſtantiã ⁊ nõ ꝑ operationẽ ꝙ eſt expꝛeſſe contra diuum Thomam.

¶ Propter iſta argumenta doctoꝛ ſubtilis ⁊ omnes nominales tenent ꝙ angelus eſt in loco ꝑ ſuã ſubſtantiã. Pro cuius opniois declaratione eſt aduertendũ ꝙ ſcðm magiſtrũ ſententiarũ in. 37. diſtin. 1. li. bipharíam aliquid ðꝛ eſſe in loco. ſ. circũſcriptiue ⁊ diffinitiue: ⁊ illð ðꝛ eſſe in loco circũſcri. ꝙ dimẽſionem capiens longitudinis altitudinis et latitudinis diſtantiã facit in loco vt coꝛpus. Illud ðꝛ eſſe diffinitiue qð loco diffinit ⁊ determinat. ſed quare hec diffinitio conuenit rebꝰ coꝛpalibus. Propterea doctores theologi aliter deſcripſerũt eſſe in loco definitiue ſic. ſ. eſſe in loco determiato totum in toto ⁊ totum ⁊ in qualibz parte: ⁊ iſte modus non conuenit niſi rebus ſpũalibus. Sed vltra iſtos modos Hugo de sctõ Victoꝛe in. 18. ca. pꝛimi lib. 3. partis addit vnũ alium tertiũ modũ eſſendi in loco. ſ. repletiue: vnde eſſe ĩ loco repletiue eſt replere omnẽ locũ: ita ꝙ non ſit poſſibile dare locũ quin repleat a tali: et iſte modus ſoli deo cõpetit: iuxta illud Hieremie. 23. ca. Celum ⁊ terrã ego ĩpleo. Iſto notato ponunt tres ꝯclu. ñſiue. Prima angelus nõ eſt

in loco repletiue. iſta ↄclu. pꝫ ex no tabili. Scd̄a ↄclu. eſt iſta. Angelꝰ nō eſt in loco circūſcriptiue. Iſta ↄclu. pꝫ: qꝛ angelus non habet dimēſionem ſiue quātitatē. Tertia ↄclu. eſt iſta. quilibet angelꝰ eſt in loco diffinitiue: iſta ↄclu. probať. quilibet angelus terminať loco ꝛ eſt totus in loco ꝛ in qualibet parte loci. ergo quilibet angelus eſt diffinitiue in loco. Iſtis p̄ſuppoſitis rn̄detur ad formā argu. ↄcedendo ſequelā ꝛ negādo minorē: ꝛ ad oēs pbationes boetij ꝛ phi rn̄deť ꝙ ābo loquūtur de eſſe in loco circūſcriptiue ꝛ non diffinitiue. ¶ Scd̄o arguiť ſic. ſi angelus ēet in celo empireo ſicut in loco: aut dareť maximus locus quē pōt angelus replere: vł minimꝰ quē nō pōt replere: ſꝫ nullū horum pōt dari: igiť reſolutio. q. nulla ꝙ non poſſit dari primū pꝫ: quocūqꝫ tali loco dato poteſt ēe in maiori. ergo talis locꝰ nō eſt maximus locus quē angelꝰ pōt replere an̄s probať: pōt angelus eſſe in loco longiori. ḡ in loco latiori ꝛ pfundiori ꝛ per ꝯn̄s maiori: aн̄s probať. dabilis eſt locus longior illo ſignato ꝛ minor illo. ergo in tali poterit ēe angelus: qd̄ non poſſit dari ſcd̄m parꝫ quocūqꝫ tali loco ſignato angelꝰ pōt eſſe imedietate ipſiꝰ poſtq̄ eſt indiuiſibilis: imo in loco punctali ſi daretur. ergo non dať minimus locus quem angelus pōt replere. Pro huius argumēti ſolu. eſt aduertendum ꝙ dn̄s armacanꝰ epūs anglie tenet ꝙ āgelus determinat ſibi locū ſphericū: ita ꝙ non pōt eſſe in maiori nec minori: ꝛ hoc ex natura ipſius. Et ſi arguas cōtra eū Raphael aſſūpſit hominē ſiue corpꝰ humanū. S militer diuus Michael ꝛ diuus Gabriel: et tunc tales angeli non erant in loco ſpherico: igiť opinio nulla. Ad hoc facile rn̄det negādo minorē rōnes aſſignat: qꝛ licꝫ Raphael erat in illo corpore humano cū hoc erat in loco circunſtante ſpherico: ꝛ idē dicit de alijs duobꝰ angelis nec aliqd̄ argumentū pōt fieri cōtra iſtū doc. aliud ab iſto habēs aliquē colorē. ſed quia iſte doctor nullā habet auctem au rationē pro ſe: ꝛ teſte diuo hieronimo qd̄ nulla rōne aut aucte fulciť qua facilitate approbať contemni habꝫ: idcirco non placet hec opinio doct. modernis. Propterea rn̄deť alř ad argumētū. ſ. ꝙ non dať minimꝰ locus imo quocūqꝫ ſignato pōt eſſe in minori: imo ſi dareť locus pūctalis more realiū in illo collocareť. Pariformа rn̄deť ꝙ dať p̄mū mēbrū. ſ. maximus locus ſcd̄m oēm dimenſionē ꝛ negandū eſt ꝙ poſſit eſſe in longiori: nam determinat ſibi certā longitudinē ꝛ certā latitudinē ꝛ certā pfūditatē: quare non poteſt eſſe in loco longiori q̄uis talis locus ſit minor illo loco quē determinat ſibi angelꝰ alias ↄcludereť ꝙ angelꝰ poſſet eſſe naturalř in linea recta infinite lōga ſi dareť. vel in vna linea die metrali ab oriente in occidētē. Propterea reſolutorie eſt dicendū ꝙ angelus nō determinat ſibi locū quoad paruitatē: ſed quod longitudinē latitudinē ꝛ profunditatē: ꝛ facile eſt loqui conſequēter vel ad iſtā opinionē vel aliā precipue: qꝛ nihil ↄcluditur ex ſacra pagina: ꝛ antiq doctores nullā pſūꝰ meſionē fecerūt de hac difficultate.

Circa iſtaʒ materiã dubitatur: vtrũ angelꝰ põt eſſe ſimul in pluribus locis. Ad hoc dubiũ rñdet ꝙ de potẽtia diuina non eſt dubitanduʒ angelũ poſſe eſſe in pluribus locis: ſimiliter non eſt ambigendũ angelũ eſſe in diuerſis locis partialibus: ſed de totalibus ſcđm diuũ Thomã oportet dicere angelũ naturalr̃ poſſe eſſe in diuerſis locis totalibus: nam põt cũ illis ſimul ⁊ ſemel operari: ſed ſecundũ alios doctores non põt angelus ſimł eſſe naturalr̃ in diuerſis locis maximis loquẽdo de maximo loco quẽ ſibi determinat. Contra hoc argu. ãgelꝰ ibi eſt vbi vult: ſed exñs in celo vult eſſe in terra. ergo ſimul ⁊ ſemel eſt in celo ⁊ in terra qđ eſt cõtra Damaſcenũ dicẽtẽ ꝙ angeli dũ ſunt in celo non ſunt ĩ terra. Ad hoc rñdet ꝙ angelus non vult in eodeʒ tẽpore eſſe in celo ⁊ in terra: ſed pro diuerſis: idcirco ꝓ illo tẽpore ꝓ quo eſt in celo non vult eſſe in terra: ſed bñ pro alio.

¶ Queritur tertio circa eãdem diſtinctionẽ an plures angeli poſſũt eſſe in eodẽ loco. Ad hanc difficultatem rñdet. S. Tho. ⁊. S. Bonauẽ. negatiue: ⁊ eos ſequit̃ Egidiꝰ de roma. Contra iſtã rñſionẽ arguit̃. duo corpora poſſũt eſſe in eodẽ loco per potentiam diuinã. ergo duo angeli poſſunt eſſe in eodẽ loco: añs eſt certum ex fide: igr̃ ⁊ ↄñs. Scđo arguit̃ ſic. naturalr̃ loquẽdo duo angeli poſſunt eſſe in eodeʒ loco: imo iam fuerunt: igr̃ opinio nulla. añs pateʒ marci. 5. habet̃ ꝙ legio demonũ erat in corpore illius obceſſi: ⁊ ita tenet Richardꝰ de ſctõ Victore in lib. 4. de trinit. ergo naturalr̃ poſſũt eſſe duo angeli in eodẽ loco. Tertio arguit̃. angelꝰ ⁊ anima ſunt in eodẽ corpore ergo duo angeli poſſunt eſſe in eodẽ loco. Quarto arguit̃ ſic. materia et forma que ſunt quante naturaliter ſunt in eodẽ loco. Similr̃ duo accidẽtia vt pȝ de albedine ⁊ dulcedine ĩ ſacramento: ergo duo ãgeli pñt eſſe in eodẽ loco. Poſtremo arguit̃ ſic. ſemꝑ duo ſpũs ſunt in eodẽ loco adequate ⁊ in qualibȝ parte illiꝰ. ergo duo angeli: añs pȝ de dño deo ⁊ quolibet angelo: nã in quocũꝫ loco adequate eſt angelus ibi eſt dñs deus.

¶ Propter iſta argumenta doctor ſubtilis ⁊ nominales tenent qđ duo angeli bene poſſunt eſſe in eodẽ loco: imo omnes angeli bñ poſſunt eſſe in eodẽ loco q̃uis doctor ſubtilis non ſe determinat de potẽtia naturali: ſed ſolũ de potẽtia diuina: tñ ochã ⁊ Gregoriꝰ ⁊ oẽs alij doctores cõcedũt ꝙ angeli ex naturis ipſoruʒ poſſunt eſſe in eodem loco.

¶ Contra iſtam opinioneʒ arguitur a ſctõ Tho. ĩpoſſibile eſt duas cauſas completas eſſe vnius ⁊ eiuſdeʒ effectus imediate: ſed ſi duo angeli eſſent in eodẽ loco: tunc eiuſdẽ effectus eſſent due cauſe ↄplete ⁊ immediate: igr̃ ĩpoſſibile eſt duos ãgelos eſſe in eodẽ loco. Ad hoc argumẽtũ facile rñdet̃ negãdo minorẽ: nã ſcđʒ illos doctores angelꝰ nihil operat̃ in loco nec eſt in ipo per operationẽ ſed per ſuã ſubſtãtiaʒ. Et ſi arguas due anime non ſunt in eodẽ corpore ergo nec duo ãgeli ſunt in eodẽ loco Ad hoc facile rñdet̃ negando ↄñam inſuꝑ licet due aĩe non ſint ĩ corpore

eodē poſſunt tamen eſſe.

¶ Secūdo arguit a diuo Bonauen. ordo vniuerſi ita tollitur p omnimodā indiſtantiam ſicut p diſtantiā infinitā: ſed nō patitur diſtātiam infinitam: ita q vnus angelus infinite diſtet ab alio. ergo nō patit ordo vniuerſi q duo angeli ſunt in eodem loco. Ad hoc argumentū negat maior habet enī infinitas inſtātias de materia z forma: de albedie z dulcedine in ſacro. Et ſi arguas: dn̄s ita producit angelos ſicut nati ſunt eſſe: ſed produxit eos in diuerſis locis celi empirei. ergo non ſunt nati eſſe in eodez loco. negatur ꝯña ſed bene infertur ex illo aūte q nati ſunt angeli eſſe in diuerſis locis. et ſi vlterius arguas Aug°. inquit in lib. de fide ad Petrū ineſt ſingulis ſpiritib⁹ naturaliter: ꝑ⁹ quo a ſe inuicem diſtinguantur z vnus in altero non eſt: ergo impoſſibile eſt eos eſſe in eodē loco negatur etiā ꝯña: ſed itidem infertur ſicut in alia.

¶ Poſtremo arguitur ab Egidio nulla q̄ eodem mō comparātur ad locū poſſunt eſſe ſimul in eodem loco: ſed omnes angeli eodē mō comparantur ad locum. ergo nulli angeli poſſunt eſſe in eodez loco. Ad hoc argumentū facile rñdetur negando maiorem: habet manifeſtā inſtantiā de materia et forma que eedē mō cōparant ad locū: z tñ ſunt i eodē loco.

Quales facti fuerint angeli z q quattuor eis attributa ſūt i ipſo initio ſue ꝯditiōis

Diſtinctio. III.

Ecce oſtiſum eſt vbi āgeli fuerit mox vt creati ſūt Nunc cōſequens eſt inueſtigare q̄les facti fuerint i ipſo primordio ſue cōditionis: z quattuor quidē angelis videntur eſſe attributa i initio ſubſiſtētie ſue. ſ. eſſētia ſimplex. i. indiuiſibilis z immaterialis et diſcretio perſonalis: z per rationem naturaliter inſitam: intelligentia memoria z volūtas ſiue dilectio liberū quoqz arbitriū. i. libera inclinā de volūtatis ſiue ad bonū ſiue ad malū facultas. poterāt enī p liberū arbitriū ſine violentia z coactiōe ad vtrūlibet ꝑpria voluntate deflecti.

An oēs fuerint equales āgeli in tribus. ſ. in ſapia in eſſētia: in libertate arbitrij.

¶ Hic ꝯſiderādū ē: vtrū in ſua ſubſtātia ſpūali z ſapia rōnali z libertate arbitrij q̄ oib⁹ inerāt oēs equales fuerit: vt ſit pma ꝯſideratio de ſubā: ſcda d forma tertia d ptāte. perſona q̄ppe ſubā ē ſapia forma arbitriū ptās: z ad ſubſtātiā quidē ptinet nature ſubtilitas

Ad formam vero intelligentie perſpicacitas: ⁊ ad poteſtateꝫ rationalis volūtatis habilitas. Ille ergo eſſentie rationales q̄ perſone erant ⁊ ſpiritus erant: naturaq; ſimplices ⁊ vita immortales differentem eſſentie tenuitatem: ⁊ differentē ſapientie pſpicacitatem atq; differentem arbitrij libertatē ⁊ habilitatē recte habuiſſe itelligūtur. Sicut in corporibus nōnulla differentia eſt ſecundum eſſentiam ac formam ⁊ pōdus. Quedam enim alijs meliorem ac digniorem eſſentiaꝫ et formaꝫ habent: ⁊ alia alijs leuiora atq; agiliora ſunt. Ad hūc ergo modum credendum eſt illas ſpūales naturas conuenientes ſue puritati ⁊ excellentie ⁊ in eſſētia ⁊ in forma ⁊ in facultate differentias accepiſſe in exordio ſue conditionis: quibus alij inferiores alij ſuperiores dei ſapientia conſtituerētur: alijs maiora alijs minora dona preſtantis: vt qui tunc per naturalia bona alijs excellebant: ipſi etiam poſt per munera gratie eiſdē precellent. Qui enim natura magis ſubtiles ⁊ ſapiētia amplius perſpicaces creati ſunt: hi etiam maioribus grē muneribus prediti ſunt: ⁊ dignitate excellētiores cōſtituti. Qui vero natura minus ſubtiles: ⁊ ſapientia minus perſpicaces conditi ſunt: minora gratie dona habuerunt inferioreſq; cōſtituti ſūt ſapientia dei equo moderamine cuncta ordinati. In ipſa facultate arbitrij differentia animaduertenda eſt ſecundum differentem nature virtutem ⁊ differenteꝫ cognitionis ⁊ intelligētie vim. Et ſicut differens vigor ⁊ ſubtilitas nature infirmitateꝫ non adducit minorq; cognitio ſapientie ignorantiam non ingerit: ſic libertas inferior nullam arbitrio neceſſitatis voluntatem imponit.

Que communia et equalia habuerunt angeli.

¶ Et ſicut in p̄dictis angeli diſferebant: ita ⁊ quedam communia ⁊ equalia habebant ꝙ ſpiritus erant. Quod indiſſolubiles et immortales erant commune omnibus ⁊ equale erat. In ſubtilitate vero eſſentie ⁊ intelligentia ſapientie ⁊ libertate voluntatis differentes erant. Has diſtictiones intelligibiles inuiſibiliū naturarum ille ſolus comprehēdere potuit ⁊ ponderare qui tūc cuncta fecit in pondere numero et menſura.

An boni vel mali: iuſti vel in iuſti creati ſint angeli: et an aliqua mora fuerit iter creationem ꝛ lapſum.

¶ Illud quoqꝫ inueſtigatione dignum videtur quod etiam a pluribus queri ſolet. Utrū boni vel mali: iuſti vel iniuſti creati ſunt ãgeli: ꝛ an aliqua mora fuerit inter creationem ꝛ lapſum: vl' ſine mora in ipſo creationis exordio ceciderunt.

Opinio quorundū dicentiū angelos in malicia creatos ꝛ ſine omni mora ruiſſe.

¶ Putauerunt enim quidã angelos qui ceciderunt creatos eſſe malos ꝛ non libero arbitrio in maliciam declinaſſe: ſed etiam in malicia a deo factos eſſe nec aliquam fuiſſe moram inter creationem ꝛ lapſum: ſed ab initio apoſtaſſe: alios vero creatos fuiſſe plene beatos. Qui opinionem ſuam muniunt auctoritate Auguſtini ſuper Geñ. ita dicentis. Non fruſtra putari poteſt ab initio temporis diabolum cecidiſſe nec cum ſanctis angelis pacatū aliquando vixiſſe ꝛ beatum: ſed mox apoſtataſſe. Unde domin⁹ ait. Ille homicida erat ab initio ꝛ in veritate non ſtetit: vt intelligamus quia in veritate non ſtetit: ex quo creatus eſt qui ſtaret ſi ſtare voluiſſet. Idem in eodẽ Non fruſtra inquit putandū eſt ab ipſo initio temporis vel cõditionis ſue diabolum cecidiſſe: et nunqꝫ in veritate ſteriſſe. Unde quidam in hanc maliciã libero arbitrio non eſſe inflexum: ſed in hac qꝫuis adeo putant eſſe creatū: ſcdm illud beati Job. Hoc eſt inquit initium figmenti dei: quod fecit de⁹ vt illudatur ei ab angelis eius. Et propheta ait. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: tanqꝫ primo fact⁹ ſit malus inuid⁹ ꝛ diabolus nec volūtate depꝛauatus. His aliiſ qꝫ teſtimoniis vtuntur qui dicunt angelos qui ceciderūt creatos fuiſſe malos ꝛ ſine mora corruiſſe: eos vero qui perſtiterunt perfectos ꝛ beatos fore creatos aſtruunt auctoritate Auguſtini qui ſuper Geñ. dicit: per celū ſignificari creaturam ſpiritualem que ab exordio quo facta eſt ꝛ ꝑfecta ꝛ beata eſt ſemper.

Aliorum ſententia probabilis qui dicunt omnes angelos creatos eſſe bonos: ꝛ aliquam morulam fuiſſe inter creationẽ ꝛ lapſum.

¶ Alijs autem videtur omnes angelos creatos eſſe bonos: ⁊ in ipſo creationis initio bonos extitiſſe. i. ſine vitio iuſtoſq; fuiſſe. i. innocentes ſed non iuſtos. i. virtutum exercitium habētes. Nō dum enim prediti erant virtutibus que ſtantibus appoſite fuerunt in confirmatione per gratiam: alijs vero per liberum arbitrium ſuperbientibus ⁊ ideo cadentibus: aliquam etiam fuiſſe morulam aiunt inter creationē ⁊ lapſum ⁊ confirmationē: ⁊ in illa breuitate temporis omnes boni erant: non quidem per vſū liberi arbitrij: ſed per creationis beneficium: ⁊ tales erant qui ſtare poterant. i. non cadere per bona creationis ⁊ cadere per liberū arbitrium. Poterant enim peccare ⁊ non peccare: ſed non poterant proficere ad meritum vite: niſi gratia ſuperadderetur q̄ addita eſt quibuſdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandū vtuntur teſtimonio Auguſtini qui ſuper Gen. dicit angelicam naturam primo informiter creatam ⁊ celum dictam: poſtea formatam ⁊ lucē appellatam: quando ad creatorem eſt conuerſa perfecta dilectione ei inherens: vnde prius dictum eſt. In principio creauit deus celum ⁊ terrā: et poſtea ſubditur dixit deus: fiat lux: et facta eſt lux: quia i primo agitur de creatione ſpiritualis nature iformis: poſtea de formatione eiuſdem. Ratio quoq; obuiat illis qui dicunt angelos creatos fuiſſe malos. Non enim potuit creator optimus auctor mali eſſe: ⁊ ideo totū bonū erat quod ex ipſo illis erat: ⁊ totū bonum erat: quoniam ex ipſo totū erat. Hoc modo probatur q̄ boni erant omnes angeli quando primo facti ſunt: ſed ea bonitate quā natura incipiens acceperat

Probationē auguſtini cōtra illos inducit qui dicunt angelos factos malos: verba etiam Job determinat que illi pro ſe inducebant.

¶ Ideoq; Auguſtinus exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuiſſe malos putant a auctoritate ⁊ ratione probat bonos fuiſſe creatos: ⁊ verba premiſſa beati Job: que illi ꝓ ſe inducebant quomodo ſint intelligenda aperit dicēs ſup gen. Omnia inquit fecit deus valde bona. Naturā ergo angelorum bonam fecit. Et quia iuſtum eſt

vt nullo merito hic in aliquo qđ creauit deus damnat: non natu ram ſed voluntatem malam pu niendam eſſe credendum eſt: nec eius naturaꝫ ſignificatam eſſe cū dicitur. Hoc eſt initium figmen ti dei ꝛc. Sed corpus aereum quod tali voluntati aptauit de⁹ vel ipſam ordinationem dei in qua eum initium etiam fecit vti lem bonis vel ipſius ãgeli factu ram quia ꝛ ſi preſciret deus vo luntate malum futurum: fecit ta men eum prouidens quanta de illo ſua bonitate eſſet facturus. Figmentum ergo dei dicitur: qꝛ cum ſciret eum deus voluntate malum futurum vt bonis noce ret: creauit tamen illum vt de il lo bonis prodeſſet: hoc autēꝫ fe cit vt illudatur ei. Illuditur eniꝫ ei cum ſanctis proficit tẽptatio eius. Sicut et mali homines quos deus malos futuros pre uidens: creauit tamen ad ſancto rum vtilitatem: illuduntur cū ꝑ ſtatur ſanctis eorum temptatio ne profectus. Sed ipſe eſt initiū qꝛ precedit antiquitate ꝛ princi patu malicie. Hec autem illuſio fit angelis malis et hominibus malis per angelos ſanctos: quia ſubdit eis angelos malos et ho mines malos: vt non q̄ꝫtum nit tuntur: ſed q̄ꝫtuꝫ ſinūtur poſſint nocere. Ecce aperte oſtẽdit qua liter predicta verba Iob intelli genda ſint: et angelicam naturã bonam creatam eſſe aſſeruit.

Quomodo intelligẽda ſint verba premiſſa domini diſſe rit euidenter tradens ange los ẽe creatos bonos: ꝛ poſt creationem cecidiſſe.

¶ Deinde qualiter verba domi ni que ſupra poſuit accipienda ſint Auguſtin⁹ aperit: vbi etiaꝫ ſua que predixit verba determi nat euidenter docens angelos bonos fuiſſe creatos: ꝛ poſt crea tionem interpoſita aliqua moru la cecidiſſe ita inquiens. Nõ pu tatur diabolus nunq̄ꝫ in verita te ſtetiſſe: nunq̄ꝫ beatam vitã du xiſſe: ſed ab initio cecidiſſe: nõ ſic accipiendum eſt vt malus a bo no deo creatus eſſe putetur qua ſi ab initio nõ cecidiſſe diceretur Non enim cecidit ſi talis ſcꝫ ma lus factus. A quo enim caderet Factus ergo prius ſtatim a ve ritate ſe auertit: propria poteſta te delectatus: beateq̄ꝫ vite dulce dinem nõ guſtauit: quã acceptã non faſtidiuit: ſed nolendo acci pere amiſit. Cui ergo caſus pre

ſcius eſſe non potuit: quia ſapiē tia fructus eſt pietatis. Conti nuo autem vt factus eſt cecidit nō ab eo quod accepit: ſed ab eo quod acciperet ſi deo ſubdi vo luiſſet. Ecce hic aperte declarat angelos bonos creatos fuiſſe: ⁊ poſt creationem cecidiſſe: et fuit ibi aliqua morula licet breuiſſi ma. Quod Origenes cōfirmat ſuper Ezech. dicēs. Serpēs eſt hoſtis contrarius veritati: nō ta men a principio nec ſtatiꝫ ſupra pectus ⁊ ventrem ſuum ambu lauit ſicut Adam ⁊ Eua non ſta tim peccauerunt: ita ⁊ ſerpēs ali qñ fuit nō ſerpens cum in para diſo delitiarum moraretur: de⁹ enim maliciaꝫ non fecit. Ecce a perte dicit poſt creationem inter poſita morula cecidiſſe. Ideoqꝫ illa verba ſic accipienda vidētur homicida erat ab initio vel men dax. i. ſtatim poſt initium quan do ſibi equalitatem dei promiſit ⁊ ſeipſum occidit: qui homo dici tur in euangelio: nec in veritate ſtetit: q2 in ea non fuit: ſed ab ini tio tēporis. i. ſtatim poſt initiuꝫ temporis apoſtatauit. Poteſt etiam et ſic accipi illud ab initio homicida fuit vel mendax. i. ex quo homo fuit conditus: quem per inuidiam in mortem precipi tauit ⁊ fallaciter ſeduxit. Ex pre dictis ergo liquet angelos bo nos omnes eſſe creatos: et poſt creationem quoſdam cecidiſſe a bono quod habuiſſent ſi perſti tiſſent.

Quod triplex fuit ſapiētia in angelis ante caſum vel cō firmationem.

¶ Hic inquiri ſolet quam ſapiē tiam habuerunt ante caſum vel confirmationem. Erat in eis tri plex naturalis cognitio qua ſcie bant ꝙ facti erant ⁊ a quo facti erant: ⁊ cuꝫ quo facti erant: ⁊ ha bebant aliquam boni et mali no ticiam: intelligentes quid appe tendum vel reſpuēdū illis foret.

An aliquam dei habuerint dilectionem vel ſui inuicem.

¶ Solet etiam queri vtruꝫ ali quam dei vel ſui dilectionem in uicem habuerint? Ad quod dici poteſt ꝙ naturalem dilectioneꝫ habebant: vt memoriam ⁊ intel lectum ⁊ ingenium qua deum et ſe aliquatenus diligebant: ꝑ quā tamen non merebantur.

CIrca tertiaz diſtinctionez queritᷣ primo Utrum quilibet angelus a quolibet alio differat ſpē. Ad hanc difficultatem reſpōdet ſctūs Tho. affirmatiue imo expreſſe aſſerit ꝙ impoſſibile eſt duos angelos eſſe eiuſdē ſpeciei. Contra iſtā opinionē ſunt multi articuli parrhiſiēſes ad quos rn̄det capreolus ꝙ nōmilitāt ꝯtra diuū Tho. Inſuper dicit ꝙ intelligitur attribuendo impotentiā deo mō: diuꝰ Tho. nō aſſerit ꝙ nō poſſe ꝓducere duos angelos eiuſdē ſpēi ꝓuenit ex impotentia dei ſed ex natura rei: qꝛ vnus angelus habet totam perfectionem ſue ſpēi. Conſequēter cōcedit ꝙ quilibet angelus eſt infinitus ſcđm qđ ratio ē quia quilibet angelꝰ hȝ oēm perfectionem ſuę ſpeciei. Propterea arguitur rationibꝰ cōtra iſtā opinionē. Prima ratio talis eſt: in eſſētia diuina ſunt plures perſonę ſoluȝ numero differentes. ergo i qualibet ſpecie angelica ſunt plures angeli ſolum numero differentes: ꝯn̄a teneȝ per locū a fortiori: qꝛ eſſentia diuina eſt ſimplicior natura ꝙ̄ ſit natura angelica. Scđa ratio talis eſt. omnes anime rationales ſunt eiuſdē ſpēi. ḡ poſſibile eſt multos angelos eē eiuſdem ſpēi ꝯn̄a tenet: qꝛ aīę ſunt etiaȝ ſpūs indiuiſibiles. Et ſi dicatᷣ ꝙ aīę creantᷣ in materia: poſſibile ē ꝙ dn̄s deus creet multas aīas extra materiam. Si dicas ꝙ tales aīę creatę extra materiā hn̄t appetitū naturaleȝ ad ipſam materiam: hoc nihil eſt dictu: nā etiā angeli poſſunt creari cū naturali appetitu ad celuȝ empireū Tertia ratio talis eſt. ſeq̄retᷣ ꝙ multe ſpēs angelorum perierūt: ꝯn̄s eſt falſum: igr̄ ſeq̄la eſt nota de omnibꝰ cacodemonibꝰ: falſitas ꝯn̄tis ꝓbatur. inconueniēs eſt ꝙ tota vna ſpēs angelorū ſit dānata: ⁊ dn̄s nō reparauit aliquā partē ipſiꝰ ſpeciei: nam ideo reparauit ⁊ ſanauit aliquos homines: ne tota ſpēs humana dānaretur. ergo īpoſſibile eſt ꝙ tota ſpēs angelorū ſit dānata. Quarta ratio talis eſt. ſequeretᷣ ꝙ ſi vnus angelꝰ anihilaretᷣ dn̄s deus nō poſſet reparare eandē ſpeciē niſi reproduceret eundē angelū anihilatū: ꝯn̄s eſt falſum: qꝛ videretᷣ tunc neceſſitari ad illū producendū: igitur opinio nulla. Ultima ratio eſt talis: ſequeretᷣ qđ idē eſſet ſpēs ⁊ indiuiduū. ꝯn̄s videtur īplicare: igr̄ ſequela probatᷣ quocūq̧ angelo demōſtrato verū eſt dicere qđ eſt indiuiduū: ⁊ in eo eſt ſpecies angelica: igr̄ ſequela vera: iam probatᷣ falſitas ꝯn̄tis: hn̄ ſequitᷣ talis natura eſt ſpēs āgelica. ergo eſt cōmunicabilis: ⁊ vltra ſequitᷣ. eſt indiuiduū: ergo nō pōt cōicari: ḡ īplicat cōtradictionē: imo ſcđm iſtā opinionē videtur non intelligibile ꝙ ſit ſpēs ⁊ ꝙ repugnat ei ꝯmunicari pluribus indiuiduis: nā talis īpotentia nō ꝓuenit ex parte dei: ſed ex parte ipſiꝰ nature angelice. Contra iſtaȝ opinionē eſt etiā auctas Damaceni in .12. ca. lib. elemētari ꝙ dn̄s deus ſecundum vnāq̄q̧ ſpeciem creauit angelos.

¶ Propter iſta argumēta diu⁹ Bo
nauētura ⁊ doctor ſubtilis ⁊ Guiller
m⁹ ocham: ⁊ ferme oēs alij doctores
tenent: q̄ dn̄s deus pōt producere
multos angelos eiuſdē ſpēi: ⁊ credē
dum eſt q̄ de facto multos ꝓduxit:
q̄uis id nō habeam⁹ ex reuelatione
diuina.

¶ Contra iſtā opinionē arguit
a diuo Tho. ſic: in eodē ordine inue
niūtur ꝑmi medij ⁊ vltimi teſte dio
niſio in li. de celeſti cherarchia: ergo
oēs angeli differunt ſpē. Ad hoc ar-
gumētū facile rn̄det negādo ꝯn̄am
nam cū aūte ſtat q̄ oēs angeli primi
ordinis ſint eiuſdem ſpēi q̄uis diffe
rant ſpē a medijs ⁊ vltimis: pari for
ma ſtat q̄ oēs medij ſint eiuſdē ſpēi
⁊ pari iure q̄ oēs vltimi ſint eiuſdē
ſpēi: q̄uis vltimi differant ſpē a me
dijs ⁊ primis. Contra iſtam ſolu. re
plicat a ſctō Tho. nulli angeli ſunt
cōpoſiti ex materia ⁊ forma. ergo i-
poſſibile eſt duos angelos eſſe eiuſ-
dem ſpēi. ꝯn̄a tenet: q̄ impoſſibile
eſt eſſe plures albedines ſeparatas
quum albedines nō ſint plures niſi
ſecundum q̄ ſunt in pluribus ſubſtā
tijs. Ad hanc replicā reſpondetur
negando ꝯn̄am: ⁊ ad probationē ne
gatur aſſumptū: imo in quindecim
hoſtijs cōſecratis ſunt plures albe-
dines que nō ſunt in pluribus ſubſtā
tijs: imo nulli ſubſtātie inſunt.

¶ Secūdo queritur circa ean-
dem diſti. Utrū omnes angeli crea
ti ſint boni. Ad hanc difficultatē rn̄-
det Porphiri⁹ negatiue: ⁊ aſtruit q̄
aliqui demones ſunt naturalr̄ falla-
ces interdū ſimulātes ſe eſſe deos:
interdū eſſe animas defunctoꝝ: Sʒ
hanc opinionē egregie reprobat ſan
ctus Aug⁹. in. 10. lib. de ciuitate dei:
nā contradicit illi: vidit deus cuncta
que fecerat ⁊ erant valde bona. Et
diuo Dionyſio in. 4. cap. de diuinis
nominib⁹. Ratione etiā arguit ſic.
ſequeretur q̄ demones nō eſſent vi
tuperandi nec puniēdi: ꝯn̄s eſt con-
tra ſententiā datā a dn̄o deo: igitur
opinio nulla: ſeq̄la probat teſte pho
noſtro. propterea q̄ inſunt nobis a
natura nec laudamur nec vitupera-
mur: ſed demones naturalr̄ ſunt ma
li: ergo nec ſunt laudādi nec vitupe-
randi: ⁊ per ꝯn̄s nec puniēdi. Inſu-
per ſequeret q̄ deus eſſet vituperā
dus: ꝯn̄s eſt abſurdū: igitur ſequela
probat auctore deo angeli facti ſūt
mali. ergo tota malicia imputanda
eſt dn̄o deo: ⁊ per ꝯn̄s dn̄s deus eēt
culpandus.

¶ Propterea ponitur conclu-
ſio reſpōſiua ⁊ affirmatiua ad titulū
q̄ſtionis: cōtra quā arguit Porphi-
rius auctibus ſacre pagine. Prima
eſt ſaluatoris Joānis. 8. dicētis. ille
homicida erat ab initio ⁊ in veritate
non ſtetit. Secūda eſt pſte. p̄o. 3. ſu-
pra centeſimū draco iſte quē forma
ſti ad illudendū ei. Et idē dicit Job
in ſententia: hoc eſt initium figmēti
dei quod fecit deus: vt illudat ei ab
angelis eius. Ad iſtas duas auctes
rn̄det q̄ intelligūtur imediate poſt
initium creationis mūdi: ⁊ dat intel
ligi per illō qō ſequit ⁊ in veritate
non ſtetit: nam ex iſto verbo ſequit
q̄ diabolus aliq̄n erat verus ⁊ bon⁹
q̄uis parū manſerit in tali volunta

te:⁊ teſte pħo nr̄o q̄ parum diſtat: nihil diſtare videt. Scd̄a ratione arguitur ſic. oppoſitio mali ad bonuȝ decorat vniuerſū:⁊ confert ſaluti et glorie beatoꝝ. ergo in pricipio dn̄s deus creauit bonū ⁊ malū: añs patȝ habet eccli. 39. ca. Cōtra malū bonū ⁊ contra mortē vita:⁊ contra virum iuſtū peccator. Ad hoc rn̄det ꝙ pductio mali nō confert ad decorem vniuerſi: nā productio mali ſemꝑ ē mala intelligendo de malo culpę: ſed ordinatio mali bene eſt bona ⁊ confert ad decorem vniuerſi. Contra iſtam ſolu. arguit. dn̄s deus iā creat multas malas aīas. ergo etiam creauit multos malos angelos: añs probat oēs anię rationales que producunt a deo creant cū pctō originali. ergo multas aīas creat deus malas. Ad hanc replicā rn̄det negando ꝙ dn̄s deus creet aīas malas ea ratione qua ſunt malę: ſed talis malicia prouenit a p̄rio parēte.

¶ Tertio queritur circa eandeȝ diſtinctionē: vtrū angeli cognoſcant ſe:⁊ alia a ſe per eſſentias ipſorum. Pro hui⁹. q. intelligentia eſt aduertendū ꝙ Adā godā vult probare ac defenſare partē affirmatiuā hui⁹. q. ¶ Contra quā rn̄ſionē arguit: ſequeretur ꝙ q̄libet angel⁹ eſſet de⁹. ꝯn̄s eſt falſuȝ: igr̄ ſeq̄la probat. quilibet angelus eſt infinite perfect⁹. ǧ quilibet angelus eſt de⁹. añs probat. quilibet angelus cognoſcit p ſuā eſſentiam infinita diſtincte. ergo q̄libȝ angelus eſt infinite perfect⁹ ꝯn̄a pbat cognoſcere aliq̄d diſtincte ſiue rep̄ſentare eſt aliquāte perfectionis: et repreſentare duo eque clare:⁊ diſtincte eſt in duplo maioris perfectiōis ⁊ repreſentare. 4. eque clare ⁊ eque diſtincte eſt in quadruplo maioris: ⁊ ſic cōſequenter aſcendendo. ergo poſtꝗ̄ eſſentia angeli rep̄ſentat infinita diſtincte ⁊ clare ſequit ꝙ q̄libet angelus eſt infinite perfectiōis: iaȝ probat añs. eſſentia angeli rep̄ſentat ſeipſaȝ:⁊. 2. vel. 3. alios angelos ⁊ non videt potior rō ꝙ repreſentet 3. aut. 4. ꝗ̄. 10. aut mille: ⁊ ſic in infinitum: ergo q̄libet angelus infinita clare ⁊ diſtincte repreſentat.

¶ Secūdo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ anima nr̄a cognoſceret ſeipſaȝ ⁊ alias res per ſuā eſſentiā. ꝯn̄s eſt falſum: igr̄ ſequela eſt lucida: q2 non videtur potior ratio de angelo ꝗ̄ de aīa rōnali: quū aīa rationalis ſit indiuiſibilis ſicut angelus. iaȝ probat falſitas ꝯn̄tis: ſequeret ꝙ anima nō intēſius aut perfectius cognoſceret vno tēpore ꝗ̄ in alio. ꝯn̄s eſt contra experientiā: igr̄ ſequela probat: aīa rationalis ſemꝑ eſt eadeȝ noticia in quocūꝗ̄ tēpore. ergo non clarius cognoſcit vno tempore ꝗ̄ alio. Tertio arguit ſic. ſequeret ꝙ actus nolendi non diſtingueret a voluntate angeli ꝯn̄s eſt falſum: igitur falſitas ꝯn̄tis pbat. ſequeret ꝙ eadē res eſſet velle ⁊ nolle amor ⁊ odiū: imo ſequeretur ꝙ Ang⁹. non poſſet vno tēpore magis amare ꝗ̄ alio. ꝯn̄s eſt manifeſte falſum: igit. Jmo adhuc vlterius ſeq̄retur ꝙ Ang⁹. ſemꝑ ſeipm̄ intelligeret ⁊ amaret ⁊ odiret: vt ptȝ de malo demone: igit opinio nulla. Quarto arguit: ſeq̄ret ꝙ oēs angeli eſſent ęque ſapiētes ⁊ ęqualit beati. ꝯn̄s eſt cōtra diuū Dionyſium in

lib.de celeſti cherarchia:igit opinio
nulla ſequela ptꝫ: qꝛ omnes angeli
equalr cognoſcūt ꝛ diligunt deum.
Poſtremo arguit: ſequeret ꝙ nulli
habit⁹ eſſent ponendi ꝯñs eſt cōtra
pħm in.2.li. Ethicoꝝ: igit ꝛ opinio
imo ſequeretur adhuc ꝙ nulla eſſet
obliuio:qꝛ ſemꝑ quilibꝫ angelus ac
tualiter omnia intelligeret. Contra
iſtā opinionē ſunt etiā auct.inume.
Aurelij auguſt.in lib.de trinitate ꝛ
philo.in lib.ethicoꝝ et de anima.

Propterea ponitur conclu.
rñſiue ad titulū.q.quaꝝ p̄ria eſt iſta
Quilibet angel⁹ intelligit ſeipꝫ per
accidens diſtictū ab ipſomet. Scḋa
ꝯclu.eſt iſta.quilibet angelus intelli
git alia a ſeipſo per quoddā accidēs
inherēs ipſi angelo diſtinctū ab ipo
met. Iſte due ꝯclu. patēt ex rōnib⁹
ꝯtra aliā opinionē adductis.

Contra iſtas cōclu. arguitur
ſic.illa que ex oppoſito diuiduntur:
non poſſunt eſſe vnū ꝛ idē: ſed act⁹
primus ꝛ actus ſcḋus ex oppoſito
diuidūtur: vt inqt philo.2.de aīa:et
act⁹ prim⁹ eſt forma abſoluta.ergo
actus ſcḋus ſiue operatio eſt forma
reſpectiua ꝛ nō abſoluta. Ad hoc ar
gumentū rñdetur negādo ꝯñam: ſꝫ
ex illo aīte bñ infertur ꝙ act⁹ prim⁹
ꝛ actus ſcḋus non poſſunt eſſe vnuꝫ
ꝛ idē.imo argumētū ꝓbaret ſi ꝯña
eſſet bona ꝙ albedo nō eſt forma ab
ſoluta ſic arguēdo. albedo ꝛ nigredo
ex oppoſito diſtingūtur aut diuidū-
tur:ꝛ nigredo eſt forma abſoluta.er
go albedo non eſt forma abſoluta.
Contra iſtā ſolu.arguit. Si actus ſe
cundus eſſet forma abſoluta: ſeque
retur ꝙ eſſet proceſſus in infinitum
in talibus operationib⁹.ꝯñs eſt fal-
ſum:igitur ſequela probatur. talis
ſcḋus actus poſtꝙ̄ eſt forma abſolu
ta habꝫ operationē. quero igitur de
tali operatione poſtꝙ̄ eſt forma ab-
ſoluta an habebit aliam operationē
et iterū querā de illa tertia operatio
ne ꝛ ſic conſequēter:ergo dabilis eſt
proceſſus in infinitum. Ad hanc re-
plicā rñdetur negando ſequelā:ꝛ ad
probationē nego ꝙ oporteat talem
formam abſolutā que eſt ſcḋus act⁹
habere operationē:ſed bñ poteſt ha
bere ſi itellectus talis angeli aduer
tat:ꝛ quia aduertentia intellect⁹ an
geli eſt finita ꝛ limitata nō datur ꝓ-
ceſſus in infinitum ſicut nec datur in
nobis proceſſus in infinitū reſpectu
noticiarū reflexarum. Contra iſtaꝫ
ſolu.arguit.ſequeretur ꝙ dñs deus
poſſet ſeparare actum ſcḋm ab actu
primo:ſi actus ſecūdus eſſet forma
abſoluta:ꝛ poteſt ſeparare intellige
re ab intellectu.ꝯñs eſt falſum : igit
ſequela probat: omne abſolutū de⁹
poteſt ſeparare: ſed actus ſcḋus eſt
forma abſoluta.ergo de⁹ pōt ſepara
re actum ſecundum ab actu primo.
Ad hanc replicā rñdetur concedēdo
ſeqlā ꝛ negādo minorē:nā poſſibile
eſt ꝙ itellect⁹ angelic⁹ nullā hēat in
tellectionē:ꝛ ſi ꝓbes ſic ſe hēt lucere
ad lucē ſicut intelligere ad itelligēs
ſed lucere non eſt aliqḋ abſolutum
additum luci. ergo intelligere non
eſt aliquid additum intelligenti:ne-
gatur maior: ſed debes ſic aſſume-
re ſicut ſe habet lucere ad lucens:
ita ſe habꝫ intelligere ad intelligēs:

Contra iſtam ſolu. arguit: in nullo abſoluto poſſunt adunari contraria ſed ſimul intelligitur albū ⁊ nigrum ergo intelligere non eſt forma abſoluta. Ad hoc rñdetur qđ q̄uis albuȝ ⁊ nigrū ſunt cōtraria: intelligere tamen albū ⁊ intelligere nigrū nō ſūt contraria.

¶ Secūdo arguitur ſic. intelligere angeli eſt eē ipſi⁹ angeli. ergo angelus eſt ſua intellectio: aſñs pbatur teſte pħo in. 2. de anima: viuere in viuentib⁹ eſt eſſe: ſed intelligere eſt quoddā viuere: ergo intelligere ipſius āgeli eſt eius eſſe. Ad hoc argumentū rñdetur negando aſñs capiendo intelligere pro actu ſcđo: et ad probationeȝ negatur minor: nec pħus ita capit in illo loco citato: ſȝ vt tantum valet intelligere ſicut eſſe intelligentem. Contra iſtam ſolu. arguit. intellectus angeli ſemp ſeipſum intelligit: ⁊ hoc non eſſet niſi intelligere angeli eſſet eſſentia ipſius angeli: igit intelligere eſt eſſe ipſi⁹ angeli: maior ptȝ expreſſa auctẽ Auguſt. in. 10. et. 4. lib. de trinit. dicētis q̄ mens ſemper ſe nouit ⁊ intelligit Ad hāc replicā rñdetur negādo maiorē: ⁊ ad probationē dico q̄ Aug⁹. intelligit habitualr̄ ⁊ in potentia et non actualiter. Contra iſtā ſolu. arguit. ſequeretur q̄ anima mutaret ⁊ tranſmutaretur pñs eſt cōtra pħum in. 7. phiſicoꝝ. igit ſequela ptȝ: aña aliqñ habet noticiā aliqñ non habet ergo tranſmutatur. Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelā loquendo de tranſmutatione proprie nec pbatur in iſto ſenſu: ſi vero capiatur large ⁊ in proprie pceditur illa ⁊ negatur minor: nam pħs loquit de tranſmutatione proprie ⁊ nō loquitur de tranſmutatione large vt eſt adquiſitio alicuius forme accidentalis: ſiue extenſe ſiue ſpūalis. Contra iſtā ſolutionē arguitur: angelus intelligit deum per ſuā eſſentiā. ergo non per accidens ſibi inherens. aſñs probat ſequeretur alias q̄ beatitudo non eſſet perpetua: pñs falſum: igitur ſeq̄la probatur. beatitudo eſt forma accidentalis. ergo poteſt corrumpi: et ⁊ per pñs non eſt perpetua. Ad hāc replicā rñdetur negando aſñs: et ad probationē diſtinguitur ſequela; vel procedendo de lege dei ordinata: et ſic negatur illa: ⁊ ad probationē negatur q̄ poteſt corrūpi: naȝ dñs de⁹ eam conſeruat neceſſario ſcđm legē ſi vero procedas de potentia abſoluta: tunc bñ cōceditur q̄ poteſt corrūpi. Sed ſi replices: deus eſt ſua itellectio ergo ⁊ angelus. negat pñs lata eſt differentia inter creatorem et creaturaȝ. imo đr q̄ dñs deus nequit producere vnam creaturam rationalem que ſit ſua intellectio: imo talis creatura rationalis ſi daretur eſſet deus qđ īplicat contradictionē vt poteſt deduci ex declaratis.

¶ Queritur quarto circa eādē diſtinctionē. Utrū angelus cognoſcat alia a ſeipſo p ſpēs a rebus acceptas. Ad hanc difficultatē rñdet ſanct⁹ Tho. negatiue ⁊ aſſerit q̄ angelus cognoſcit per ſpēs ſibi cōnaturales ad oīa intelligenda que naturaliter intelligere pōt: ⁊ quāto aliquis angel⁹ eſt maior tāto habet pauciores ſpēs lȝ vniuerſaliores ⁊ pluriuȝ repñtatiuas diſtincte ⁊ clare.

¶ Contra iſtam opinionem ar guitur ſic. talis ſpēs non requiritur in angelo: ergo non eſt poneda: añs probatur. non requiritur ex parte in tellectus angelici nec ex parte intel ligibilis. ergo non requirit. maior p batur: intellectus humanus pōt itel ligere ſine ipſo intelligibili. ergo in tellectus angeli a fortiori poteſt in telligere ſine tali ſpē. iaʒ pbatur mi nor: ſufficit preſentia intelligibilis ſecluſa quacūqꝫ ſpē poſtq̄ ipſum in telligibile ſufficienter repñtat ſeip ſum. ergo non requirit talis ſpēs ex parte ipſius intelligibilis. Scdo ar guitur ſic. ſequeretur ꝙ intellectus angelicus haberet ſpēs oīm intelli gibiliū ab ipſis naturalr. ꝯñs eſt fal ſuʒ: igit ſequela eſt lucida ⁊ falſitas ꝯñtis probatur: ſeqretur ꝙ angelus haberet infinitas ſpēs vel aliquā q̄ eſſet repñtatiua infinitoꝝ diſtincte et clare: ꝯñs eſt abſurdū: igitur ſeq̄ la probatur. ī deo ſunt infinite ydee rerū creabilium: quarū q̄libet q̄libꝫ angelus poteſt cognoſcere naturali cognitione: nam angelus pōt cogno ſcere ſaltē ſucceſſiue vnā ⁊ aliam: et ſic conſequēter demonſtrando tales res creabiles. ergo ſeq̄la vera. Ter tio arguitur ſic. ſequeret ꝙ angelus ſimul intelligeret omnia quoꝝ habꝫ ſpēs: ꝯñs eſt falſum: igitur. Quarto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ angelus prius cognoſceret tales ſpēs intel ligibiles q̄ ipſas creaturas ad extra ꝯñs eſt falſum: igit ſequela probat. ipſe ſpēs intelligibiles ſunt magis pñtes ipſi angelo q̄ creature ad ex tra: ergo prius angelus cognoſcit ta les ſpēs q̄ creaturas ad extra. Qui to arguitur ſic. nō requiritur ſpēs ad hoc ꝙ angelus cognoſcat ſuaʒ eſ ſentiam vt ſctūs Tho. expreſſe con cedit. ergo non requirit ſpēs ad hoc ꝙ angelus cognoſcat eſſentiam alte rius angeli. Sexto arguitur ſic. non requiritur ſpēs ad hoc vt angelꝰ co gnoſcat deum. ergo neqꝫ ad hoc vt cognoſcat alia adeo. Poſtremo ar guitur ſic. ſequeretur ꝙ quelibet ta lis ſpēs eſſet infinite perfectionis. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela poteſt probari vt probatum eſt ſuperius.

¶ Propter iſta argumenta eſt alia opinio. S. Bonauē. tenētis q̄ð angelus habet ſpēs concreatas per quas cognoſcit: et maxime propter illud Ezech. 28. f. Tu plenus ſapiē tia ⁊ perfectꝰ decore q̄ð dicitur de lu cifero: ⁊ propter auctoritates ſancto rum precipue Augu. ⁊ Dioniſij: nihi lominus vltra ſpēs quas habet an gelus concreatas pōt habere alias ſpēs a creaturis acceptas.

¶ Contra iſtam opinionem arguit ſctūs Tho. qualis eſt diſtinctio ⁊ or do corporū ſupremorū ad infima. talis eſt ordo ſupremaꝝ ſubſtantia rum ſpūaliuꝫ ad infimas: ſed corpo ra ſuprema habent potentiam tota liter perfectā in inferioribꝰ materia non totalr perficit: ſed nunc accipit vnā nūc aliā: ſimilr aīe humane ha bent potentiam intellectiuā non cō pletam: ſed cōpletur per receptionē ſpecieꝝ intelligibiliū. ergo in ange lis qui ſunt ſupreme ſubſtantie ſpiri tuales potētia intellectiua eſt cōple ta. Ad hoc argu. rñdet diſtinguēdo maiorem: vel intelligendo quoad re ceptionem formaꝝ accidentalium:

et ſic cōceditur illa ꝛ negatur minoꝛ nam luna ꝛ planete recipiunt lumē a ſole. ſi vero itelligatur de receptione formarū ſubſtantialiū argumentum non eſt ad propoſitū: ratio eſt: quia ſpēs intelligibiles non ſunt forme ſuſtantiales ſed accidētales.

¶ Secundo arguitur ſic ab eodem doctoꝛe. anime humane q̄ ſūt forme coꝛpoꝛum: ideo a coꝛpoꝛibus ꝛ per coꝛpoꝛa recipiūt ſpēs intelligibiles: ꝛ conſequūtur ſuam perfectionem: ergo angeli a ſeipſis habēt ſpecies intelligibiles ꝛ non ab ipſis rebus creatis. Ad hoc argumentū reſpondetur negando aſis patet inſtātia de animabus ſeparatis: et data etiam aſite ꝯña etiam non valet.

Tertio arguit̄ auctē ſcti Augu. in. 2. ſuper Gen. dicētis: ꝙ cetera īfra angelos ita creant̄ vt priuſq̄ fiāt ſint ī cognitione rationalis creature ac deinde in genere ſuo. Ad hanc auctem facile rñdetur ꝙ Augu. loquitur de angelis beatis.

¶ Poſtremo arguitur ſic. ſeq̄retur ꝙ angeli in quacūq̄ diſtantia acquirerent tales ſpēs intelligibiles ꝯñs eſt falſum. igitur. Ad hoc argu. quod eodem mō militat contra ipm de noticia reſpectu anime ratiōalis facile reſpōdetur ꝙ creatura q̄libet eſt finita ꝛ limitata: idcirco non pōt in quacūq̄ diſtantia effectum ſuum producere. Sed nunc ſupereſt rñdere ad aliquas rationes factas cōtra diuū Tho. que videtur militare contra iſtam opinionē. Unde ad tertiā rationē rñdetur negando ſequelam nam licet habeat ſpēs ſibi preſētes: nōn tamen opoꝛtet ꝙ cognoſcat oīa illa que repñtant̄ p ſpēs: veluti aīa rationalis nō poteſt cognoſcere oīa illa quoꝛuȝ habet habitus. Ad quartam ratiōnē rñdetur negando ſequelam: ꝛ ad probationem diſtinguitur aña vel de pñtia obiectiua ꝛ ſic neḡ illud: vel loquendo de preſentialitate indiſtantie: ꝛ ſic ꝯceditur illud et negatur ꝯña.

¶ Circa iſtam rñſionem dubitatur primo qualem noticiam dei habuerunt angeli in primo inſtanti ſue creationis. Ad hoc dubium rñdetur per aliquas ꝯclu. quaruȝ prima eſt iſta. Quilibet angelus in primo iſtāti ſue creationis habuit noticiā abſtractā dei clarioꝛem q̄ habeamus. Iſta ꝯclu. probatur. primus parēs in ſtatu innocētie habuit noticiā clarioꝛem de deo q̄ nos habebamus: vt probabitur īferius. ergo a foꝛtiori quilibet angelus habuit clarioꝛeȝ noticiā de deo q̄ habeamus. Scđa conclu. eſt iſta. quilibet angelus ex naturalib⁹ potuit deuenire ī noticiā dei. iſta ꝯclu probatur. homines in ſtatu nature lapſe poſſunt deuenire in noticiā dei ex naturalibus. ergo a foꝛtioꝛi angeli poterant deuenire ex naturalibus in noticiā dei.

¶ Dubitatur ſecūdo an angeli diſcurrendo cognoſcant. Ad hoc dubium rñdet ſctūs Tho. negatiue. Contra quam rñſionem arguitur ſic angelus vnam rem cognoſcit poſt aliam. ergo cognoſcit diſcurrendo. aña probatur. aliquas veritates cōtingentes angelus incipit cognoſcere. ergo vnam rem angelus cogno-

ſcit poſt aliam. Scđo arguit ſic. angelus aliquã veritatẽ nõ imediataʒ cognoſcit: vt puta iſtam. ſol eclipſabitur anno futuro: vel luna eclipſabitur tali menſe: ⁊ iſtas v̾itates cognoſcit per alias: ideo q2 cognoſcit ꝙ ſol ⁊ luna in tali tẽpoꝛe erunt ſub talibꝰ partibus celi. ergo angelꝰ cognoſcit diſcurrendo. Ad iſta duo argumẽta rñdet ſctũs Tho. ꝙ diſcurrere capitur duobus modis. Uno mõ diſcurrere iãc̃ eſt ꝙ vnũ per aliud cognoſcere: ⁊ iſto mõ ãgeli diſcurrũt: ⁊ iſte modus eſt impꝛopꝛiꝰ. Alio mõ capitur diſcurrere ꝓpꝛie: ⁊ eſt vnũ ignotũ per aliud pꝛius notũ cognoſcere ⁊ iſto mõ ãgeli nõ diſcurrũt nã cognito vno pꝛincipio ſimul cognoſcunt ↄclu. ex tali pꝛincipio deducibiles. Contra iſtam ſolu. arguit. ſequeret ꝙ ſi mundus perpetuaretur a parte poſt q̃libet demõ cognoſceret infinitas veritates cõtingẽtes. ↄñs videt mirabile: igitur ſequela ꝓbatur. ex illo pꝛio ꝑncipio: videlicet ꝙ qñ ſol ⁊ luna ſunt ſub talibus partibꝰ celi: ſequit eclipſis ſunt deducibiles infinite veritates cõtingentes: ⁊ oẽs tales veritates q̃libet cacodemõ ſimt cognoſcit cũ tali pꝛĩcipio: igit ſeq̃la vera. Scđo arguit cõtra eãdẽ ſolu. ſequeretur ꝙ nullã veritatẽ neceſſariam naturalr̃ cognoſcibilẽ ignoꝛat diabolus: ↄñs eſt falſum: igit falſitas ↄñtis pꝛobat. ſequeret ꝙ quilibet diabolꝰ infinita actualr̃ ⁊ naturaliter cognoſceret. ↄñs eſt falſuʒ: igit ſequela patʒ. infinite ſunt veritates neceſſarie naturalr̃ cognoſcibiles de partibꝰ ꝓpoꝛtionalibus continui: et omnes tales diabolꝰ actualr̃ ⁊ naturaliter cognoſcit: igit ſequela vera: iam pꝛobatur pꝛima ſequela: vel talis veritas neceſſaria eſt immediata vel mediata ſi pꝛimũ illã cognoſcit: ſi ſcđm etiam illã cognoſcit per imediatã: nã cognoſcendo immediataʒ cognoſcit omnes mediatas que ſequũtur ex ipſa. Propter iſta argumenta rñdetur affirmatiue ad dubium ab omnibus alijs doctoꝛibus: nam eodemmodo angeli poſſunt ſillogiſare ⁊ diſcurrere ſicut ⁊ nos.

An perfectos ⁊ beatos creauit deus angelos: an miſeros ⁊ imperfectos.

Diſtinctio IIII.



Quoſt hec videndum eſt vtrũ perfectos ⁊ btõs creauit deus angelos: an miſeros ⁊ iꝑfectos. Ad qđ dici poteſt ꝙ nec in beatitudine nec ĩ miſeria creati ſunt. Miſeri enĩ ante pctm̃ eſſe nõ potuerũt: q2 ex pctõ miſeria ẽ: nã ſi nõ fuiſſʒ pctm̃ nulla eẽt miſeria.

Beati quoq; nunq; fuerunt illi qui ceciderũt: q2 ſui euẽtus igna ri fuerunt. i. peccati ⁊ ſupplicij fu turi. Si enim lapſum ſuũ preſci uerunt aut vitare voluerũt: ſ3 nõ potuerunt: ⁊ ita erãt miſeri: aut potuerunt ſed noluerunt: et ita erãt ſtulti ⁊ maligni. Ideoq; di cimus: q2 non erant preſcij euen tus ſui: nec eis data eſt cognitio eorum: que futura erant ſup eos Boni vero ⁊ qui perſtiterũt for te ſue beatitudinis preſcij fuerũt Unde Aug⁹. ſuper Gen̄. Quõ inquit beatus inter angelos fuit qui futuri peccati atq; ſupplicij preſcius non fuit. Queritur aũt cur non fuerit? Forte hoc de⁹ re uelare diabolo noluit quid factu rus vel paſſurus eſſet. Ceteris vero reuelare voluit q2 in verita te manſuri eſſent. His verbis vi detur Aug⁹. ſignificare q2 ange li qui corruerunt non fuerunt p̄ ſcij ſui caſus: ideoq; beati nõ fue runt. Et q2 ãgeli qui perſtiterũt beatitudinẽ ſibi affuturã preſci uerunt: atq; de ea certi in ſpe exti terunt: vnde quodãmõ iam bea ti erãt. Et reuera ſi fuiſſet: poſſet illos dici aliquo mõ fuiſſe btõs: alios võ nõ q̃ neſcieſt euẽtũ ſuũ.

Quod opinãdo hoc dixerit non aſſerẽdo. ſ. q2 angeli qui perſtiterunt preſcij fuerunt futuri boni.

¶ Sed hoc magis opinãdo et querẽdo dicit Aug⁹. q̃ aſſeren do. Unde ⁊ huic opinioni oppo nens coſequẽter ſubdit. S3 qua re diſcernebantur illi a ceteris? Ut deus iſtis que ad ipſos per tinerent nõ reuelaret. Alijs vero reuelaret cũ non prius ſit ipſe vl tor q̃ aliquis pctõr: nõ eñ dam nat ipſe innocẽtes. Hic videtur innuere q2 nec peccaturis futurũ malum nec pmãſuris futurũ bo nũ reuelauerit. Ideoq; nec illi q̃ ceciderunt vnq̃ nec illi qui pſti terunt vſq; ad conſummationẽ3 beati fuerunt: q2 beati non pote rant eſſe ſi de beatitudĩe certi nõ erant: vel ſi damnationis incerti erãt. Uñ Aug⁹. in eodẽ. Dice re inquit de angelis q2 in ſuo ge nere beati eſſe pñt damnationis vel ſalutis incerti: quib⁹ nec ſpes eſſet q2 mutãdi eſſent in meli⁹ ni mia preſumptio eſt. Quõ enim beati eſſe poſſunt: quibus eſt in certa ſua beatitudo.

Summam colligit predicto rum confirmans omnes an gelos ante confirmationẽ3 vel lapſum nõ fuiſſe beatos

niſi per beatitudinem acci- piat illum ſtatum innocētie in quo fuerunt ante caſum.

¶ Ex predictis conſequitur qđ angeli qui corruerunt nunq̄ bti fuerunt niſi beatitudinē aliquis accipiat illum ſtatum innocētie in quo fuerunt ante pctūm. Illi vero qui perſtiterūt aut ſuā bea titudinem futurā deo reuelante preſcierunt: et ita ſpei certitudie aliquo mō beati fuerunt vel icer ti extiterunt ſue beatitudinis: et ita aliter beati non fuerunt q̄ re liqui qui ceciderunt. Mihi autē quod poſterius dictum eſt pro- babilius videtur.

Reſpōſio ad id quod quere batur: an angeli eſſent crea ti perfecti aut imperfecti: ⁊ dicitur ꝙ perfecti fuerūt ſe cundum aliquid: et imperfe cti ſecundum aliquid.

¶ Ad hoc autem ꝙ querebatur vtrum perfecti vel imperfe- cti fuerint creati: dici poteſt quia quodammodo perfecti fuerunt ⁊ quodammodo alio imperfecti Non eīm vno mō aliquid dr per fectum ſed pluribus.

Quod tribus modis dicitur perfectum ſecundū tempꝰ ſecūdum naturam: ⁊ vniuer ſaliter perfectum.

¶ Dicitur namq̄ perfectuꝫ tri bus modis. Eſt enim perfectuꝫ ſcđm tēpus ⁊ eſt perfectū ſcđm naturā: ⁊ eſt vniuerſaliter perfe- ctum. Scđm tempus perfectuꝫ eſt quod habet quicquid tēpus requirit ⁊ conuenit ſecundum tē pus haberi. et hoc modo angeli erant perfecti ante cōfirmatio- nem vel lapſum. Secundum na turam perfectum eſt quod quic quid debiturum eſt. vel expedit nature ſue ad glorificationem. ⁊ hoc modo perfecti fuerūt ange- li poſt confirmationem. et erunt ſancti poſt reſurrectionem. Vni uerſaliter ⁊ ſumme perfectuꝫ eſt. cui nichil vnq̄ deeſt ⁊ a quo vni uerſa proueniūt bona. quod eſt ſolius dei. Prima ergo pfectio eſt nature ꝯdite: ſcđa nature glo rificate: tertia nature increate.

Predicta breuiter tāgit ad dēs quales fuerūt angeli in cōuerſiōe ⁊ auerſione.

¶ Quales fuerūt āgeli ī creatio ne oñſuꝫ ē boni. ſ. ⁊ nō mali iuſti .i. innocētes ⁊ pfecti quodāmō. alio vo mō ipfecti. bti vo nō fue rūt vſq̄ ad ꝯfirmationē: niſi bti tudo accipiat vt iā di. ē: ille ſtatꝰ inocētie ⁊ bōitatꝭ ī quo ꝯditi ſūt.

CIrca quartā diſtinctionē; querit̃ primo vtrū; angeli fuerūt omēs creati in beatitudine ſiue glīa. Ad hāc difficultatem rñdent aliqui antiq̄ doctores affirmatiue moti aliquib⁹ auctoritatib⁹ que ſtatim videbūtur. ¶ Contra iſtā; rñſionē arguit̃ ſic: vel dñs de⁹ creauit oēs angelos btōs vel nullos. primū nequit dari: q2 lucifer non fuit creatus btūs cum ſuis adherentib⁹ nec ſm valꝫ dari. ſ. ꝙ nullos: q2 hoc eſt cōtra opinionē: igit̃ opinio nulla. Scđo arguit̃ ſic. de rōne beatitudis eſt ſecuritas: ſed angeli nō fuerūt ſecuri ſaltē mali: igit̃ fuerunt minime creati in btitudine. Tertio arguitur ſic. de ratione btitudinis eſt ꝑpetuitas: ſed angeli nō ꝑmanſerūt ſalteꝫ mali: igit̃ non fuerūt creati in btitudine. Quartō arguit̃ ſic. ſequeret̃ ꝙ angeli nō eſſent laudandi neqꝫ vituperādi. ꝯñs eſt falſum: igit̃ añs probatur: non fuit in ptāte coꝝ eſſe malos. ergo non ſunt laudandi neqꝫ vituperandi.

¶ Propter iſta argumenta eſt alia opinio diui Bonauē. ⁊ diui thome ⁊ alioꝝ doctoꝝ rñdentiū negatiue ad. q. ꝓpter rōnes factas. Cōtra quā rñſionem arguit̃ ſic Ezech. 28. dicitur de lucifero. Tu plen⁹ ſapiā ⁊ ꝑfect⁹ decore in delicijs paradiſi fuiſti: ſed eſſe in delicijs paradiſi et eſſe plenū ſapiā eſt ipā btitudo quā dicim⁹ eternā glīam: igit̃ opinio nulla. Scđo arguit̃ auctē augu. in li. de mirabilibus ſacre ſcripture dicētis. Angelus in ſummo ſui honoris ꝯſtitutus lapſus eſt: ſed ſumm⁹ honor angeli ē btitudo ⁊ glīa: igit̃ Tertio. arguit̃ auctāte eiuſdē augu. in li. de fide ad petrū dicētis. Angelici ſp̄us ꝓ eo ꝙ rōnales ſūt facti eternitatis ⁊ btitudinis donū in ipā nature ſue ſpūali creatiōe diuinit⁹ acceperunt. Quarto arguit̃ ſic auctē eiuſdē aug. in lib. de eccliaſticis dogmatib⁹ dicētis: ꝙ āgeli q̄ in illa qua creati ſūt btitudie ꝑſeuerāt non natura poſſidēt vt nō mutentur.

¶ Pro ſolu. hāꝝ aucto. eſt notandū ꝙ btitudo capit̃ bifariā. Uno mō ꝓprie ſicut capit̃ in hac. q. ſcꝫ ꝓ clara dei viſiōe ⁊ fruitiōe: ſiue ꝓ ſtatu oīm bonoꝝ agregatiōe ꝑfecto: ⁊ iſto mō nō capit̃ in aucto. alleg. Alioq̄ mō capit̃ btitudo īpropē ⁊ large ꝓ ſtatu īnocētie carēte oī malo tā pene q̄ꝫ culpe: ⁊ iſto mō capit̃ in aucto. alleg. et iſto modo ꝯcedim⁹ etiā ꝙ Adā fuit btūs in ſtatu īnocētie: ⁊ ſicut adā dr̄ fuiſſe in delitijs paradiſi. i. ſtatu innocētie: ita etiā lucifer. Iā arguit̃ rōne ꝯtra eādē rñſionē āgeli fruebant̃ deo ⁊ cognoſcebāt deū in p̄mo inſtāti creatiōis ipoꝝ. ḡ fuerūt bti in illo p̄io inſtāti. Ad hoc negat̃ ꝯña: nā illo mō ꝓbaret̃ ꝙ bon⁹ xp̄ian⁹ ē btūs ꝓpe. Et ſi di. ꝙ āgli debuerūt hēre liberum arbitriū inuertibile: negat̃ aſſumptū: nam tūc non potuiſſent mereri aut demereri.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionē: vtrū angeli boni fuere preſcij ſue future btitudinis: et mali ſue future damnationis.

Pro huius difficultatis enodatiõe eſt aduertendũ q magr in preſenti diſtin. narrat opinionem aliquoꝝ te nentiũ partẽ affirmatiuã huius.q. propter quoddã dictũ diui Auguſt. ſup Gen.ꝛ eã reprobat: nã tunc de⸗us videretur prius victor q̃ aliquis angelus fuerit peccator qd videtur abſurdum ꝛ ſeqla probat: nam i ma lis angelis talis preſciẽtia futuri ca ſus fuiſſet pena mirabilis in ipſis angelis malis. huic argumẽto addo vnum aliud.ſ. ſequeret q lucifer cũ ſuis adherentibus fuiſſet obligatus ad impſſe. ɔñs eſt abſurdum: igitur ſequela ꝓbatur: lucifer erat tunc via tor cũ ſuis adherẽtibus: ꝛ obligaba tur ſperare beatitudinẽ: ꝛ non pote rat ꝓpter reuelationẽ ſue future dã⸗natiõis qua firmiter ꝛ infallibilr cre debat ſe damnãdum. ergo obligaba tur ad impoſſibile. Jam arguitur q boni angeli non fuerunt preſcij ſue glorie: lucifer non fuit preſcius ſue glorie future. ergo nullus ali⁹ ange lus fuit preſcius ſue future glorie. ɔña probatur. lucifer oẽs angelos alios a ſe excedebat in ſapiã ſciẽtia: et virtutibus iuxta illd ezechiel. ꝛ s. alleg. in precedẽti.q. ergo null⁹ ali⁹ angelus fuit preſcius ſue future glo rie ɔña tenet: qꝛ ſi aliquis alius an⸗gelus fuiſſet preſcius ſue future glo rie lucifer ipm nõ exceſſiſſet ſ; poti⁹ ediuerſo talis angelus ſuperaſſet lu ciferuz. ergo nulli angeli fuerũt pre ſcij ſue future beatitudinis. Inſup non erat expediens ipſis angelis ꝓ ſtatu vie: ſed potius ꝓ ſtatu patrie ergo dñs deus nulli ipſorum reuela uit futurã glorĩã.

¶ Propterea diu⁹ Tho. ꝛ bo nauen. et ceteri doctores ſequũtur magiſtrũ tenentẽ partẽ negatiuam huius.q. ꝛ ad auctem diui augu. rñ⸗det magr q loquitur dubitatiue: iõ ponit ly forte: ſ; in lib. 11. de ciuitate dei expreſſe aſſerit q oẽs angeli pa res fuere quãtuz ad cõditiones an te lapſum.

¶ Contra hanc opinionẽ ma⸗giſtri arguit ſic. dñs deus condidit angelos repletos ſciẽtia rerũ mũda narũ: ſed deo magis placꝫ q ſui ſer ui habeant ſcientiã dei que pertinet ad ſalutẽ: ſed ſcientia future beatitu dinis erigit aĩum ad ſeruiendũ deo ergo talis preſciẽtia debuit dari an gelis. Ad hoc argu. rñdetur negãdo ɔñam: ꝛ ratio eſt: qꝛ non expediebat ad merendũ: ꝛ ipſi erãt tũc in ſtatu merendi ꝛ demerẽdi. Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur q omnes angeli fuiſſent puniti ante peccatuꝫ ɔñs eſt abſurdũ: igr ſequela probat omnes angeli habuerunt timorẽ pe ne. ergo fuerũt puniti ante culpam: añs probatur: non habuerunt pre⸗ſcientiã future beatitudinis. ergo po tuerunt dubitare ꝛ timere ne dãna⸗rentur. Ad hanc replicã rñdetur ne⸗gando ſequelã ꝛ ad probationeꝫ ne⸗gatur añs loquẽdo ſemꝑ de tẽpore ante lapſũ: ꝛ ad ꝓbationẽ negr ɔña: rõ eſt: qꝛ nullã habebant cãm dubitã di: ſed potius habebant multas cãs ꝛ multa adiutoria ad firmiter ſpe⸗randam beatitudinẽ ꝛ nullam habe bant cauſam timendi.

¶ Circa iſtã materiã dubitatur vtrũ dñs de⁹ potuit bonis reuelare

gloriā futurā ⁊ malis futurū caſum angelis. Ad primā partē dubij rñdetur affirmatiue etiā ſcdm legē:nā in lege nr̃a euangelica multis viatoribꝰ dñs deus ex ſua liberalitate reuelauit futurā gloriā:vt pꝫ de beata virgine ⁊ diuo paulo ⁊ Joanne euāgeliſta ⁊ de multis alijs. Ad ſcdām partem dubij eodē mō eſt rñdenduꝫ ſicut de hoīe viatore.ſ.ꝙ dñs deus non pōt de lege ordinata reuelare reuelatione interiori ⁊ abſoluta:ſed bñ reuelatiōe exteriori:de lege autē abſoluta vtroqꝫ modo poteſt.

¶ Queritur tertio circa eandeꝫ diſtin. vtrū angeli in p̄io inſtāti ſue creationis habuere cognitionē matutinā vel ſolū veſptinaꝫ. Pro huiꝰ difficultatis enudeatiōe eſt aduertēdum ꝙ teſte diuo Augu. ōis creatura ꝙtū eſt de ſe tenebra eſt:deꝰ aūt lux eſt:⁊ tenebre in eo non ſunt vlle vt inqt Joānes in p̄io ca. p̄ie canonice: idcirco cognitio qua angelꝰ cognoſcit res in proprio gñe.i.p ſpēs innatas vel a rebus acceptas dr̄ cognitio veſptina. Cognitio vero qua cognoſcit res in verbo diuino vocaƚ cognitio matutīa. Jſto notatō rñdetur ad.q.p tres ꝯclu.quarū p̄ia eſt iſta. Nulli angeli habuere cognitionē matutinā in p̄mo inſtanti creationis ipſorum.iſta ꝯclu.pꝫ. nulli angeli in primo inſtanti creationis ipſorum viderunt verbū diuinū.ergo ꝯclu.vera. Scda ꝯclu.eſt iſta. āgeli mali nūqꝫ habuerūt neqꝫ habebunt cognitionē matutinā.iſta ꝯclu.pbaƚ angeli mali nūqꝫ viderunt neqꝫ videbūt verbū diuinū. ergo ꝯclu. vera. Tertia ꝯclu.eſt iſta.oēs angeli boni vtrāqꝫ cōgnitionē mō habent.iſta ꝯclu.pbaƚ:oēs angeli boni cognoſcūt res in verbo diuino:⁊ aliquas ipſaꝝ cognoſcūt in ꝑprio gñe:igr̄ ꝯclu.ꝟa. Contra primā ꝯclu.ſunt aliquot auctoritates diui Augu.ſup Geñ.ſed rñdetur a doctoribꝰ ꝙ diuꝰ Aug.nō loqbat ibi reſolutoue ſed diſputatiue.

¶ Propterea arguitur contra vltimā ꝯclu. cognitio veſptina euacuaƚ in p̄ria.ergo angeli non hñt talē cognitionē veſptinā. añs probaƚ. fides euacuaƚ i p̄ria teſte aplō.i.ad cori.iꝫ. ergo cognitio veſptina euacuabiƚ.ꝯña tenet:qꝛ nō videƚ potior rō de fide ꝙ̃ de cognitiōe veſpertina Ad hoc argu. rñdeƚ negādo añs: et ad ꝓbationē negaƚ ꝯña:⁊ ad ꝓbationem negaƚ aſſumptū ⁊ diſcrimē datur:ꝗꝛ talis obſcuritas fidei ꝓuenit ex parte cognoſcētis. Et ſi dicas in cap.alleg. Paulꝰ inqt quū venerit qd̓ perfectū eſt euacuabiƚ qd̓ ex pte eſt. ſed talis cognitio veſptina eſt iperfecta.ergo euacuabitur i patria Ad hoc negaƚ ꝯña:rō eſt qꝛ talis imꝑfectio cognitionis veſptine nō prouenit ex pte cognoſcētis: ſed ex pte rei cognite q̄ de ſe eſt tenebroſa cuꝫ ſit quedā creatura. Cōtra iſtā ſolu. arguitur. Jn angelis bonis cōtinuo eſt matutīa cognitio.ergo ipa expellit veſptinā:ꝯña tenet:qꝛ māe expellit tenebras. Jnſup veſpa cauſaƚ p declinationē ſolis ad occaſuꝫ: ſed in angelis beatis nūqꝫ eſt approximatio ad occaſum.ergo angeli beati nullā habent veſpertinam cognitionem. Ad hanc replicam reſpōdetur negādo ꝯñam:⁊ ad primā probationem dico ꝙ illud habet verum de tene-

bris ex parte cognoſcentis: nõn tamen ex parte rei cognite. Ad aliam probationem dicitur negando ↄſiaʒ ratio eſt: quia quomodo angelus cognoſcit res in proprio genere appropinquat tenebris. idest ipſis rebus creatis q̃ de natura ſua ſunt tenebre

De conuerſione et cõfirmatione ſtantium et auerſione et lapſu cadentium. Diſtinctio. V.

Poſt hec cõſideratio adducit inquirere quales effecti ſit: dũ diuiderent a uerſione τ cõuerſione. Poſt creationem namq; mox quidam conuerſi ſunt ad creatorem ſuum quidam auerſi. Conuerti ad deuʒ fuit ei charitate adherere: auerti odio habere vel inuidere. Inuidie nãq; mater eſt ſuperbia: qua voluerunt ſe parificare deo. In conuerſis quaſi in ſpeculo relucere cepit dei ſapientia qua illuminati ſunt. Auerſi vero excecati ſunt. Et illi quideʒ conuerſi ſunt τ illuminati a deo gratia appoſita. Iſti vero ſunt excecati non immiſſione malitie: ſed deſertione gratie a qua deſerti ſunt: non ita ꝙ prius dedita ſubtraheretur: ſed quia nũq̃ eſt appoſita vt cõuerterentur. Hec eſt ergo conuerſio τ auerſio qua diuiſi ſunt qui natura boni erãt: vt ſint alij ſupra illud bonuʒ per iuſticiam boni alij illo corrupto per culpam mali cõuerſio iuſtos fecit: et auerſio iniuſtos. Utraq; fuit voluntatis: et voluntas vtriuſq; libertatis.

De libero arbitrio breuiter tangit docẽs quid ſit.

¶ Habebant enim omnes liberum arbitrium quod eſt libera poteſtas τ habilitas voluntatis rationalis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet τ ratione iudicare: idest diſcernere i quibus conſtat liberum arbitrium: nec creati ſunt volentes auerti vel conuerti: ſed habiles ad volenduʒ hoc vel illud: et poſt creationem ſpontanea voluntate alij elegerunt malum alij bonum: et ita diſcreuit deus lucem a tenebris ſicut dicit ſcriptura. idest bonos angelos a malis: et lucem appellauit diem: noctem vero tenebras: quia bonos ãgelos gratia ſua illuminauit: malos vero excecauit.

Poſt creationem aliquid datū eſt ſtantibus per quos conuerterentur: nec merito aliquo. ſ. gratia cooperans

¶ Si autem queritur vtrū poſt creationem cōuerſis aliquid collatum ſit per quod conuerterentur. i. dil gerent deum. Dicim⁹ quia eſt eis collata gratia cooperans ſine qua non poteſt proficere rationalis creatura ad meritum vite. Cadere enim poteſt ꝑ ſe: ſed proficere non poteſt ſine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus ꝛ qua non.

¶ Non indigebat angelus gratia per quam iuſtificaretur: quia malus non erat: ſed qua ad diligendum deum perfecte et obediendum adiuuaretur. Operās quidem gratia dicitur qua iuſtificatur impius. i. de impio fit pius de malo bonus. Cooperans vero gratia qua iuuatur ad bene uolendum efficaciter: ꝛ deuꝫ pre omnibus diligendum ꝛ ad operandum bonum: ꝛ ad perſeuerādum i bono ꝛ huiuſmodi de quibus poſtea plenius dicemus. Data eſt ergo angelis qui perſtiterunt cooperans gratia per quā conuerſi ſunt vt deum perfecte diligerent. Conuerſi ergo ſunt a bono quod habebant nō perdito: ad maius bonum quod non habebant: et facta eſt iſta cōuerſio per gratiam cooperanteꝫ libero arbitrio que gratia alijs ꝗ ceciderūt appoſita non fuit.

An ſit imputanduꝫ illis qui auerſi ſunt.

¶ Ideoq; a quibuſdam dici ſolet non eſſe imputandum illis ꝗ auerſi ſunt ꝛ non conuerſi: quia ſine gratia conuerti non poterāt Sed illa nō eſt eis data: nec culpa illorum fuit ꝙ non eſt data: quia in eis nulla culpa adhuc ꝑceſſerat. Ad qđ dici poteſt quoniā quibus appoſita eſt ipſa gratia non fuit ex meritis eorum: alioquin iam non eſſet gratia: ſi ex merito quod eſſet ante gratiā daretur.

Qua culpa gratia nō eſt data eis qui ceciderunt.

¶ Quod vero alijs non eſt data: culpa eorum fuit: quia cū ſtare poſſent noluerūt quouſq; gratia apponeretur: ſicut alij perſtiterunt donec illis cadentibus ꝑ ſuperbiam eis gratia appoſita eſt. Aperte ergo cadentium culpa in hoc deprehendi poteſt: qꝛ licet ſine gratia nequirent profi-

cere quam nondum acceperant per id tamen quod eis collatum erat in creatione poterant nō cadere: ideſt ſtare: quia nihil erat quod ad caſum eos compelleret ſed ſua ſpontanea voluntate declinauerunt: quod ſi nō feciſſent quod datum eſt alijs vtiq₃ daretur et iſtis.

Quod angeli in ipſa confirmatione beati fuerunt: ſed vtrum eam meruerunt per gratiam tunc ſibi datā ambiguū eſt. de hoc enim diuerſi diuerſa ſentiunt.

¶ Hic queri ſolet vtrum in ipſa confirmatione beati fuerint angeli: ꝛ ante ipſam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quod in ipſa confirmatione beati fuerunt: plures conteſtantur auctoritates: et ideo pro conſtanti habendum eſt. Utrum vero ꝑ gratiam tunc ſibi datam ipſam beatitudinem meruerunt ambiguū eſt. Quibuſdam enim placet eū placet ꝙ eam meruerunt ꝑ gratiam quā₃ in confirmatione perceperunt ſimulq₃ in eis meritu₃ ꝛ premium fuiſſe dicunt: nec meritum preceſſiſſe premium tempore ſed cauſa. Alijs autem videtur ꝙ beatitudinem quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appoſitam nō meruerunt dicentes tunc non fuiſſe eis collatam gratiam ad merendu₃ ſed ad beate viuendum: nec tūc eis datum eſſe bonum quo mererentur: ſed quo feliciter fruerētur. Quod autem tunc in premium acceperunt per obſequia nobis exhibita: ex dei obediētia et reuerentia mereri dicunt: ꝛ ita premium preceſſit merita: ꝛ hoc mihi magis placere fateor.

Circa quintā diſtinctione₃ queritur prio vtrū oēs angeli fuere creati in gratia. Probulº.q. intelligentia eſt aduertendū ꝙ duplex dr gr̄a.ſ.gratis data: ꝛ de tali non intelligit titulº.q. nam omnes doctores ↄcedūt oēs āgelos habuiſſe multas tales gratias gratis datas. Alia eſt gr̄a gratu₃ faciēs ideſt reddēs creaturā rationalem dignam vita eterna ꝛ de tali gratia eſt biptita opinio rñdētiu₃ ad.q. ꝛ vtraq₃ hēt auctates ſctōꝝ: idcirco vtꝛq₃

reputatur pbabilis. Prima eſt ma giſtri in pñti diſtinctiõe tenētis partem negatiuam: huic fauet Hugo ⁊ Alexãder de ales et diu⁹ Bonauē.

¶ Contra quam opinionez arguitur auctoritatibus ⁊ rationibus. Prima eſt Ezechiel.28.ca. ſepe allegato: nam delicie paradiſi dei ſūt gratia gratum faciens ⁊ cetere virtutes. Secunda eſt diui Hieronimi dicentis ſup illud oſe.3.cap. diligerunt vinacia vuarū: ꝙ per vinacia intelliguntur demones qui creati ſunt in magna pinguedine ſpūſſcti: ſed per ſuperbiā arefacti ceciderunt de celo: ſed magna pinguedo ſpūſſcti eſt gratia gratum faciens: igitur fuerunt creati angeli in gratia gratum faciente. Tertia auctas eſt diui Auguſt. in.9.cap.12.lib. de ciuitate dei dicētis de dño deo ⁊ ãgelis ꝙ ſimul erat condēsnaturã ⁊ largiēs gratiã. Quarta eſt eiuſdem augu. in lib. de correctione ⁊ gratia dicentis ꝙ ãgeli beati erant anteꝗ̃ caderent ſʒ beatitudo non eſt ſine gratia gratuʒ faciente igitur. Quinta eſt damaſceni in.3.ca.2.lib. dicentis. Per verbuʒ dei creati ſunt omnes angeli ⁊ a ſpū ſctõ per ſanctificationē perfecti ſunt ſcðm proportionem dignitatis ⁊ ordinis illuminationem ⁊ gratiaʒ participantis.

¶ Ad omnes iſtas auctoritates rñdetur vnico verbo ꝙ intelligūtur de gratia gratis data ⁊ non de gratia gratum faciente. et ſcða auctas Aug. intelligitur de beatitudine naturali: ⁊ talis beatitudo bene poteſt eſſe ſine gratia gratum faciente.

¶ Prima ratio talis eſt. dominus deus eſt liberaliſſimus ⁊ promptus dare gratiam omnibus paratis recipere: ſed nulla eſt melior preparatio ꝗ̃ innocentia ⁊ recta voluntas: ⁊ iſta duo erant in angelis. ergo angeli receperunt gratiam gratum facientem: maior pʒ auctē ſcti Anſelmi dicētis: ideo homo non habet gratiaʒ: non qꝛ deus non dat: ſed qꝛ ipſe non recipit. Ad hoc argumēt ū rñdetur negando minorē capiendo voluntatem rectam pro voluntate non praua: imo aliqua eſt melior ꝑparatio. ſ. quando volūtas innocēs conuertit ſe ad deum. Contra iſtam ſolu. arguitur ſic. dñs deus ideo fecit creaturam rationalem vt habitaret in ea: iuxta illud Salomonis prouerbiorū.8. Delicie mee eſſe cum filijs hominum. ergo ſi deus non habitat: hoc eſt ex praua diſpoſitione creature rationalis: ſed nulla erat praua diſpoſitio reſpectu angeloruʒ in primo inſtanti creationis eorum. ergo in illo primo inſtanti dñs deus habitauit in eis per gratiam gratuʒ facientem. Ad hanc replicam rñdet negando ꝯñam primã: ſed illud prouenit: qꝛ talis voluntas non erat ſufficienter diſpoſita poſtꝗ̃ non conuertebat ſe ad dñm deum. Contra iſtã ſolu. arguitur: angeli in illa morula temporis prima poterant demereri ergo etiam poterant mereri: ⁊ non poterant mereri in illa prima morula ſine gratia gratum faciente. ergo habuerunt gratiam gratum facientem in illa prima morula. pria ꝯña tenet: qꝛ dñs deus pronior eſt ad miſerendum ꝗ̃ ad puniendum. ergo ſi

dedit poteſtatẽ angelis demerendi in illa prima morula etiam dedit poteſtatem merendi in illa prima morula. Ad hanc replicã rñdetur concedendo primã ꝯñam ⁊ negando ſecũdam: ratio eſt: q꞉ non poterant angeli tam cito diſponere ſe ad merendũ qui dñs deus daret illis gratiã gratum facientem.

¶ Secunda ratio talis eſt ſicut eſt in eſſe naturali ita eſt ni eſſe ſupernaturali: ſed in eſſe naturali queciꝗ proceſſu tẽporis producta ſunt in ſe a principio fuerunt producta ſecundũ rõnes ſeminales ſcđm Aug. ſuper Geñ. ergo ſimilr̃ in eſſe ſupnaturali gloria que proceſſu temporis creaturis rõnalib⁹ eſt data fuit a principio ſcđm rationem ſeminalẽ ꝓducta: ſed ratio ſeminalis glorie ẽ gratia: igitur angeli creati ſunt in grã. Ad hoc argu. rñdetur ꝙ ratio ſeminalis glorie non eſt gratia gratũ faciens: ſed gratia grati data. Tertia ratio talis eſt. homo creatus eſt in gratia gratum faciẽte. ergo ⁊ angelus: ꝯña tenet: q꞉ non videtur potior ratio de homine ꝗ̃ de angelis. Ad hoc argu. facile rñdet̃ negã. añs: ſꝫ bene fuit creatus ĩ iuſticia originali que non eſt gratia gratum faciens: ſed gratia gratis data.

¶ Alia eſt opinio diui Thome rñdẽtis affirmatiue ad titu. queſtionis quẽ inſequit̃ Gregorius de ari. cũ alijs modernis doctoribus propter auctates ⁊ rõnes adductas.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur duabus auctatibus ⁊ duabus ratiõibus. Prima auctas eſt Aurelij augu. ſuper Geñ. dicẽtis ꝙ p celũ intelligitur natura angelica iformis et non per defectum forme naturalis. ergo fuit informis per defectuꝫ forme ſuperaddite nature ⁊ hec eſt gratia gratum faciens: igitur nõ habuerunt gratiam gratum facientem angeli in prĩa ſua creatione. Ad hãc auctem rñdetur ꝙ ipſemet augu. declarat ſeipſum in. 5. lib. ſuper Geñ. dicens: ꝙ natura angelica fuit informis natura ⁊ nõ tempore. Scđa auctoritas eſt diui Grego. in. 5 ⁊. li. moralium tractãtis illud Ezechiel. 18. Aurum opus decoris tui ⁊ foramia in die qua conditus es inquit eñi huius lapidis in die cõdicionis ſue foramina preparata ſunt ſed ꝑ ſupbie vicium charitatis auro non ſunt repleta. ergo angeli non fuerunt creati in gratia gratum faciente. Ad hãc auctem facile rñdet̃ negando ꝯñam nam licet angeli non fuerũt repleti: habuerunt tamen aliquã portioneꝫ gracie gratum facientis.

¶ Prima talis eſt. ſi quilibꝫ angelus habuiſſet gratiaꝫ gratum faciẽtẽ: ſequeretur ꝙ nullus peccaſſꝫ ꝯñs eſt hereticum: igit̃ ſequela ꝓbatur: ſi in eis fuiſſet gratia gratũ faciens nullã habuiſſẽt retardationeꝫ ⁊ ſic angelus totalr̃ fuiſſet latus in deum: ergo non peccaſſet. Ad hanc rationem rñdetur negando ſequelã ⁊ ad probationẽ negat̃ añs: ⁊ rõ eſt: quia ꝗ̃uis gratia gratum faciẽs inclinet ad bene operandum: non tamen neceſſitat.

¶ Secunda ratio talis eſt. ſeq̃retur ꝙ oẽs angeli fuiſſẽt cõfirmati

ꝯñs eſt abſurdũ: igitur ſequela ꝓbatur. ſicut ſe habet culpa ad dãnationem: ita ſe habet gratia ad gloriam ſed ſtatim vt habuerũt culpã fuerũt damnati. ergo ſtatim vt habuerunt gratiam fuerunt confirmati. Ad hãc rationem rñdetur negando ſeq̄lam ⁊ ad probationem negatur aſſumptum: ſed ſic debes aſſumere ſicut ſe habet culpa ad damnationẽ: ita ſe habet meritum ad gloriam: ⁊ ex iſto ſequitur ꝙ ſicut fuerunt mali ſtatim damnati poſt culpã: ita fuerunt boni confirmati ⁊ ſaluati ſtatim poſt meritum.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtin. vtrum omnes angeli potuerunt peccare in p̄rio inſtanti creationis ipſorũ. Ad hanc difficultatẽ rñdetur a diuo Tho. in. 5. articlo. 63 queſtiõis. 1. partis negatiue.

¶ Contra quam opinionem arguitur ſic. omne quod habuit lucifer ad peccandum neceſſario requiſitũ quando peccauit habuit vel habere potuit in primo inſtãti ſui eſſe. ergo lucifer potuit peccare in primo inſtãti ſui eſſe. añs probatur: in primo inſtanti ſui eſſe lucifer habuit cognitionem ſui ipſius ⁊ cognitionẽ equalitatis dei: ⁊ habuit etiam libertatem ⁊ iſta ſufficiunt ad peccandum. ergo quicquid habuit lucifer neceſſario requiſitum ad peccãdum quando peccauit habuit in primo inſtãti ſui eſſe

¶ Secundo arguitur ſic. angeli potuerunt mereri in primo inſtanti: ergo etiam potuerunt demereri in illo primo inſtanti. ꝯña tenet: qꝛ ſicut demeritum imputabit̄ deo: ita ⁊ meritum: ergo angelus nõn merebatur: ſed dñs deus: iam ꝓbatur primũ añs. anima xp̄i meruit in primo inſtanti ſue creationis: vt magr̄ aſſerit in. 3. diſtin. 3. ſententiarũ. ergo a fortiori angeli potuerunt mereri in primo inſtanti creationis ipſorum. ꝯña tenet: quia maioris actiuitatis eſt angelus ꝙ̃ anima quoad naturalia.

¶ Tertio arguitur. in quocunq̃ inſtanti ſunt omnes cãe alicuius actus poteſt talis actus elici circunſtancionatus: ⁊ etiam carens debita circunſtantia: ſed in primo inſtanti creationis angelorum erant omnes cauſę productiue actus ſuperbie: ergo in illo inſtanti primo poterat talis actus elici: vel vnus alius carẽs debita circũſtantia in eſſe quo dato talis actus fuiſſet peccatũ: igit̄ aſſũptum verum.

¶ Quarto arguitur. ſi angelus non poſſet peccare in primo inſtanti ſui eſſe hoc eẽt: qꝛ primus actus nature producte imputat̄ producenti talem naturam. ſed hoc non eſt dicẽdum: igitur opinio nulla. maior conceditur a diuo Tho. ſequela probat̄ in primis ſequeretur ꝙ meritũ eſſet attribuendum ſoli deo ⁊ non angelo Inſup ſi dñs deus produceret corpus luminoſum in hoc medio: et in hoc inſtanti tale corpus luminoſum illuminaret iſtud medium: ⁊ talis illuminatio attribueret̄ tali corpori luminoſo. ergo effectus productus a creatura in primo inſtãti ſui eſſe nõ ſoli deo aſcribitur.

¶ Quinto arguitur ſic. ſequere

tur ex iſto fundamento ꝙ deus quo
libet die peccaret: ꝯñs eſt abſurduꝫ
igiᵗ ſequelá probaᵗ. quolibꝫ die mū
di deus creat aīas cū pctō originali
⁊ tale pctūm originale eſt in pͥmo
inſtāti creationis aīe. ergo tale pec
catū originale ex iſto fundamento
iſtius doctoris aſcribenduꝫ eſt dño
deo. Poſtremo arguiᵗ. dñs deꝰ po
tuit dare aliqͦd pͥceptū lucifero obli
gatoriū pͦ primo inſtāti ſui eſſe: ⁊ lu
cifer poterat adiplere tale preceptū
⁊ mereri ſcđm iſtum doct. ergo ta
lis actus fuiſſet liber poſtꝗ̄ fuiſſet
meritorius: ⁊ vltra ſequitur ꝙ erat
in poteſtate luciferi non elicere quo
dato lucifer peccaſſet in pͥo inſtāti
ſui eſſe. igiᵗ poſſibile eſt luciferum
peccare in pͥo inſtanti ſui eſſe.

¶ Propter iſta argumēta ali
ter rñdetur a docto. ſuo. queꝫ ſequū
tur omnes nomīales. ſ. affirmatiue

¶ Cōtraquā oppinionē arguit
diuus Thomas ſic ſequereᵗ ſi ange
lus potuiſſet peccare in primo inſtā
ti ſui eſſe ꝙ tale peccatū eſſet impu
tandū deo. ꝯñs eſt nefandū igiᵗ ſe
quela pͦbatur oīs actio que ſiml' in
cipit cū eſſe rei eſt ei ab agēte a quo
habet eſſe ſed tale pctm̄ incipet eſſe
cū ipſo angelo ergo eſt ab agente a
quo habet eſſe angelus. ſ. a dño deo
Ad hoc argu. rñdetur negādo ſeq̄
lā ⁊ ad proba. negaᵗ maior nā nō ſo
lū habet īſtātiā de agente libero ve
rū de agēte naturali nā ſi corpus lu
minoſum in inſtanti pͦducaᵗ a dño
deo ī eodē inſtāti illuminabit medi
uꝫ ⁊ talis illumīatio medij ipī corpo
ri luminoſo aſcriberetur.

¶ Scđo arguit diuꝰ Thom.
nullus angelus potuit habere ī pri
mo inſtanti ſui eſſe perfectā delibe
rationē. ergo nullus angelus potuit
peccare in pͥo inſtanti ſui eſſe. añs
probatur. ad perfectaꝫ deliberatio
nem requiriᵗ inquiſitio cōſilij reſpe
ctu alicuius dubij: ſed talis inquiſi
tio nequit fieri in inſtanti: igitur non
pōt angelus in pͥo inſtanti ſui eſſe
habere deliberationeꝫ. Hoc argu. ē
enſis aiacis: nam eodē mōͦ probarēᵗ ꝙ
angelus nō potuit mereri in primo
inſtanti ſui eſſe ꝙ eſt contra diuum
Tho. nam quecūꝗ deliberatio ſuf
ficit ad meritū ſufficit ad peccatum
Propterea aliᵗ rñdetur diſtinguēdo
añs vel loquendo de deliberatione
pͦ inquiſitione alicuius dubij: et ſic
conceditᵗ illud ⁊ negaᵗ ꝯña: nec talis
deliberatio requiriᵗ: vel capiendo pͦ
perfecta cognitiōe vel perfecto aſſē
ſu principij pratica vel ꝯclu. pratice
⁊ ſic negaᵗ illud nec probatur in iſto
ſenſu ſed bñ in alio: ⁊ talis delibera
tio ſufficit ⁊ requiriᵗ ad meritū vel
demeritum.

¶ Tertio arguit idem doctor.
ſi angelus potuiſſet peccare in pͥo
inſtanti ſui eſſe: potuiſſet amittere
aliqͦd bonū. ꝯñs implicat: igiᵗ ſeq̄la
pͦbaᵗ: omne pctūm adimit aliq̄d de
bono. ergo in illo primo inſtanti an
gelus amiſiſſet aliqͦd bonū: añs pꝫ
quia omne malum nocet voluntati.
Ad hoc argumentum reſpondetur
ꝯcedendo ſequelá ad iſtū ſenſum. ſ.
ꝙ angelus ratione talis peccati nō
haberet tantam promptitudineꝫ ad
bonū: ſicut habuiſſet ſi nō peccaſſet

Contra iſtam ſolu. replicatur ab eo ꝙ non poterat in illo inſtanti amittere iuſticiā. ergo nō potuit peccare in illo primo inſtāti: aīs ptꝫ. ſi peccaſſet nunq̄ habuiſſet iuſticiam. ergo nunq̄ amiſiſſet iuſticiam. Ad hanc replicam rñdetur ſcḋm mentē diui Aug. ꝙ proprie non amiſiſſet iuſticiaꝫ: qꝛ nunq̄ eam habuiſſet: ſed bene improprie: ideo quia habuiſſet iuſticiā ſi non peccaſſet.

❡ Circa iſtam materiam dubitatur vtrum dñs deus potuit producere angelos ſctōs aliquot ꝛ aliquot miſeros. Ad hoc dubiū rñdetur per aliquot ꝯclu. quaruꝫ prima eſt iſta. Dñs deus potuit ꝓducere angelos beatos in primo inſtanti. iſta ꝯclu. patet: quia poterat illis dare ſuam gloriam veꝫ viſionem ꝛ fruitionem beatificam. Secunda ꝯclu. eſt iſta. dñs deus potuit producere aliquot angelos miſeros miſeria pene. iſta ꝯclu. patꝫ: quia potuit producere aliqḋ afflictiuū: ꝛ hoc īproprie capiendo penam: quia pena proprie ḋr reſpectu peccati. Tertia ꝯclu. eſt iſta. dominus deꝰ non potuit producere angelos miſeros miſeria culpe emanante ab ipſo deo. iſta ꝯclu. patꝫ: qꝛ teſte aplo: fidelis eſt deus ꝛ ſeipſuꝫ negare non poteſt.

❡ Queritur tertio circa eandeꝫ diſtin. vtrum in bonis angelis premium preceſſit meritū. Pro huius queſtionis enodatiōe eſt aduertēdū ꝙ magiſter ī preſenti diſtin. narrat duas opiniones circa hanc difficultatem: ꝛ tamen amplectitur partem affirmatiuā: ita ꝙ aſſerit āgelos bonos fuiſſe premiatos propter miniſteria que nobis indies impendunt et conſequēter tenetur concedere ꝙ boni angeli indies merentur veluti ſi rex daret alicui equiti equū bonū ꝛ ipſe illuꝫ mereretur in bello proximo futuro.

❡ Contra iſtā opinioneꝫ magiſtri arguitur auctate Aurelij augu. in lib. de correctione ꝛ gratia dicentis: ꝙ angeli ſancti qui cadentibus alijs ſteterunt illius vite mercedem recipere meruerunt. ergo premium non preceſſit meritꝫ: ſed ecōtra meritum preceſſit premium. Scḋo arguitur ſic. recto ordine procedendo prior eſt ſtatus viatoris q̄ cōprehēſoris quum meritum ſit via ad premium. ergo angeli prius meruerūt q̄ fuerint cōprehenſores ſiue ꝑmiati. Tertio arguitur. diſpoſitio precedit tempore aut natura illud ad qḋ diſponit: ſed meritum eſt diſpoſitio ad gratiam ꝛ gloriam. ergo meritū tempore vel natura preceſſit ꝑmiū. Quarto arguitur ſic. ſeq̄retur ſi hoīmines non fuiſſent producti ꝙ angeli non habuiſſent beatitudineꝫ. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet: quia non meruiſſent neq̄ mererentur: igitur nūq̄ habuiſſent beatitudinem. Quinto arguitur. ſequeretur ꝙ ſtatus beatitudinis non eſſet certus. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet quia beatitudo angelorum depēdet ex multitudine aut paucitate hoīm producendorū. Sexto arguit̄. ſequeretur ꝙ angeli meruiſſent primam gratiam de condigno. ꝯñs eſt falſuꝫ igitur ſequela probatur. meruerunt

illam primã gratiam per actum me
ritorium elicitum ex gratia:igitur ſe
quela vera.

¶ Propter iſta argumenta di-
uibus Bonauen.ꝛ ſctũs Tho.ꝛ do
ctor ſubti.tenent partem negatiuaꝫ
huius queſtionis pro cuius opinio-
nis intelligentia eſt notanduꝫ ꝙ ad
magnitudinem premij magis con-
fert vnum bonum ꝛ magnum meri
tum ꝙ̃ mille remiſſa vt patꝫ de mar
tirio quod preualet multis alijs acti
bus remiſſis hinc frequenter ſacra
pagina a remiſſis operibus reuocat
et ad feruorẽ hortatur:vt pꝫ apoca.
3.cap.vtinam calidus eſſes aut fri-
gidus:ſed quia tepidus es incipian
te euomere:ꝛ ad hebre.12.remiſſas
manꝰ ꝛ ſoluta genua erigite ex qui-
bus patet ꝙ magnitudo meriti non
requirit longitudinem temporis in
merendo:ſed feruorem in operãdo
et in hoc fuit deceptus magiſter: qꝛ
reſpexit ad paruum tempus in quo
angeli fuere viatores ꝛ non ad ferui
dos actus bonorũ angelorum: ſimi
liter non cõſiderauit ꝙ multos mar
tires venerat ſctã mater eccl̃ia qui
ſolum per vnũ actum meruerũt ma
gnam gloriam eternam:vt patet de
bonifacio martire tempore maxĩtij
imperatoris ꝛ multis alijs:nimirũ
ergo ſi boni angeli per illum bonuꝫ
actum quo viriliter pugnarunt ꝯtra
luciferũ ꝛ a ſeclas:vt habetur apoc.
12.meruerunt magnam gloriã eter-
nam:veluti lucifer ꝛ ſui adherentes
meruerunt penaꝫ eternam.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur ſic.angeli dũ nobis miniſtrãt
aliquid merentur ꝛ non niſi gloriam
eternã:igitur mõ merentur iuã bea
titudinem.minor probatur: magna
premia nõ dantur niſi pro magnis
meritis.ergo nunc ipſi merẽtur per
miniſteria quibus nobis miniſtrant
Ad hoc argumentũ rñdet negando
minorem:ſed ſolum merẽtur pmiũ
accidentale ꝛ non eſſentiale:ꝛ ad p-
bationem dico ꝙ illa pugna qua pu
gnarunt cõtra luciferuꝫ fuit magnũ
meritum.Contra iſtam ſolu.arguit
ſequeretur ꝙ angeli ſtatim poſt vnũ
actum fuiſſent beati.ꝯñs eſt falſum
igitur falſitas ꝯñtis ꝓbatur.homo
non ſtatim poſt vnum actum beatifi
catur:ergo nec angelus. Ad hanc
replicam rñdetur concedẽdo ſeque-
lam ꝛ negando minorẽ: ꝛ ad proba-
tionẽ dico ꝙ ſi primus parens vici
ſet demonem ſtatim fuiſſet cõfirma
tus in gratia.ſed nunc nõ ita accidit
in omnibus:ſed bene in aliquibus ſi
cut placet deo.Et ſi dicas.ãgeli nul
lam habuerunt difficultatem in ope
rando.ergo non meruerunt. Rñdet
ꝙ verum eſt ex parte ipſorum:ſꝫ hñ
habuerunt ex pte ipſius operis me-
ritorij quod eſt ſupra facultatem cu
iuſcũ creature rationalis.

¶ Quarto queritur circa eãdeꝫ
diſ.vtruꝫ angeli habuerunt grãm ꝛ
gloriam ſcõm quantitatem ſuorum
naturalium. Ad hanc difficultatem
rñdet ſctũs Tho.affirmatiue:ita ꝙ
illi qui meliora naturalia habuere
maiorem gratiam ꝛ maioreꝫ gloriã
habuerunt cuius duplex ratio aſſi-
gnatur. Una ex parte dei qui ideo
varios gradus perfectionis ange-
lis attribuit:vt varios gradus grẽ ꝛ

glorie ipſis largiretur: velutibonus latom⁹ qui aliquos lapides pulcri⁹ aptat quā vult eos ad honorationē partē dom⁹ ordinare ⁊ collocare. ſic etiaꝫ dñs deus angelos quos altioris nature condidit ad maiora gratiarum dona ⁊ ampliorem gloriam ordinauit. Alia ratio aſſignatur ex parte angelorum: naꝫ videtur ꝙ angeli habentes meliora naturalia vehementius ⁊ fortius dilexerunt deū ideo ratione meritorum maiorē gratiam ⁊ gloriam habuerunt.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. quantitas gratie depēdet ex mera voluntate dei. ergo non dependet ex quātitate naturaliū: añs probatur. gratia ex mera voluntate dei datur. ergo quātitas gratie ex mera voluntate dei dependet: inſuꝑ gratia non datur ex operibus. ergo nec ſcdm̄ quantitatem naturalium. Ad iſta duo rñdet diu⁹ Tho. ꝙ etiā quantitas naturaliū datur ex mera voluntate dei que ordinauit ſcdꝫ talem quantitatem dare gratiam et gloriam.

¶ Tertio arguitur ſic. homo et angelus proportionabilr̄ ordināturad beatitudinem: ſed homini nō datur plus gratie ſcdm̄ quantitatē naturalium. ergo nec angelo. Ad hoc argumentū rñdet diu⁹ Tho. negando ꝯñam ⁊ diſcrimen dat: quia oēs homines ſunt eiuſdē ſpeciei: ⁊ quilibet angelus a quolibet alio differt ſpecie: ſed hoc diſcrimen eſt falſum ⁊ voluntariū. Propterea poteſt rñderi ad queſtionem: ꝙ omēs angeli in principio creationis ipſorum habuerunt equales gratias: ſed qꝛ aliqui vehementius dilexerunt deum ꝙ̄ alij: ⁊ melius pugnauerūt cōtra luciferum: ⁊ a ſeclas: ideo comparauerunt ſibi maiores gratias ⁊ beatitudines. Et ſi arguas magiſter i. 5. diſtin. hui⁹ ſcdi. ait. Qui natura magis ſubtiles ⁊ ſapientia amplius ꝑſpicaſſes ſunt creati: hi etiam maioribus gratie muneribus prediti ſūs Ad hoc facile rñdetur ꝙ magiſter intelligit de gratia gratis data: nā iꝑe expreſſe tenet in preſenti diſtinctiōe ꝙ angeli nō fuerunt creati in gratia gratum faciente.

Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt inter quos vnus fuit celſior ſcilꝫ lucifer.

Diſtinctio. VI.

Preterea ſcire oportet: quoniam ſicut de maiorib⁹ ⁊ de minoribus quidam preſtiterūt: ita de vtroqꝫ gradu quidā corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus alijs cadentib⁹ ex

cellentior: nec inter ſtantes ali quis eo fuit dignior ſicut teſti monijs auctoritatum monſtra tur. Ait enim Job. Ipſe princi pium viarum dei. Et in ezechie le legitur. Tu ſignaculum simili tudinis plenus ſcientia et perfe ctione decorus in delitijs para diſi dei fuiſti. Quod Gregorius exponens ait. Quanto in eo sub tilior eſt natura: eo magis in illo ymago dei ſimilius iſinuatur im preſſa. Item i Ezechiele legitur Omnis lapis precioſus operi mentum eius. i. omnis angelus quaſi operimentum eius erat: q2 vt dicit Gregorius: in aliorum comparatione ceteris clarior fuit vnde vocatus eſt lucifer ſicut te ſtatur yſa. Quomõ inquit ceci diſti lucifer q̃ mane oriebaris 7c. qui non vnus ordo: ſed vn⁹ ſpi ritus accipiendus eſt: qui teſte Iſidoro poſtq̃ creatus eſt emi nentiam nature 7 profunditate3 ſcientie ſue perpendens in ſuum creatorẽ ſupbiuit in tm̃ q etiam deo ſe equare voluit: vt in yſaya dicitur. In celu3 aſcendam ſup aſtra celi: 7 exaltabo ſolium meũ 7 ero ſimilis altiſſimo. Similis quidem deo eſſe voluit: non per imitationem: ſed per equalitate3 potentie.

Unde 7 quo deiectus fuerit merito ſue ſuperbie.

¶ Et tante ſuperbie merito de celo. i. de empireo in quo cũ alijs fuerat deiect⁹ eſt in iſtum caligi noſum aerem cum omnibus ſue prauitatis conſortibus. nam vt Joannes ait in Apoca. Draco de celo cadens ſecum traxit ter tiam partẽ ſtellaru3: quia lucifer ille alijs maior non ſolus cecidit ſed cum eo alij multi qui ei in ma licia conſenſerunt: eoſq3 cadẽtes huius caliginoſi aeris habitacu lum recepit. Et hoc ad noſtram probationem factu3 eſt: vt ſit no bis exercitationis cauſa. Unde apl'us. Colluctatio eſt nobis ad uerſus principes et poteſtates mundi huius et aduerſus recto res tenebrarũ: contra ſpũalia ne quicie in celeſtibus: q2 demones qui ſunt ſpirituales 7 neq3 in hoc turbulento aere nobis propin quo quod celum appellatur ha bitant. Unde et diabolus prin ceps aeris dicitur.

Quod nõ eſt conceſſum eis habitare i celo vel in terra.

¶ Non enim eſt eis conceſſum habitare in celo: q2 clar⁹ loc⁹ eſt:

et amenus: nec in terra nobiſcuꝫ ne homines nimis infeſtarent. Sed iuxta apl̃i petri doctrinam in epiſtola canonica traditaꝫ: in aere iſto caliginoſo qui eis quaſi carcer vſqꝫ ad tempus iudicij deputatus eſt. Tunc autem detrudentur in baratrũ inferni ſcd̃m illud. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius.

Quod demones alij alijs p̄ſunt ꝛ habēt etiam alias prelationes.

Et ſicut inter bonos angelos alij alijs preſunt: ita ꝛ inter malos alij alijs prelati ſũt ꝛ alij alijs ſubiecti q̃diu durat mundus: angeli angelis: demones demonibus: homines hominibus preſunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prelatio vt docet apl̃s Habent quoqꝫ ſcd̃m modũ ſciẽtie maioris vel minoris prelationes alias maiores vel minores. Quidam eniꝫ vni prouincie alij vni homini: aliqui vni vitio preſunt. Unde dicitur ſp̃us ſupbie: ſp̃us luxurie ꝛ hm̃oi: qꝛ de illo vitio maxime pōt homines tēptare a quo nominatur. Inde etiaꝫ eſt ꝙ nomine demonis diuitie vocantur .ſ. mãmona. Eſt enim mãmon nomen demonis: quo nomine vocãtur diuitie ſcd̃m ſyram linguã. Hoc aũt non iõ eſt ꝙ diabolus in poteſtate habeat dare vel auferre diuitias cui velit: ſed qꝛ eis vtitur ad hominuꝫ tētationem ꝛ deceptionem.

An omnes demones ſint in hoc aere caliginoſo: an aliq̄ ſint in inferno.

Solet autem queri: vtrũ omnes i iſto aere caliginoſo ſint: an aliqui iaꝫ ſint in inferno? Quod in inferno quotidie deſcendãt aliqui demonũ veriſimile eſt: qꝛ animas illuc cruciandas deducunt ꝛ ꝙ illic aliqui ſemp ſint alternatis forte vicibus non procul eſt a vero qui illic animas detinent atqꝫ cruciant. Q̃ autem anime malorum illic deſcendant atqꝫ illic puniãtur: ex eo cõſtat ꝙ xp̃s ad inferos deſcendit vt iuſtos q̄ ibi tenebantur educeret. Si eñ iuſti illuc deſcendebant: multo magis iniuſti: ꝛ ſicut tradit auctoritas cum iuſtos eduxit iniquos ibi reliquit. Momordit enim infernum non abſorbuit.

Quidam putant luciferum eſſe in inferno religatum ex quo tētauit chriſtum et victus fuit quē dicunt primuꝫ

hominem tẽtaſſe et viciſſe.

¶ De lucifero autẽ quidã opinantur ꝙ ibi religatus ſit: et ad nos tentandos nunc acceſſum non habeat: quia in Apocalipſi legitur. Cum cõſummati fuerit mille anni: ſoluetur ſathanas de carcere ſuo ⁊ exiet ⁊ ſeducet gentes: quod erit nouiſſimo tempore antichriſti quando erit tanta tribulatio: vt etiam ſi fieri poteſt moueantur electi. Quem ibi religatum dicũt ab eo tempore quo tentauit chriſtum in deſerto vel in paſſione: et victus fuit ab eo. Ipſum putant primum hominem tentaſſe ⁊ viciſſe ⁊ ſecundo deum: ſed ab eo victum eſſe: et ideo in inferno religatuꝫ. Alij autem putant ex quo cecidit ꝓ peccati ſui magnitudine illuc fuiſſe dimerſum.

Quod lucifer non habet poteſtatem quã habebit in tẽpore antichriſti.

¶ Sed ſiue in infernum dimerſus ſit ſiue non: credibile eſt cum non habere poteſtatem accedendi ad nos quã habebit in tẽpore antixpi: in quo fraudulenter ac violenter operabitur: ⁊ ideo forte dicitur tunc ſoluendus: qꝛ tũc dabitur ei poteſtas a deo tentandi homines: quã mõ non habet.

Quod demones ſemel victi a ſanctis non accedunt amplius ad alios.

¶ Alijs quoqꝫ qui a ſanctis iuſte ⁊ pudice viuentibus vincuntur poteſtas alios tentãdi videtur adimi. Unde Origenes. Puto inquit ſane: quia ſancti repugnantes aduerſus iſtos incentores ⁊ vincentes minuant exercitum demonum: vel vt ꝙ plurimos eorum interimãt: nec vltra fas ſit illi ſpiritui qui ab aliquo ſancto caſte ⁊ pudice viuendo victus eſt impugnare iterum aliũ hominem. Hoc autẽ putant quidam intelligendum tantum de illo vicio in quo ſuperatus eſt: vt ſi de ſuperbia aliquem virũ ſanctum tentat ⁊ vincitur: vlterius non liceat illi illum vel alium de ſuperbia tentare.

CIrca ſextã diſtinctionẽ qͥritur primo: vtrũ primuꝫ pctm̃ Luciferi fuit ſuperbia. Ad hanc difficultatem rñdent aliqͥ doctores precedentes diuũ Tho. ⁊ diuũ Bonauẽ. ꝙ lucifer ſimul ⁊ ſemel pecca-

uit multis peccatis.ſ.peccato luxurie peccato ſuperbie peccato homicidij et ſic de alijs: et non videtur apparentia quod tot et tanta peccata ſimul elicuerit. Propterea a prefatis doctoribus rńdetur quod primū peccatuȝ luciferi fuit ſuperbia.ſ.amor inordinatus ſui.ſ.proprie excellētie.hec rńſio patet auct. ſacre ſcripture habet eccliaſtici.10.cap. Initiū omnis pctī ſuperbia: ſed primū inter oīa peccata fuit peccatū diaboli: igitur primum peccatū diaboli fuit ſuperbia.inſug gloſa ſuper illud luce.10. Uidebam ſathanam ait: qui ſingulariter elatus erat: vt in eius caſu ceteri de elatione timerent. Propterea auguſt. 11.ſuper Geñ.iquit. Diabolus factus eſt continuo ſe a luce veritatis auertit ſuperbia tumidus et proprie poteſtatis delectatione corruptus: et in ſcdo cap.11.lib.de ciuitate dei idem aſſerit: et.25.ca.9.lib.de trinitate aſſerit: male voluntatis initium quid potuit eſſe niſi ſuperbia.et pſal. ſuperbia eorū qui te oderunt aſcendit ſemper. Itē in.1.prie canonice Ioānis. Omne quod eſt in mūdo eſt cōcupiſcētia carnis aut concupiſcentia oculorum aut ſuperbia vite: ſed lucifer non peccauit cōcupiſcētia carnis aut oculoꝝ: quoniā teſte auguſtino in.4.lib.de ciuitate dei. Diabolus nō eſt fornicator aut ebrioſus nec aliqd huiuſmodi: eſt tamen ſuperbus et inuidus: ergo primū peccatū diaboli fuit ſuperbia.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. primū peccatum diaboli fuit omiſſio. ergo non fuit ſuperbia: aūs probatur. omiſit deliberare diabolus an excellētia propria erat appetēda. ergo peccauit peccato omiſſionis. Ad hoc argumentum reſpondetur negando aūs: et ad probationem negatur iterum aūs: ratio eſt: quia non tenebatur ad illud: idcirco non omiſit. Et ſi arguas: quia adminus videtur fuiſſe peccatum ingratitudinis. Diſtinguitur hoc aūs vel negatiue.ſ. quod non fuit gratus: et ſic conceditur illud vel poſitiue ſic.ſ. quod ipſe villpendit beneficia dei: et ſic negatur. Et ſi vlterius arguas auctoritate diui Auguſtini in libro de caſu diaboli. et diui Bernardi in libro de gradibus humilitatis aſtruentiū quod diabolus non credidit ſe eſſe puniendum: ergo fuit peccatum infidelitatis: negatur cōſequentia: quia talis incredulitas non fuit ante peccatum ſicut Adam non habuit incredulitatem ante peccatum: ſed bene poſt peccatum credidit ſe non adeo grauiter puniendus a domino deo.

¶ Secundo arguitur ſic. peccatum luciferi fuit maximū peccatum ſed nulla ſuperbia eſt maximū peccatum: ergo primum peccatum diaboli non fuit ſuperbia: maior probatur. peccatum diaboli fuit irremediabile. ergo fuit maximuȝ. Ad hoc argumentum reſpondet diuus Thomas negando maiorem: et ad probationem negatur ꝯſequētia ratio eſt: quia natura angeli eſt quando alicui inheret immobiliter adherere vt inferius declarabitur.

¶ Tertio arguitur sic. ſuperbia conſiſtit in iraſcibili: ſed nullus act° iraſcibilis põt eſſe pm° poſtꝙ iraſci bilis appetit° eſt propugnatrix cõcu piſcabilis. ergo ſupbia nõ fuit pmũ peccatũ diaboli. Ad hoc argu. rñde tur negando ꝯñam ⁊ rõ eſt: qꝛ licet actus iraſcibilis nõ poſſit eſſe ſimplr pꝛim° actus: poteſt tamẽ eſſe pꝛim° actus malus. Cõtra iſtã ſolu. arguit talis actus iraſcibilis fuit velle ami citie reſpectu ſui: ⁊ talis reducit ad luxuriã. ergo pꝛimũ pctũm diaboli fuit luxuria. Ad hanc replicã rñdet negã do minoꝛẽ: imo talis actus erat act° ſuperbie: ideo quia volebat ſuam ex cellentiam ſuper alios: ⁊ erat vera preſũptio: nam ſibi ipſe appetebat talem excellentiam et preſidentiam ſup alios.

¶ Scðo queritur circa eandem diſtiu. vtrũ lucifer appetijt eſſe de° Pro hui°. q. intelligẽtia eſt aduertẽ dũ ꝙ ſctũs Tho. in. 3. ar. 63. q. 1. par tis aſſerit ꝙ lucifer abſqꝫ omi dubio peccauit appetẽdo eſſe vt de° iuxta illud yſaie. 14. Ex perſona luciferi in celũ conſcẽdã ſuper aſtra dei exal tabo ſoliũ meũ ⁊ ero ſimilis altiſſi mo. Et glo. ſup illud pſal. Que non rapui tũc exoſluebã inquit qꝛ Adaꝫ ⁊ diabolus voluerũt rapere diuinita tem amiſerũt felicitatẽ. Et auguſti. in queſtionibus veteris ⁊ noui teſti ait: ꝙ diabolus elatione inflatus vo luit dici deus: ⁊ diu° Ber. in lib. de gradib° humilitatis ait. Hec iniqui tas tua nõ ira momẽtanea: ſed odio digna ſempiterno ꝙ tuo altiſſimo domino deſiderares equari. Sed bi pharíam poteſt itelligi ꝙ lucifer ap petijt eſſe de°. Uno modo per equi parantiam: ⁊ iſto modo non potuit appetere eſſe vt deus: quia ſciuit lu cifer hoc eſſe impoſſibile naturali co gnitione nec primum peccatum ipſi us luciferi preceſſit habitus vel paſ ſio faciens ipm eligere impoſſibile: ſicut in nobis interdum accidit: imo aſſerit idem doctoꝛ: ꝙ dato ꝙ eſſet poſſibile ceẽt contra naturale deſide rium: et ideo non poſſet appetere: nam vnumquodqꝫ ens appetit ſeip ſum conſeruare: ⁊ ſi tranſmutaretur in aliam ſpẽm iam deſineret eſſe: id circo aſinus nõ appetit eſſe equus: manifeſtum eſt ꝙ dominus deus ex cedit angelum ſecundum gradum nature: ideo lucifer appeteret non eſſe ſi appeteret eſſe equalis deo: i mo inferioꝛ angelus non poteſt ap petere eſſe equalis ſuperiori angelo primo modo. Alio modo contingit appetere eſſe vt deus per ſimilitudi nem: ⁊ iſto modo dupliciter accidit. Uno modo quantum ad id in quo natum eſt aliquid aſſimulari deo: et talis appetitus non eſt peccatum: dummodo debito oꝛdine appetatur adipiſci: vt ſcilicet eam ſimilitudi nẽ a deo habeat: vnde ſi quis appe teret eſſe ſimilis deo ſcðm iuſticiaꝫ propria virtute ⁊ non ex virtute dei peccaret. Alio mõ contingit appete re ꝗtum ad id in quo nõ eſt natum aſſimilari deo: veluti ſi quis appete ret creare celum et terram quod eſt proprium dei: et iſto modo diabo lus appetit eſſe vt deus: nõ vt ei aſſi miliretur quantum ad hoc qð nulli

ſubijceretur: quia tūc appetijſſet ſe non eſſe quū nulla creatura poſſit eſſe quin ſit ſub deo: ſʒ in hoc appetijt eſſe ſimilis deo: qꝛ voluit habere beatitudinē per virtutē ſue nature non ex diuino auxilio ſecundum dei diſpoſitionem.

¶ Contra iſtam opinionem arguit doctoꝛ ſubtilis pꝛio ſic. volūtas habet duplicem actum amandi. ſcʒ amoꝛe amicitie ⁊ amoꝛe concupiſcētie: ⁊ ſcd͂m vtrūqꝫ habet totum ens pꝛo obiecto: ita qꝫ ſi quodcūqꝫ ens poteſt amare amoꝛe amicitie: ita qd͂ cūqꝫ poteſt amare amoꝛe cōcupiſcētie ipſi amato: igitͬ angelus potuit amare ſeipſuʒ amoꝛe amicitie: ⁊ potuit ſibi cōcupiſcere quodcūqꝫ bonū concupiſcibile: ⁊ quū equalitas dei ſit quoddā bonū cōcupiſcibile ſcd͂m ſe: ſequitur qꝫ lucifer potuit concupiſcere equalitatem dei. Ad hoc argumentū rñdetur negando qꝫ habeat totum ens pꝛo obtō: ſed ſolum habeat ens ſub ratione boni poſſibilis pꝛo obtō.

¶ Secūdo arguit idem doctoꝛ ſubtilis: ſi equalitas dei eſſet poſſibilis lucifero poſſet eā concupiſcere ſed īpoſſibilitas non pꝛohibet: qꝛ teſte ph̄o in. 3. lib. ethi. voluntas eſt īpoſſibiliū: ſimiliter voluntas peccātis vult deū non eſſe qd͂ eſt impoſſibile: igitur lucifer potuit appetere equalitatem dei ſcd͂m equiparātiaʒ. Ad hoc argumentū rñdetͬ negando minoꝛem: ⁊ ad philo. dicitur qꝫ ipſe intelligit quando ignoꝛatur tale eſſe impoſſibile vel de voluntate indeliberata. Et ſi dicas nō minꝰ ē potēs voluntas deliberata qꝫ̄ indeliberata ſed indeliberata poteſt appetere: equalitatem dei. ergo ⁊ volūtas deliberata poterit: negatur maioꝛ: qꝛ vna ſequitur electionē ⁊ alia non.

¶ Tertio arguitur ſic. non minus eſt potens voluntas in appetēdo qꝫ̄ intellectus in repſētando: ſʒ intellectus poteſt repſētare equalitatē dei. ergo voluntas poteſt velle equalitatem dei. Ad hoc argumētū rñdetur negādo maioꝛē pꝛocedendo ſemper de voluntate deliberata.

¶ Quarto arguit ſic idem doctoꝛ et egregie contra diuū Tho. lucifer appetijt beatitudinem ex virtute pꝛopꝛia: et hoc erat ei impoſſibile. ſ. habere beatitudinem virtute pꝛopꝛia. ergo dato qꝫ equalitas dei ſit impoſſibilis lucifero poterit eam appetere. Ad hoc argumentū rñdet capꝛeolus qꝫ lucifer non appetijt beatitudinem ex pꝛopꝛia virtute: ſed ſimplr̄ appetijt beatitudineʒ. Ex iſta tñ ſolutione ſequitur qꝫ lucifer peccauit peccato omiſſiōis. ſ. qꝛ omiſit appetere beatitudinē ex gratia dei: ⁊ vlterius ſequitͬ qꝫ omiſſio fuit pꝛimuʒ peccatuʒ luciferi ⁊ non ſuperbia qd͂ eſt expꝛeſſe cōtra diuū Thomā. Jnſuper aperte contradicit diuo Tho. dicenti ī loco allegato expꝛeſſe qꝫ lucifer voluit habere beatitudinem ex virtute ſue nature. Propterea melius eſſet dicere cōfoꝛmiter ad diuū Tho. qꝫ licet luciferū habere beatitudinem ex pꝛopꝛia virtute naturalī ſit impoſſibile: non tamē lucifer iudicabat: tunc eſſe impoſſibile.

¶ Alia eſt opinio doctoꝛis ſub

tilis tenentis ꝙ lucifer potuit appetere eſſe: vt deus ſcđm equiparātiā propter rationes factas. Pro cuiꝰ opinionis intelligētia notat idē doctor ꝙ duplex eſt volitio. ſ. efficax et cōplacētie ⁊ dat exemplū: nam alio modo infirmus ſperans ſanitatem vult ſanitatem: ⁊ alio mō infirmꝰ deſperans de ſanitate vult ſanitatem: pꝛimꝰ em̄ vult ſanitatē: qꝛ ſperat ſibi ſanitatem poſſibilē: ⁊ hȝ reſpectu eius volitionem efficacē ⁊ imperatiuam medijs inducentibus ſanitatem. Sed deſperās vult ſanitatem volitione cōplaſcētie ſed non volitione efficaci: qꝛ non querit media iducentia ſanitatem: eo ꝙ nō exiſtimat illam poſſe ſibi acquiri: ⁊ iſta volitio ſcđa eſt ſolū ꝯplaſcētie ⁊ poteſt eſſe impoſſibiliū: ⁊ hec ſufficit ad meritum ⁊ demeritū: qꝛ ⁊ ſi ſit impoſſibile poteſt tamen conſentire illi pleno conſenſu: ⁊ iſta volitiōe potuit angelus appetere equalitatem diuinā: ſȝ non potuit volitione efficaci: ſimpliciter tamē volitione cōplaſcētie potuit ſibi concupiſcere tantū bonum ⁊ tanto deſiderio quāto cōcupiſceret ſibi ſi eſſet poſſibile.

¶ Contra iſtam opinionem arguit diuꝰ Tho. lucifer non peccauit ex paſſione neqȝ ex ignorantia. ergo peccauit ex electione: ſed electio nō eſt impoſſibiliū teſte phõ in. 3. ethi. ⁊ luciferum eſſe equalem deo eſt impoſſibile. ergo lucifer non appetijt equalitatem dei. Ad hoc argumētū rñdet doctoꝛ ſubtilis diſtinguēdo de electiōe: nā duplex eſt electio. Una eſt que ſequitur deliberationē poſt indaginē alicuiꝰ dubij: ⁊ talis nō eſt impoſſibiliū: ⁊ de tali loquitur phs. Alia eſt que ſequitur plenam notitiam ſeu plenū aſſenſum pꝛincipij pꝛatici vel ꝯclu. pꝛatice: et talis electio bñ poteſt eſſe impoſſibiliū: ⁊ de tali non loquiť phs. Contra iſtā ſolutionē replicatur a diuo Tho. nihil poteſt volūtas velle niſi quod eſt ꝑ intellectū. ergo angelū eſſe equalē deo opoꝛtuit eſſe pꝛeintellectū: aut igitur ab intellectu errāte: ⁊ tunc pena pꝛeceſſiſſet culpā aut non errāte ⁊ hoc eſt impoſſibile: qꝛ intellectꝰ nō errans non poteſt oſtendere illud ꝙ includit contradictionem. Ad hanc replicā rñdetur dando ſcđm mēbꝛū ꝯñtis: ⁊ ad pꝛobationē negať ꝙ intellectus non errans non poteſt oſtēdere īpoſſibile ſimplici notitia: aut potius apꝛehenſiua: ſed bene verū eſt ꝙ non eſt poſſibile intellectū non errātem aſſentire impoſſibili ⁊ oſtēdere impoſſibile ipi volūtati ꝑ notitiam adheſiuā. Contra iſtam ſolu. replicať angelū eſſe equalē deo idudit cōtradictionē. ergo non habet rationē boni: ⁊ per ꝯñs voluntas non poteſt illud velle. Ad hanc replicam rñdetur negādo vltimā ꝯñam dato añte: quia non requiritur ratio boni Contra iſtam ſolu. replicatur: ſequeretur ꝙ lucifer appetijſſet ſe nō eſſe ꝯñs eſt falſum: qꝛ nullus poteſt appetere ſe non eſſe: igitur ſolutio nulla: ſeq̄la pꝛobatur: iſta eſt bona ꝯña lucifer eſt equalis deo. ergo lucifer non eſt ⁊ añs eſt volitū a lucifero. ergo ⁊ ꝯñs. Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelā ꝗuis ꝯñs non ſit impoſſibile: nam nūc oēs demones

et damnati vellent nõ eſſe:vt decla-ratũ eſt in fine.4.ſententiaꝝ:ꝛ adp bationẽ negatur ꝯña ꝛ daᵵ inſtantia iſta ꝯña eſt bona: petrus eſt in luto vſ ad guttur cũ mille aureis.ergo petrꝰ ẽ in luto vſ ad guttur:ꝛ añs eſt volitum a petro et ꝯñs non eſt volitum.

¶ Queritur tertio circa eandẽ diſtinctionẽ: vtrum minores angeli mali appetierunt equalitatem dei. Pro huius.q.intelligẽtia eſt aduer tendũ ꝙ planũ eſt ex dictis ſanctoꝝ minores ãgelos peccato ſupbie pec caſſe:ſed de mõ ſuperbiẽdi cõtrouer ſia eſt inter doct.nã aliqui dixere ꝙ ſuperbia minorũ ſolũ fuit in conſen tiendo ſuperbie luciferi.Sed in hac opinione nõ videtur apparẽtia.ſ.ꝙ angeli minores prius appetierit al teri aliquod bonum cõmutabile ꝙ̃ ſi bi ipſis maxime:q̄ vniuſcuiuſ af-fectus potiꝰ eſt erga ſe ꝙ̃ erga aliũ: Propterea ẽ alia opinio quã ſequũ tur diuꝰ Bonauẽ. ꝛ diuꝰ Thom.ſ. ꝙ angeli minores ſuperbierũt appe tendo beatitudinem ſine meritis:et quũ crederent ſe non poſſe ꝑuenire ad ſuũ finẽ ſine ſublimitate luciferi qui erat caput ipſorũ: ideo illi appe tierũt ſublimitatẽ quare proprie ſu perbierunt:ꝛ ſuperbie luciferi con-ſenſerunt.

¶ Iſtis notatis põnũtur aliquot cõ clu.quarũ prima eſt iſta. Minores angeli peccauerũt pctõ ꝓprie ſuper bie.iſta ꝯclu.pꝫ aucte diui Gregorij in.2.lib.moraliũ dicẽtis de demoni bus:tanto magis homines ad cele-ſtia aſcendere inuidẽt:quãto ſe a ce-leſtibus ꝑ inmũdiciã elationis deie ctos vident:patet etiã aucte Hugo nis de ſctõ Victore expreſſe dicẽtis ꝙ omnes mali angeli in eadẽ mali-cia cõſenſerunt. Scda ꝯclu.eſt iſta. minores angeli appetierũt lucifero equalitatẽ dei.iſta ꝯclu.patꝫ:oẽs de mones ſubdunᵵ lucifero:iuxta illud ſalua. Matth.25. Ite maledicti in ignẽ eternũ qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius:ꝛ ordo diuine iuſtitie habet:vt cuius ſuggeſtioni aliqͣs cõ ſentit in culpa eius ptãti ſubdaᵵ te-ſtãte diuo Petro in.2.cap.2.cano. a quo quis ſupatus eſt huic ſeruus adiectus eſt.ergo oẽs demones ap petierũt lucifero equalitatẽ dei.

¶ Contra vltimã cõclu.argui-tur ſic.ſupborũ eſt velle preeſſe ꝛ nõ ſubeſſe.ſed minores angeli fuerunt ſupbi ex pria ꝯclu. ꝰ noluerũt ſubẽe lucifero. Inſuper maioris dignita-tis eſt ſubeſſe ſupremo dño ꝙ̃ mino ri. ergo angeli minores maluerunt ſubeſſe dño deo ꝙ̃ maledicto lucife-Ad hoc argu.rñdetur ꝙ maior habe ret verũ ceteris paribus mõ nõ ſunt cetera paria: nã minores angeli cre debant ſub lucifero conſequi ſuũ fi-nem ꝛ nõ ſub dño deo:ꝛ inde eſt ꝙ ſi aliquis princeps erigat ſe cõtra pro priũ regẽ aliqui ſubditi talis regis fauent principi rebellãti ſperantes habere multa bona ab ipſo principe ꝓditore ꝛ nõ ab ipſo rege:ꝛomnino idem accidit angelis minoribus: ni mĩꝝ ſimalebãt ſubijci lucifero ꝙ̃ deo Contra iſtam ſolu.arguiᵵ. ſequiᵵ ꝙ minores angeli grauiꝰ peccauerũt ꝙ̃ lucifer ꝯñs eſt falſum:ĩgiᵵ ſeque la probatur.minores angeli pecca-uerunt duplici peccato.ſcilꝫ peccato

proprie ſuperbie ⁊ peccato quo con ſentiebãt lucifero. ergo grauius peccarunt minores angeli q̄ lucifer.
Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negatur ꝯña et datur triplex ratio: Prima: qr lucifer ardẽtius appetebat equalitatem dei q̄ aliquis alius Secunda ratio quia ipe fuit occaſio oibus alijs peccandi: idcirco habet apoc. 12. cap. ꝙ draco ſua cauda terciã partẽ ſtellaꝝ celi trahebat. Tercia ratio eſt ingratitudinis: naꝫ ipſe plura bona acceperat adeo q̄ aliqs alius quare magis obligabatur ſeruire dño deoq̄ aliquis alius. Cõtra iſtam ſolu. arguitur. oẽs demones ſimul peccauerunt teſte Damaſceno cũ magiſtro. ergo peccatum luciferi non fuit cauſa alijs peccandi ꝯña tenet: qr omnis cauſa prior ẽ cauſato. Ad hanc replicaꝫ rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad ꝓbationẽ dr ꝙ ſatis eſt cauſam priorẽ eſſe cauſato natura: non autem requiritur quod ſit prior tempore.

Queritur quarto circa eandẽ diſtinctionem: vtrum de quolibet ordine aliqui angeli cecidere. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ duplex eſt ordo: ſcilicꝫ imperfectus ⁊ cõſummatus: in hac queſtione non eſt ſermo de ordine conſummato: ſed de ordine ſolum imperfecto. Ordo conſummatus dicitur ordo habentium charitatem. ordo non habentium charitatem dicitur imperfectus. Iſtis notatis reſpõdetur per duas ꝯclu. ad titulũ qſtionis. Quaꝝ prima eſt iſta: lucifer cecidit de ſupremo ordine. Iſta concluſio probatur Iob. 40. dicitur de lucifero ꝙ ipſe eſt principium viarũ dei ⁊ non poteſt intelligi de prioritate durationis. ergo intelligitur de prioritate naturalis dignitatis. Inſuper diuus Gregorius in. 32. libro moraliuꝫ tractans illud Ezechielis Tu cherub extentus ait: quia comparatione claritatis ſue ceterorum claritatem obũbraſſe credatur: ideo vocatur lucifer: igitur cõcluſio vera. Secunda cõcluſio eſt iſta: de quolibet ordine aliqui angeli ceciderunt. Iſta cõcuſio probatur inquit diuus Gregorius in omelia ſuper feſtum penthecoſtes quod ad omnes angelorum ordines aliqui homines aſſumentur: ſed hoc non erit niſi ad reſtaurandam ruinam angelorum. ergo de quolibet ordine aliqui ceciderunt. Inſuper de ſupremo ordine aliqui ceciderunt. ergo a fortiori de alijs ordinibus. patet etiam auctoritate Hugonis de ſancto Victore ipſam expreſſe ponentis.

Contra primam cõcluſionem arguitur ſic. lucifer erat de ordine cherubin: et cherubin non eſt ſupremus ordo: igitur cõcluſio falſa. maior patet expreſſa auctoritate Ezechielis. 28. dicentis de lucifero. Tu Cherub extentus et protegens poſui te in monte ſancto dei.

Ad hoc argumentū rñdetur negando maiorē: ⁊ ad probationē dico q̄ Ezechiel vocat ipſum cherub: nō q2 erat de ordine cherubin: ſed propter plenitudinem ſciētie quā habebat ⁊ nō poterat vocare ſeraphin: q2 amiſerat charitatem: ⁊ angeli dicunt ſe raphin ab incēdio charitatis ⁊ amoris diuini. Contra iſtam ſolu. arguitur: lucifer non potuit amittere charitatem. ergo ſolu. nulla aſis probat quanto aliquid magis inclinatur ad aliud: tāto minus poteſt deficere ab illo: ſed lucifer magis inclinabat ad deū3 q̄ aliquis alius: q2 erat dei formis. ergo minus poterat deficere a deo: ⁊ per ꝯñs non defecit. Ad hanc replica3 rñdetur negando aſis: ⁊ ad probationē negat vltima ꝯña: nam lic3 habebat lucifer plura adminicula q̄ alij angeli rōe quorū magis inclinabat ad deum: nihilominus non neceſſitabant ipm luciferum ad dilectionem dei. Contra iſtā ſolu. arguitur. ſequeret q̄ dñs deus fuiſſet fruſtratus ſuo fine ꝯñs eſt falſum: igit ſequela patet: tota ſpēs luciferi fuit damnata. ergo deꝰ fuit fruſtatꝰ ſuo fine. Hec replica non habet apparētiam niſi cōtra diuū Thomā tenētē q̄libet angelū a quolibet alio differre ſpē: ⁊ nihilominus non concludit ideo negatur ſequela: ⁊ ad ꝓbationē negat ꝯña ratio eſt: q2 dñs deus: nō produxit luciferum vt oſtenderet ſuam iuſticiam: ⁊ tali fine non eſt fruſtratus.

¶ Cōtra ſcdām cōclu. arguitur ſic. Petrus in ſcdo cap. ſue canonice ait deus angelis peccantibus non pepercit. ergo omnes qui ceciderūt fuerūt de infimo ordine. Itē ⁊ apls in epla ad Ephe. loquens de demonibus ſolum facit menſione3 de pricipatibꝰ ⁊ poteſtatibꝰ: ergo nulli ceciderunt de thronis aut dominationibus. Ad hoc argumētum rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ratio eſt: q2 diuus petrus accipit angelu3 generalr̄ vt comprehēdit oēs ordines angelorū ⁊ non ſpecialr̄ pro infimo ordine. Ad aliud negatur etiam ꝯña: na3 ſub illis comprehendit apls alios.

¶ Circa iſtam queſtionem dubitatur an plures angeli ceciderunt ⁊ peccauerunt q̄ remanſere in celo empireo. Ad hoc dubium rñdetur: negatiue: imo ſolū tertia pars angeloru3 cecidit iuxta illud apoc. 12. dra co. 1. lucifer trahebat ſecū tertiā partē ſtellarū celi. i. tertiā partē angelorū: ſimilr̄ in. 6. ca. 4. li. regū eliſeus dixit plures ſunt nobiſcū q̄ cu3 illis ſuper que gloſa dicit plures ſunt angeli nobiſcum q̄ cum illis.

¶ Quinto queritur circa eandē diſtinctionē in quē locū demones cecidere. Pro huius. q. intelligētia eſt aduer. q̄ demonibꝰ debet duplex locꝰ rōe ſue culpe. ſ. infernꝰ: ⁊ alꝰ rōne exercij humani. ſ. aer caliginoſus: vnde inquit augꝰ. nunq̄ deus quos preſciebat futuros malos eos feciſſet niſi pariter noſcet quibus bonoꝝ vſibus eos accōmodaret: vnde diuina diſpoſitio hoc exigit: vt etiam de preuaricātibus angelis obſequium quodammō electoꝝ trahat et eliciat idcirco non eos detruſit in infernū: ſed locū dedit aptū ipſis demonibꝰ q̄tum ad ſtatum peccati ⁊ q̄tum ad

ſtatum exercitij humani ſiue pugne:
aer eſt caliginoſus propter caliginē
conuenit tenebroſitati culpe: ſed ꝓ
pter ſubtilitatē cōpetit angelice ve
locitati: vnde circa nos ſicut aliqui
bus ſanctis viris frequenter oſtenſum
eſt volitant: vt muſce: ꝛ hoc cogno
uit phs apuleius in lumine natura
li: vt diuꝰ Augꝰ. teſtatur. Ex oībus
iſtis patet ꝙ duobus modis procu
ratur bonum hominis a prouidētia
diuina vno mō directe dum. ſ. hō in
ducitur ad bonū ꝛ retrahitur a ma
lo: ꝛ hoc decenter fit per angelos bo
nos. Alio mō procuraꝫ bonum hoīs
indirecte: dum. ſ. aliquis exerceꝫ im
pugnatus per impugnationē cōtra
rij: ꝛ hoc fit per angelos malos: pro
curatio aūt ſalutis humane ꝓtendi
tur vſq; ad diem iudicij: idcirco vſq;
ad illum diē durabit miniſteriuꝫ an
gelorum ꝛ tētatio demonum. Iſtis
notatis ponūtur due ꝯclu. rñſiue ad
titulū. q. quaꝝ prima eſt iſta. Demo
nes ceciderunt in aerem caliginoſū.
Iſta ꝯclu. probaꝫ apls ad Ephe. 2.
vocat luciferū principem poteſtatis
aeris huius. ergo ptās diaboli ma
xime eſt in hoc aere: ſed vbi eſt eius
poteſtas eſt eius ſubſtātia: ergo de
mones ſunt in hoc aere caliginoſo.
Inſup Matth. 4. demō tētauit chri
ſtum: et de nobis non ſolū ſcriptura
ſacra docet verū experientia: ſed an
gelus malus ibi eſt vbi operatur. ergo
ſi in hoc aere operatur: in hoc aere
eſt. Scđa cōclu. eſt iſta. aer caligino
ſus eſt quaſi carcer demonibus vſq;
ad tempꝰ iudicij. iſta ꝯclu. patet ex
preſſa auctoritate diui Augu. in. 4.
lib. ſup geñ. ipſam expreſſe ponētis.

¶ Contra ambas ꝯclu. arguitur ſic
ſequeretur ꝙ demones nō punirenꝫ
ꝯñs eſt abſurdum: igiꝫ ſequela ꝓba
tur: demones nō afficiuntur loco. er
go ſi demones ſunt in hoc aere cali
ginoſo non puniuntur. Ad hoc ar
gumentū rñdetur negando ſequelā
ꝛ ad probationē ꝯcediꝫ añs ad iſtuꝫ
ſenſum ꝙ aer caliginoſus nullā qua
litatem producit in ipm demonem
ꝛ negaꝫ ꝯña ꝛ rō eſt: qꝛ demō nō vult
detineri in hoc aere: ꝛ ex tali nolitio
ne ſequitur magna triſtitia in ipſo:
nam triſticia teſte Auguſtino eſt de
his que nobis nolentibus accidunt
¶ Contra iſtam ſolu. arguiꝫ Matt. 8.
demones dicebant. Ieſu filij dei: vt
quid veniſti ante tempus torquere
ergo ante aduentū xp̄i demones nō
torquebanꝫ. Ad hanc replicā rñdeꝫ
negando ꝯñam. ſed bene verum eſt
ꝙ aduentus xp̄i accelerauit deſcen
ſum eoꝝ ad infernū. Inſup magis
torquebanꝫ ꝙ̄ antea: qꝛ preuidebāt
in proximo gentiles relicturos ydo
la ꝛ adorare xp̄m. ¶ Contra iſtā ſolu.
arguitur. demones puniuntur pena
ignis: ſed in iſto aere caliginoſo nō
eſt ignis. ergo demones non ſunt in
hoc aere caliginoſo. maior ptꝫ auct.
gloſe ſuper. 4. cap. Iacobi dicentis
ſicut genna ſemp ardet: ſic diabolꝰ
vbicūq; ſit vel in mare vel ſub terra
ſemp ſunt ſecum tormenta flāmarū
Ad hanc replicam rñdetur negādo
ꝯñam ꝛ ratio eſt: qꝛ demones ſciunt
ꝙ poſt dieꝫ iudicij punirenꝫ ab igni
ꝛ nunc habent nolitionem reſpectu
talis pugnitionis ab igni ex qua mi
rabilis triſticia generaꝫ in eis. ideo
ratiōe talis nolitiōis reſpectu ignis.

& portare ſecum tormenta flāmarū
Et ſi dicas homo diſcedens in pctō
mortali deſcendit ad infernū. ergo
& demones deſcenderūt ad infernū
ꝯña tenet:qm̄ peccatū hominis non
eſt grauius ꝙ peccatum demonis.
Ad hanc replicā rñdetur negando
ꝯñam:& ad probationē dico ꝙ gra
uitas nihil facit: ſed diſcrimē eſt qꝛ
demones ex officio habēt tētare ho
mines: non aūt homines ex officio
habent tentare alios homines.

¶ Secūdo arguitur ſic. lucifer
eſt religatus in inferno:igitur nō eſt
in iſto aere caliginoſo: añs ptꝫ apo.
20.ca.habetur. Vidi angelū deſcen
dentem de celo habentē clauē abiſſi
& cathenā magnā in manu ſua et ap
prehendit draconem ſerpentē anti-
quū qui eſt diabolus & ſathanas & li
gauit eū per annos mille & miſit eū
in abiſſū & clauſit & ſignauit ſup illū
vt non ſeducat amplius gentes do-
nec cōſumētur mille anni:& poſt hoc
oportet illū ſolui modico tempore.
Ad hoc argumentū propter auctēm
allegatā diuerſimode rñdetur a do
ctoribus. Vno mō ꝙ lucifer a tēpo
re quo fuit victus a ſaluatore noſtro
in deſerto fuit religatus in inferno:
& erit ibidem vſqꝫ ad tēpus antixp̄i
& toto tempore antixp̄i ſoluetur: id-
circo non habet modo tantam pote
ſtatem ſicut habebat ante paſſionē
chriſti:& per tempus mille annorū
intelligitur totū tempus ab incarna
tione xp̄i vſqꝫ ad tempus antixp̄i. et
tunc ꝯclu. ſcḋa intelligitur reſpectu
aliorū demonū a lucifero. Alio mō
rñdetur ab alijs doctoribꝰ ꝙ lucifer
adhuc eſt in iſto aere caliginoſo: ſed
dicit eſſe religatus:qꝛ non habꝫ illā
poteſtatem quā ſolebat habere:& a-
biſſus capitur pro deſerto:& ſecūdū
iſtos ꝯclu. ſcḋa intelligit vniuerſalit
reſpectu oīm demonū.

¶ Queritur ſexto circa eandem
diſtinctionē. Utrum inter demones
ſit prelatio. Pro huius.q. intelligē
tia eſt aduertendū ꝙ filij tenebrarū
ſcꝫ demones aliqualiter imitari conan
tur:licet falſe & imperfecte filios lu-
cis:vnde ſicut vident angelos lucis
ordinate ſua officia exequi ſcḋm im
peria maiorum angelorum: ita ipſi
faciunt ſua maleficia:vt melius ho-
mines expugnent & ſeducant:quare
ponitur conclu. rñſiua & affirmatiua
ad titu.queſt.que probat aucte iob.
penultimo cap. dicentis de lucifero
ꝙ ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſu
perbie. & Matt.25. inquit ſaluator no
ſter. Ite maledicti in ignem eternū
qui paratus eſt diabolo & āgelis eiꝰ
ergo omnes mali angeli ſubijciunt
diabolo:ideſt lucifero.

¶ Contra iſtam ꝯclu: arguitur ſic.
Prouer.13. Inter ſuperbos ſemp ſunt
iurgia:ſed oēs demones ſunt ſupbi
ergo refugiunt omne dñiū. Ad hoc
argumentū rñdetur negando ꝯñam
& ratio eſt:qꝛ quū hoc ꝙ ſunt ſuper-
bi ſunt mirabilit inuidi:& inuidus hn̄
vult ſibi erui vnū oculū vt duo eruā
tur ab illo cui inuidet. Propterea de
mones bene volunt ſubijci lucifero
propter inuidiam quā habent erga
homines vt melius ipſos homines
ſeducant & expugnent. Contra iſtā
ſolu. arguitur: vel talis prelatio eſt
a natura aut violentia aut electione
voluntatis nullum iſtorum eſt dādū

igitur. Ad hanc replicam rñdetur q
partim eſt a natura & partim ex inſti
tutione diuina: vt illi qui meliora ha
bet naturalia alijs preſunt. Contra
iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur q lu
cifer non ſubijceretur alijs demoni
bus: pñs eſt falſum: igitur falſitas
pñtis probatur. grauius peccauit lu
cifer q̄ alij: & ſeruitus introducta eſt
ob peccatum: ergo lucifer ſubijcitur
alijs demonibus. Ad hanc replica3
rñdetur negando minorem: & ad p
bationē3 negatur pña & ratio eſt: q
omnes alij demones conſenſerunt
ſuggeſtioni ipſi: idcirco merito ſub
ijciuntur ipſi. Et ſi dicas iob. 10. ha
betur. In terra tenebrar nullus eſt
ordo: ergo neq prelatio. Ad hoc dr
q intelligitur de ordine perfecto et
cōſumato: non autem de ordine im
perfecto annos mille.

¶ Dubitat circa iſtā materiā
vtrū inter demones ſit diſtinctio or
dinum. Ad hoc dubium rñdetur q
loquendo de ordine pfecto & conſu
mato nō eſt diſtinctio ordinum: ſed
bene loquendo de ordine imperfe
cto: q̄uis talis ordo imperfectus ra
tione culpe ſit peruerſus: ita q ſupe
riores grauius peccauerūt q̄ īferio
res: & ideo grauius puniuntur.

¶ Queritur ſeptimo circa eādē
diſtin. vtrū victus demō a bono chri
ſtiano poſſit aliū xpianum tentare.
Pro huius. q. enodatione eſt aduer
tendum q adamantius ſuper finem
11. cap. Joſue vt habetur in gloſa or
dinaria ait. Nec putādum eſt q vn
fornicationis ſpūs ſeducat eum qui
in britania ſiue in anglia fornicatur
& illum qui in india & alijs locis for
nicatur: ſed puto magis ſpūm forni
cationis vnū3 eſſe & innumeros qui
hoc officio eipareant: & per ſingulos
homines diuerſi ſpūs ſub ipſo prin
cipe militantes: q ad huiuſmodi pec
cata eos ſollicitent. Similr principē
iracundie ſpūm vnū eſſe arbitror: & i
numeros ſub ipſo: & ita de ceteris pec
catis ſentiendum: arbitror aūt quis
ſancti cōtra iſtos incētores peccato
rum pugnantes & vincētes vnūquē
q minuant exercitū demonū3: vt is
qui pudice viuēdo ſpūm fornicatio
nis ſuperauerit: non vltra faciat illū3
ſpūm qui ab eo victus eſt alium ho
minem īpugnare: ſed ſicut ille ſpūs
qui luce. 8. rogabat Jeſum vt ī abiſ
ſum mitteretur: pñs videt q ſinguli
victi vel in abiſſum vel in exteriores
tenebras vel locū ſibi dignū abdu
cantur a iuſto iudice chriſto.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur ſic. Job pluries tētat a ſpū
iracundie vicit ipſum ſpūm iracun
die: vt habetur Job. 1. et. 2. ergo idē
demon victus ab aliquo ſancto viro
poteſt virū & eundē & alium tentare
Ad hoc argu. rñdet q nō erat idem
ſpūs: ſ3 erāt miſſi contēti ſub pncipe
iracūdie. Cōtra iſtā ſolu. argu. diu
Greg. in. 28. li. mora. īquit. Poſtq nf
adhuc ī hac vita nos poſitos quāto

nos magis ſibi rebelles cōſpicit tan
to amplius expugnare intendit. er-
go idem demon pōt eundē hominē
bis ⁊ ter tētare: ꝗuis ab eo pluries
ſit vict⁹: īſuper natura ſuperbie ē ꝙ
quanto magis vincitur: tāto magis
victorē odit ⁊ magis ſe vindicare co
natur. ergo demon ꝗuis ſit victus
ab aliquo ſancto poteſt eundē ſctū̄m
virū tentare iterū. Ad iſtas duas re
plicas rñdet ꝙ intelliguntur per aliū
et non per ſe: ⁊ teſte pħo ꝗ per alios
facimus per nōſmetipſos videmur
facere.

¶ Queritur octauo circa eādē
diſtinctionem: vtrum angelus ſiue
bonus ſiue malus poteſt moueri lo-
calr̄ proprie ⁊ per ſe a ſeipſo. Pro
huius. q. enodatione eſt aduertēdū
ꝙ inter doctores catholicos non eſt
difficultas an angelus poteſt moue
ri localr̄: oēs em̄ doc. cath. tenētur cō
cedere angelū poſſe moueri localit
propter expreſſas auctates vtriuſꝗ
ſacre pagine: nam Exod. 23. habet.
Angelus me⁹ precedet te: ſimiliter
yſaye. 6. habet. Uolauit ad me vn⁹
de Seraphin: ⁊ Daniel. 9. Ecce Ga
briel cito volās tetigit me in tempo
re ſacrificij veſptini. et Dan. 10. Ec-
ce michael vnus de pricipibus venit
in adiutoriū meum. et luce. 1. Miſſ⁹
eſt angelus gabriel ad mariā virgi-
nem deſponſatā Joſeph. et in eodē
cap. habetur. Ego ſum gabriel qui
eſto ante deum: ⁊ miſſus ſum loq̄ ad
te ⁊ hec euangelizare. et luce. 22. Ap
paruit autē illi angel⁹ de celo confor
tans eum. Et actu. 12. habetur: ꝙ an
gelus miſſus eſt ad petrū in carcerē
et petr⁹ ſequebatur eū: ſed dígladia
tio eſt: vtrū angelus primo ⁊ per ſe
poteſt mouere ſeipſum: vnde diuus
Tho. ponit. 4. ꝯclu. quarum prima
eſt iſta. Nec angelus nec aliqđ cor-
pus poteſt mouere ſeipſuȝ localiter
proprie ⁊ per ſe. Iſta ꝯclu. ptȝ. om̄e
quod mouetur ab alio mouetur. er-
go impoſſibile eſt angelū aut corp⁹
ſeipſum primo mouere: añs ptȝ idu
ctiue: nam illud quod mouetur de ꝑ
accidens mouetur ad motuȝ alteri⁹
Pari forma qđ mouetur per violē-
tiaȝ: pari iure quod mouetur per na
turam: nam animalia mouentur ab
anima: ⁊ ip̄a anima mouetur ad mo
tum corporis: grauia aūt ⁊ leuia mo
uentur a generante vel remouente
prohibens. Scđa ꝯclu. eſt iſta. ange
lus poteſt localr̄ moueri a ſeip̄o per
accidens. Iſta ꝯclu. patet ex auct. al
legatis: nam prefati angeli mouebā
tur ad motū corporū que aſſumpſe
runt. Tertia ꝯclu. eſt iſta. angelus ſi
mul p̄t moueri de extremo ad extre
mū per medium: ⁊ ſi vult poteſt mo
ueri ab extremo ad extremum ſine
medio. Ia ꝯclu. pbatur. angelus po
teſt moueri motu continuo: ⁊ poteſt
moueri motu diſcōtinuo: ſi moueat
motu continuo tranſibit per mediuȝ
et ſi moueatur motu diſcontinuo nō
tranſibit per medium.

Quarta ꝯclu. eſt iſta. impoſſibile eſt
angelum moueri localr̄ in inſtanti.
Iſta ꝯclu. patet: qꝛ ſi in hoc inſtanti
ti eſſet in termio ad quē oportuit da
re vltimū inſtans in quo erat in t̄mi
no a quo: ⁊ hoc eſt impoſſibile: qꝛ tūc
darentur duo inſtantia immediata:
igitur ꝯclu. vera.

¶ Contra primā conclu arguit

doctoꝛ ſub.pꝛimo ſic. Voluntas mo
uet ſeipſam inquātū eſt libera: ⁊ mo
uetur a ſeipſa inq̄tū eſt receptiua.
ergo pꝛima ꝯclu.falſa. Scd̄o arguit
ſic.intellectus iformat⁹ noticia ſim
plici mouet ſeipſum quoad notitiā
declaratiuā:igit̄ ꝯclu.falſa. Ad iſta
duo argumenta rn̄det diu⁹ Tho.ꝙ
dn̄s deus pꝛimo mouet intellectum
et voluntatē. Sed contra hoc poteſt
replicari: vel intelligit̄ partial'r vel
totaliter ſi pꝛimū nulli eſt dubiū: ſi
ſcd̄m tunc intellectus non cōcurret
partialiter ad pꝛoductionemnoticie
necvoluntas ad pꝛoductionē volitio
nis. Tertio arguit idē doctoꝛ.intel
lectus agens mouet intellectū poſſi
bilē:igitur ꝯclu.falſa. Ad hoc argu
mentū rn̄detur negandoꝯñam: ⁊ rō
eſt:q2 intellectus agens ⁊ intellect⁹
poſſibilis ſunt diuerſe potētie ſcd̄m
ſctūm Tho. Quarto arguit ſic. non
eſt neceſſe mouens ⁊ motum diſtin
gui loco vel ſubiecto:igitur idem po
teſt mouere ſeipm̄ pꝛio ⁊ per ſe:añs
patet:q2 alias ſi poneretur ignis in
exiſtens aque ſicut eſt angelus in ce
lo non calefaceret ipſam aquā: ꝯñs
eſt falſum igitur. Ad hoc argumētū
rn̄detur negādo añs: ⁊ ad pꝛobatio
nē negatur iterū añs:imo tūc ignis
calefaceret ⁊ caloꝛ receptus in aqua
non inhereret ipſi igni. Quinto idē do
ctoꝛ arguit ſic. graue mouetur a ſeip
ſo pꝛio ⁊ per ſe.ergo pꝛia ꝯclu. falſa
añs pꝛobatur:coꝛpus leue alligatū
coꝛpoꝛi graui cuius leuitas nō exce
dit grauitatem coꝛpoꝛis grauis:mo
uetur deoꝛſum ab ipſo coꝛpoꝛe gra
ui pꝛimo ⁊ per ſe.ergo a foꝛtioꝛi coꝛ
pus graue mouet ſeipſum. Inſuper
ſi coꝛpus graue inueniat trabē debi
lem franget ipſam:igitur coꝛp⁹ gra
ue mouet̄ a ſeipſo. Ad hoc argumē
tum rn̄detur negādo añs: ⁊ ad ꝓba
tionē negat̄ añs:ſed mouetur a ge
nerāte ipſum coꝛpus graue ꝓpoꝛtio
nabiliter eſt dicendū ad aliō. Sexto
arguit idem doctoꝛ in motu augmē
tationis idem mouet ſeipm̄:igit̄ pꝛi
ma cōclu.falſa: añs pꝛobatur: ratio
effectiua augmēti non eſt in cibo.er
go eſt ab aniato conuertente cibū in
ſeipſum. Ad hoc argumētū rn̄det̄ ꝙ
aniatū nō mouet ſeipſum ſcd̄m vnā
⁊ eādem partem:ſed ſcd̄m diuerſas
idcirco non mouet ſeipm̄ pꝛio ⁊ p ſe
Septimo arguit ſic idē doctoꝛ i mo
tu alterationis idē alterat ſeipm̄ pꝛio
⁊ per ſe:igitur ꝯclu.falſa añs pꝫ de
aqua calida reducēte ſe ad frigidita
tem. Ad hoc argumētum rn̄detur ꝙ
aqua non pꝛio ⁊ per ſe pꝛoducit fri
giditatem: ſꝫ generansq̄ō genuit in
ipſam foꝛmā ſubſtantialem.

¶ Contra eandē cōclu. arguit
Grego. de ari. aliqū contingit graue
generari in media regiōe aeris: tūc
generans tale graue eſt celū vel aer
ſed a neutro hoꝝ poteſt moueri tale
graue local'r:igitur opinio ⁊ conclu.
nulla minoꝛ pꝛobat̄. ſequitur ſi tale
graue moueretur a celo vel aere ꝙ
quanto elongaret̄ a celo vel aere tar
dius moueret̄ ꝯñs eſt cōtra experiē
tiā:q2 graue veloci⁹ mouet̄ i fine ꝙ̄
in pꝛincipio motus naturalis:igitur
ſequela pꝛobatur: q̄to magis diſta
bit a celo vel aere:tanto minus celū
vel aer aget in eū.ergo quanto ma
gis diſtabat tanto tardius mouebit̄

dicit̃ libertas que nullũ habet pecca
tũ: libertas a miſeria dicit̃ libertas
que nullã habet penalitatẽ. libertas
a neceſſitate dicit̃ illa que nullã pati
tur neceſſitatẽ: libertas indifferẽtia
eſt libertas que non magis inclinat
ad vnũ q̃ ad aliud. libertas cõtradi
ctionis eſt libertas que põt in vtrũ-
q̃ contradictorioruꝫ: ⁊ inter iſtas li-
bertates prime due tenẽt primatuꝫ
iuxta ſaluatorẽ nr̃m Joãnis. 8. dicẽ-
tem iudeis. Si filiꝰ hominis vos li
berauerit vere liberi eritis: ⁊ intelli-
gebat ſaluator noſter de libertate a
peccato. Ex iſtis ſequitur ꝙ angeli
boni ſunt liberiores q̃ antea ſimpli
citer ⁊ abſolute: q̃uis non habeãt li
bertatẽ indifferẽtie ⁊ cõtradictionis
reſpectu omniũ. Sequit̃ ſcdo ꝙ de
mones abſolute ⁊ ſimpliciter nõ ſũt
liberi. imo ſunt ſerui iuxta illud ſal-
uatoris ca. allegato. Qui peccatũ fa
cit ſeruus eſt peccati. hñt tamen ali-
quas libertates cõtradictionis et in
differentie reſpectu aliquorum.

¶ Queritur quarto circa eãdeꝫ
diſtinctionẽ: vtruꝫ in demonibus ca
dat deceptio circa pñtia ⁊ obliuio cir
ca preterita. Pro huius queſtionis
intelligẽtia eſt aduertẽdũ ꝙ duplex
eſt iudiciũ intellectus. Unũ ẽ cogno
ſcendorũ ſub ratione veri: ⁊ hoc per
tinet ad intellectũ ſpeculatiuũ. Aliud
eſt iudiciũ angeloꝝ ſub ratione boni
⁊ hoc pertinet ad intellectũ practicũ
Ulterius eſt aduertendũ ꝙ obliuio
poteſt capi biphariã. Uno mõ vt di
ci electionẽ habitus vel ſpeciei. Alio
modo vt dicit nõ recordationem ali
quorum que expediunt ad ſalutem.
Jſtis notatis r̃ndetur ad queſtionẽ
per aliquas cõclu. quarum prima eſt
iſta. Jn demonibus cadit deceptio
circa cognoſcenda ſub ratione veri.
iſta coclu. patet: demones iudicant
interduꝫ de cogitationibus hominũ
et non poſſunt recte de talibus iudi
care: quia ſolus deus eſt ſcrutator ta
lium vt habetur. 9. cap. 3. lib. regun.
et in. 17. cap. Hieremie. ergo frequẽ
ter circa talia decipiuntur demones
Secũda cõclu. eſt iſta. in demonibꝰ
cadit deceptio circa agẽda ſub ratio
ne boni: iſta ꝯclu. probatur. frequen
ter demones iudicant aliqua eſſe bo
na ſibijpſis que realiter non ſũt bo-
na: ſed non ſciunt: igitur cõclu. vera.
Tertia cõclu. eſt iſta. in demonibus
non cadit obliuio primo mõ. iſta cõ-
clu. probatur. demones habent om
nes ſpecies ſiue habitus cũ quibus
fuerunt creati ⁊ non indigent aliquo
extrinſeco ad recordandum: ergo in
demonibus non cadit obliuio primo
modo. Quarta conclu. eſt iſta. in de-

monſb⁹ cadit obliuio ſecūdō mōdō. iſta cōdu. probatur: nullus de ſapiē te fit ſtult⁹ niſi aliquid obliuiſcatur ſ3 lucifer erat ſapiēs iuxta illō Eze chiel.8. plenus ſapiētia: igit lucifer aliquid eſt oblitus. Inſuper oēs de mones obliti ſunt bñficiorꝝ ⁊ eorum que expediebāt ſaluti eorū: igit con cluſio vera.

¶ Contra vltimā3 cōdu. argui tur ſic. luce. 16. habetur. Filij hui⁹ ſe culi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. ergo demones nō decipiuntur. Ad hoc argumentum rñdetur ꝙ ſaluator noſter non loqui tur ibi de angelis bonis ⁊ malis: ſed de hominibus bonis ⁊ malis: ſimili ter non loquit de vera prudētia ſed de mala. Contra iſtā ſolu. arguitur. dioniſius in lib. de diuinis nōminib⁹ ait data ipſis dona nequaꝗ̄ muta di cimus: ſed ſunt integra ⁊ ſplendidiſ ſima. ſimiliter Iſidor⁹ de ſūmo bo no inquit: preuaricantes angeli etiā ſanctitate amiſſa ſenſum āgelice na ture non amiſerunt. ergo impoſſibi le eſt ꝙ angeli decipiātur circa pſitia Ad hanc replicam rñdetur negādo ꝯñam ⁊ rōne q꞉ demones ſunt mul tū curioſi ⁊ volunt iudicare de his q̄ non pertinēt ad eos nec eorꝝ natura lia dona ad talia ſe extēdūt: ideo fre quenter decipiūtur. Cōtra. quartā3 cōclu. arguitur ſic. quod eſt naturale eſt indelebile: ſed ſpūs ſunt innuate ⁊ concreate. ergo ſunt indelebiles: ⁊ per ꝯñs non poteſt cadere obliuio ī angelis. Hoc argumentū ſolū pbat ꝙ nō cadit obliuio primo modo mo tum probat quia cadat obliuiō ſecū do modo.

¶ Quinto queritur circa candē diſtinctionē: vtru3 demones certitu dinaliter poſſunt predicere futura. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum qd futurorum eſt triplex genus. Primum eſt illorum que habent cauſam determinatam et infallibilem: vel vti tempus eclip ſis lune vel ſolis: aut coniunctio ali quarum planetarum. Secundu3 eſt illorum que habent cauſam deter minatam: ſed fallibilem: vt quod bo nus aget: vel bona arbor det bonos fructus. Tertium genus eſt illorum que habent cauſam indeterminata3 ⁊ fallibilem: vt ſunt actus humani procedentes a voluntate humana. Iſto notato reſpondetur ad queſtio nem per tres cōcluſiones: quarum prima eſt iſta. Futura primi gene ris demones poſſunt predicere. iſta cōcluſio probatur. aſtrologi poſſunt talia futura predicere. ergo a fortio ri demones.

Secunda cōcluſio eſt iſta. futura ſe cundi generis demones nequeunt certitudinaliter predicere. iſta cōclu ſio probatur: quia neſciunt volunta tem domini dei: an dabit pluuiam tempore oportuno.

Tertia concluſio probatur. futura tertij generis demones nequeunt infallibiliter predicere. Iſta conclu ſio pat3. quia ſolus de⁹ pōt ſcrutari cogitationes ⁊ volitiones hominu3 iuxta illud Salomonis in. 9. ca. 5. li. regum. Jn ſolus deus noſti renes et

corda hominuum: ⁊ iuxta illud. Iere. Cor hominis inſcrutabile.17.

¶ Contra vltimã cõclu. arguitur ſic. nigromantici ⁊ docti a demonibus predicũt multa vera reſpectu actuum humanorũ. ergo a fortiori demones: aſis patet de multis bellis que dependent ex voluntate humana: ⁊ tamen nigromantici multotiens talia predixerunt. Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertẽduz ꝙ aureliꝰ augꝰ. in.3. lib. ſup geñ. ait ꝙ licet demones non poſſint certitudinalr̃ ꝑdicere futura: tamen frequẽter vera predicunt propter quatuor cauſas. Prima eſt propter ingenij acrimonij docet experientia qd̃ frequenter vir ingenioſus vaticinabat̃ quid alius cogitat: nimirum ergo ſi demonum qui longe maiorẽ habet ingenij acrimoniã talia cognoſcat. Secunda cauſa eſt propter multas experientias quas habet demon a 68. actiuis. Tertia eſt propter doloſam cautelam: nam illud quod ipſe intẽdit facere ſepenumero predicit. Quarta cauſa eſt aliena doctria: nã iuſto dei iudicio interdum permittitur aliquid adiſcere a bonis angelis et quia eſt cupidus proprie glorie: ideo talia predicit ac ſi ſciret a ſeipſo Ex iſtis patet ſolutio ad formaz argumenti.

¶ Sexto queritur circa eandez diſtin. vtrũ demones pñt producere aliquas formas. Pro huius.q. itelligentia eſt aduertendũ ꝙ in hac.q. nõ eſt ſermo de forma artificiali: nã clarum eſt ꝙ tales formas artificiales demon poteſt ꝑducere: nam põt facere ymagines ⁊ figuras ſicut homo indies facit qui eſt latomus vel pictor. Sed eſt ſermo in ꝑpoſito de forma naturali ⁊ ſubſtantiali. Vlterius eſt aduertendum ꝙ quidã phi vt anaxagoras ⁊ ſui ſequaces poſuerunt latitationẽ formaꝝ in materia ita ꝙ forma erat in materia ⁊ nõ apparebat: ſed hec opinio reputat̃ impoſſibilis in philoſo. naturali: nam tunc contraria eſſet in eodẽ ſubſtituto. Propterea eſt alia opinio phi aſtruentis ꝙ forme ſunt in potentia materie: quia ſunt in ipa materia rationes ſeminales ⁊ per actionẽ agẽtis naturalis educũtur tales forme in actu. Poſtremo eſt aduertenduz ꝙ titulus queſtionis poteſt intelligi de virtute propria demonum: ⁊ põt etiã intelligi de virtute aliena. Iſtis notatis ponũtur.2. conclu. rñſiue ad titulũ.q. quaꝝ prima eſt iſta. Demõ nullas formas naturales põt producere virtute propria. Iſta cõclu. ptz expreſſa auct̃e diui Aug. ipſam ponẽtis in.3. li. de trini. ⁊ ſup geñ. Scd̃a ꝯclu. eſt iſta. Demõ ꝟtute alena põt ꝑducere formas naturales ⁊ ſubſtãtiales. iſta ꝯclu. ꝑbat̃. demõ põt applicare actiua paſſiuis ſicut agricola ſeminãs triticũ q̃ virtute pluie ⁊ terre facit ꝑducere ſegetes. g̃ ꝯclu. ꝟa.

¶ Cõtra primã cõclu. arguitur ſic exo.7. habet̃: ꝙ ſapiẽtes ⁊ magi pharã. ⁊ malefici fecerũt ſimilr̃ ſicut moyſes: q2 verterũt virgas in ſerpẽtes ⁊ dracones: ⁊ iſti fuerũt iãnes ⁊ mãbres: vt expreſſe teſtat̃ apl̃s.2. ad thimo.3. cap. igit̃ cõclu. falſa. Inſuper alcumiſte vertunt cuprũ in auruz ⁊ plõbũ i argẽtũ. igit̃ ꝯclu. falſa

Pro huius argumēti ſolu. eſt aduertendum ꝙ aliqui dixerunt ꝙ ille virge non fuerunt verſe in veros ſerpētes: ſed ſolum ſcōm apparentiam. Alij dixerūt ꝙ demones loco virgarum poſuerunt ſerpentes: ⁊ ad iſtos duos modos videtur declinare dñs nicolaus de lira: ſed hoc eſt expreſſe contra textum ſacre pagine vt patꝫ intuenti: ⁊ cōtra diuū Augu. in li. 83. queſtionum. Propterea diu⁹ Tho. tenet in. 4. arti. 14. queſtionis ſupra 100. pⁱe partis: ꝙ tales virge realr̄ fuerunt verſe in veros ſerpentes: et hoc poteſt demō facile facere applicando rationes ſeminales: ideo conformiter ad diuum Tho. rñdetur ꝙ argumentū non eſt cōtra primā conclu. nam demones hoc fecerunt aliena virtute ⁊ non propria proportionabiliter rñdetur ad aliud. Et ſi arguas natura inferior demone poteſt tales formas naturales. ergo a fortiori demon poteſt eas producere: negatur ꝯña detur manifeſta inſtantia de aſino vel boue qui eſt inferior homine: ⁊ tamen homo non poteſt ꝓducere formas ſubſtātiales quas poteſt producere bos ⁊ aſinus.

¶ Septimo queritur circa eandem diſtinctionē: vtrū chriſticola poteſt vti licite miniſterio demonum. Pro hui⁹. q. intelligētia eſt aduertēdum ꝙ multipharia poteſt intelligi chriſticolū vti miniſterio demonum. Uno modo per imperiū ⁊ atione poteſtatꝭ tradite a dño deo. Scōo modo poteſt intelligi querendo auxiliū fauorē ⁊ conſilium. Iſto notato ponūtur. 2. cōclu. rñſiue ad titulum. q. quarꝫ prima eſt iſta. licꝫ bono chriſticolo vti miniſterio demonum primo modo. iſta ꝯclu. probatur. Diuus Iacobus vſus eſt: quō precepit demonibus vt ſibi adducerent hermogenem ligatū: ſimiliter ⁊ alij apl'i martyres ⁊ cōfeſſores: igitur cōclu. vera Scōa ꝯclu. eſt iſta. nō licet viro xp̄iano vti miniſterio demonū ſcōo mō. iſta ꝯclu. ꝓbatur. leuitici. 20. cap. precipitur occidi qui ſciſcitatur ariolos ⁊ magos. pari forma. 1. cap. 4. li. regū. reprehenditur rex Ochozias: q̄ miſit nūcio vt conſulerent Belzebuth deū hacharō. imo mortu⁹ fuit eo. preterea teſte apl'o nulla debet eſſe conuentio chriſti ad belial: igitur cōclu. vera.

¶ Contra iſtam vltimaꝫ cōclu. arguitur ſic. diuus Paulus vſus eſt miniſterio demonum: igitur cōclu. falſa. aña probatur. diuus paul⁹ tradebat incorrigibiles ſathane: vt ipſemet teſtatur. 1. ad cori. 5. cap. igit̄ diuus paulus vſus eſt miniſterio demonum. Ad hoc argumentuꝫ facile rñdetur ꝙ diu⁹ paulus illud agebat propter poteſtatē ſibi traditā a xp̄o Contra iſtaꝫ ſolu. arguit̄. licet bono xp̄iano accipere elemoſinā a demōe ſi ſit in extrema neceſſitate. ergo lꝫ vti miniſterio demonum citra imperiuꝫ. aña probat̄: licet chriſtiano exiſtenti in extrema neceſſitate accipere elemoſinam ab excōmunicato et ſciſmatico ⁊ heretico. ergo licet eidē xp̄iano exiſtenti in extrema neceſſitate accipere elemoſinā a demone. ꝯña tenet: q̄ non videtur potior rō de excommunicato ꝙ̄ de demone: ⁊ aña ptꝫ de boniſfacio ep̄o ⁊ martyre qui non reprehenditur qđ acceperit

elemoſinam ab hereticis ꝛ excōmunicatis. Ad hāc replicam rñdetur negando añs: ꝛ ad probationem negatur pñia: ꝛ ad probationē negatˀ añs ꝛ diſcrimen datur: qꝛ excōmunicatꝰ ſiſmaticus ꝛ hereticus nondum eſt membrū abſciſſū ꝗuis ſit putre: demon autem omnino eſt abſciſſus.
Contra iſtam ſolu. arguit. ſi bonus xp̄ianus perdat capam ſuā pōt eam querere a quocūq̄ ſi ſcit aliquid de capa ſua: ſed demō ſcit bene vbi eſt talis capa. ergo bonus xp̄ianus pōt querere a demone capam ſuam. Ad Ad hanc replicam rñdetur negando ꝙ poſſit querere a demone ratio eſt quia ꝗuis demon ſciat eſt tamē pater mendacij ꝛ generabit aliquā falſam opinionem: ratione cuius ſequetur aliqua diſſentia. Inſuper cōmunicatio cum demone eſt prohibita iure diuino ꝛ humano: idcirco non poſſumus recipere obſequium a demone: ꝗtumcūq̄ videatur nobis expediens.
¶ Scđo arguitur cōtra eandē pclu. licitum eſt vti characteribꝰ quibus vtuntur magi ꝛ arioli: igitͬ ſcđa cōclu. falſa: añs probatur vel tales characteres habent aliquam virtutem vel nullam. ſi primū ſequitur ꝙ licitum eſt vti eis: qꝛ virtus omnis eſt a deo. ſi ſcđm nihil fiet: ergo non inconuenit vti talibus characteribꝰ Ad hoc argumētū rñdetur negādo añs ꝛ ad probationē datur ſcđm: et negatur ꝙ nihil fiet: ratio eſt qꝛ demones nittūtur aſſimilari deo. ideo ipſimet operantur vt faciant credere tales characteres habere aliquā virtutem veluti habent verba ſacramentalia. Contra iſtam ſolu. arguitur. adminus ſequeretur ꝙ liceret viro ſancto qui vicit diabolū exigere ſeruicium ꝛ obſequium a demone. pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: talis demon eſt ſeruus talis viri ſancti teſte diuo Petro in pria canonica. ergo talis vir ſanctꝰ poteſt exigere obſequiū a demone. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelā ꝛ ad ꝓbationem negatur pñia: ratio eſt propter prohibitionem factā ꝗuis demon tentando non ꝛ maxime viros ſanctos ſeruiat eis. Et ſi ipſe non intendat ſeruire ſed ducere ad baratrum inferni.

Utrum āgeli omnes corporei ſint: quod quibuſdam viſum eſt quibus Auguſtinus conſentire videtur dicēs angelos omnes ante caſum habuiſſe corpora tenuia et ſpiritualia: ſed in caſu mutata in deterius malorum corpora: vt in eis poſſent pati.

Diſtinctio. VIII.


Olet etiam in queſtiōe verſari apd doctos vtrū angeli omnes boni .ſ. ac mali cor

porei ſint.i.corpora habeant ſibi vnita. Quod aliqui putant in-nitentes verbis auguſtini q̄ di-cere videtur ꝙ angeli omnes an-te confirmationē vel lapſum cor-pora aerea habuerint de puriori ac ſuperiore aeris parte formata ad faciendum habilia non ad pa-tiendum ⁊ angelis bonis qui p̄-ſtiterunt talia ſunt obſeruata cor-porea: vt in eis poſſint facere: et non pati: que tante ſunt tenuita-tis vt a mortalibus videri non valeant: niſi ſuperueſtita aliqua groſſiori forma qua aſſumpta vi-dētur: depoſitaq̄ȝ videri deſinūt. Angelis vero malis mutata ſūt in caſu corpora in deteriorē qua-litateȝ ſpiſſioris aeris. Sicut enī a loco digniori in inferiorem lo-cum.i.in caliginoſum aerem de-iecti ſunt: ita illa corpora tenuia mutata ſunt ⁊ transformata i de-teriora corpora ⁊ ſpiſſiora: in qui-bus pati poſſent in ſuperiori ele-mento.i.ab igne. Et hoc Aug. ſenſiſſe videtur ſuper Geñ. ita di-cens. Demones dicuntur aerea animalia qui corporum aereorū natura vigent nec per mortē diſ-ſoluūtur: quia preualet in eis ele-mentum aptius ad faciendum q̄ȝ ad patiendum. Ad patiendū enim humor ⁊ humus. Ad fa-ciendum aer ⁊ ignis aptitudinē prebēt. Transgreſſores vero an-geli cum principe ſuo nunc dia-bolo tunc archangelo: non mirū ſi poſt peccatuȝ in hanc caliginē detruſi ſunt: neq̄ȝ etiam hoc mi-rum eſt ſi conuerſi ſunt ex pena in aeream qualitatem qua poſ-ſunt ab igne pati. Caliginoſa ta-men aeris tenere tantum permiſ-ſi ſunt qui eis quaſi carcer ſit vſ-q̄ȝ ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Auguſtinus ita tradere ꝙ quidam opinantur de corporibus angelorūȝ. Hoc au-tem eum alij dixiſſe aſtruunt nō ita ſentiendo: ſed opinionem alio-rum referendo: quod ex ipſi' ver-bis diiudicare volunt: quib' ait. Demones dicuntur aerea ani-malia non ait ſunt: ita enim qui-dam dicebāt. De habitatiōe ve-ro caliginoſi aeris in quē detruſi ſunt non opinādo: ſed rei verita-tem aſſerendo eum tradidiſſe di-cunt quod ipſius locutionis di-ſtinctio oſtendit. Dicunt quoq̄ȝ plurimos catholicos tractatores in hoc conueniſſe atq̄ȝ id concor-diter docuiſſe ꝙ angeli incorpo-rei ſint: nec corpora habent ſibi vnita. Aſſumunt autem aliquā-do corpora deo preparante ad impletionem miniſterij ſui ſibi a

deo iniuncti: eademq; poſt expletionem deponunt: in quibus corporibus hominib⁹ apparuerũt atq; locuti ſunt. Et aliquando quidez locuti ſunt ex perſona dei ſine diſtinctione alicuius perſone. Aliquãdo ex perſona patris vel filij ſiue ſpũſſancti.

Quod deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

¶ Nec dubitandum eſt deum in corporalib⁹ formis apparuiſſe hominibus: ſicut Auguſtin⁹ in.ij.lib.de trinit.oſtendit conferens diuerſa ſcripture teſtimonia ex quibus deum in corporeis figuris hominibus apparuiſſe ꝓbat: et aliquando ex perſona dei ſine diſtinctione: aliquando ſub diſtinctione perſonarum ſermonem eis factum eſſe.

De perplexa queſtione quã ponit Auguſtinus querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua ſit formata an angeli qui ante erant miſſi: et ſi ipſi miſſi ſunt: vtrum ſeruata ſui ſpiritualis corpis qualitate aliquam ſpeciem corporalez de corpulentiori materia aſſumpſerint: an proprium corpus ſuum mutauerint in ſpeciez actioni ſue aptam.

¶ Sed vbi deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuiſſe aſſerit perplexam queſtionem proponit quam nec abſoluit querens: vtrum in illis corporalibus apparitionibus: creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum in qua de⁹ hominibus apparet: an angeli qui ante erant ita mitterentur vt manentes in ſuis ſpiritalibus corporibus aſſumerent ex corpulenta inferiorum elementorum materia aliquam ſpeciem corporalem quam coaptatam quaſi aliquaz veſtem mutarent in quaſlibz ſpecies corporales veras quidem: an corp⁹ ſuũ propriũ verterẽt in ſpecies aptas actionib⁹ ſuis per

virtutem ſibi a deo datam. Ait enim ita Auguſtinus in.iij. lib. de trinitate. Querendum eſt in illis antiquis corporalibus formis et viſis: vtrum ad hoc opus tantum creatura formata ſit in qua deus ſicut tunc oportuiſſe indicauit humanis oſtenderetur aſpectibus: an angeli qui iã erãt ita mittebãtur: vt ex perſona dei loquerentur aſſumentes corporalem ſpeciem de creatura corporea in vſum miniſterij ſui: aut ipſum corpus ſuum cui non ſubduntur: ſed ſubditum regũt mutantes atque vertentes in ſpecies quas vellent accomodatas atque aptas actionibus ſuis ſecundum attributam a creatore ſibi potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis mee: vtrum angeli manente ſpirituali ſui corporis qualitate: per hanc occultius operantes aſſumant ex inferioribus elementis corpulentioribus quod ſibi coaptatum quaſi aliquam veſtem mutent et vertent in quaſlibet ſpecies corporales et ipſas veras: ſicut aqua vera in vinum verum conuerſa eſt a domino. An ipſa propria corpora et ſua transforment in id quod volunt accommodatum ad id quod agunt. Sed quod horum ſit quoniam homo ſum: nullo experimẽto comprehẽdere valeo: ſicut angeli qui hoc agunt. Attende lector quia queſtionem propoſitam non ſoluit: ſed indiſcuſſam relinquit: vtrum angeli qui mittebãtur ſeruatis ſuis proprijs ſpiritalibus corporibus ſuperueſtirentur aliqua corpulentiori ſpecie in qua poſſent videri: an ipſum corpus mutarent et transformarent in quamcunque vellent ſpeciem ĩ qua poſſent cerni. In quibus verbis videtur Auguſtinus atteſtari angelos eſſe corporeos ac propria ac ſpiritualia habere corpora.

Quod deus in ſpecie qua eſt deus nunquam mortalibus apparuit.

¶ Ceterum hec velut nimis profunda atque obſcura relinquẽtes illud indubitanter teneamus: quod deus in ſpecie eſſentie ſue nunquam mortalibus apparuit: ſicut famulo ſuo moyſi dicit. Non videbit me homo et viuet. Et in euangelio Joan. legitur. Deum nemo vidit vnquam. Viſibile enim quicquam non eſt quod non ſit mutabile. Ideo ſubſtantia ſiue eſſentia dei quoniam nullo modo mutabilis eſt: nullo modo per ſeipam

viſibilis eſt. Proinde illo omnia que patribus viſa ſunt cum deꝰ illis preſentaretur: per creaturaꝫ facta manifeſtum eſt. Et ſi nos latet quomodo ea miniſtris angelis fecerit deus per angelos tamen facta eſſe dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere nec deuꝫ patrem: nec verbuꝫ eius: nec ſpiritum eius qui eſt vnus deus: ꝑ id quod eſt atqꝫ idipſum eſt vllo modo eſſe mutabileꝫ: ac per hoc multominus eſſe viſibilē.

Utrum demones intrēt corpora hominum ſubſtantialiter: an illabantur mentibus hominum.

¶ Illud etiam conſideratione digniſſimum videtur: vtrum demones ſiue corporei ſiue incorporei ſint hominum ſubſtantialiter intrent corpora: eorumqꝫ animabus illabantur: an ideo intrare dicantur: quia malicie ſue ibi effectum exercent dei permiſſione opprimendo atqꝫ vexādo eas: vel in peccatum pro voluntate ſua retrahendo. Quod ī homines introeant atqꝫ ab eis expulſi exeant euangelium aperte declarat commemorans demonia in quoſdam ingreſſa: et per chriſtum eiecta: ſed vtrum ſecundum ſubſtantiam fuerint ingreſſa: an propter malieffectum dicantur ingreſſa: non adeo perſpicuum eſt. De hoc autem Gennadius in diffinitionibus eccleſiaſticorum dogmatum ait. Demones per energiam operationem non credimus ſubſtantialiter illabi anime: ſed applicatione ⁊ oppreſſe vniri. Illabi autem menti illi ſoli poſſibile eſt qui creauit: qui natura ſubſiſtens incorporeus capabilis eſt ſue facture Ecce hic videtur iſinuari ꝙ ſubſtantialiter non illabantur demones vel introeant corda hominū Beda quoqꝫ ſuper illum locum Actuū apoſtoloruꝫ vbi Petrꝰ ait ananie. Cur tentauit ſathanas cor tuum dicit. Notanduꝫ ꝙ menteꝫ hominis iuxta ſubſtātiaꝫ nihil implere poſſit: niſi creatrix trinitas: qꝛ tantummodo ſecundum operationem ⁊ volūtatis inſtinctum anima de his que ſunt creata impletur. Implet vero ſathanas cor alicuius: nō quidem ingrediens in eum et in ſenſum eius: neqꝫ introiens adituꝫ cordis: ſi quid eſt poteſtas hec ſolius dei eſt: ſed callida et fraudulenta deceptione animam in effectum malicie trahens per cogitationes ⁊ incentiua vitiorum.

quibus plenus eſt. Jmpleuit ergo ſathanas cor ananie non intrando: ſed malicie ſue vires inſerendo. Jdem ſpiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulſus: doctoribus veritatis venenum perſecutionis infundit. His auctoritatibus oſtenditur ꝙ demones nō ſubſtantialiter intrant corda hominum: ſed propter malicie effectum: de quibus pelli dicuntur cum nocere non ſinuntur.

Circa octauā diſtinctionē querittur primo: vtrū oēs āgeli ſint icorporei. Pro huius. q. itelligentia ē aduertendū ꝙ saducei: vt habetur actuū. 23. ca. negabant reſurrectionem: negabāt inſuper angelos aut ſpūs eſſe: phariſei vero omnium iſtorū tenebāt oppoſitū confitebant reſurrectionem futuram ⁊ angelos ⁊ demones: ⁊c. de alijs ſpiritibus. Pari forma ante magiſtrū ſententiarum erat magna digladiatio: an angeli erāt corporei ſed a tēpore magiſtri oēs doctores catholici tenent partem affirmatiuā queſtionis: quequidē rñſio probat auct. ſaluatoris marci. 5. ca. dicentis exi ſpūs inuidie. Pari forma Mat. 12. et luce. 11. idē ſaluatoꝛ noſter vocat diabolum inuidū ſpūm dicens. Quum inuidus ſpūs exierit ab homine ambulat per loca arida ⁊c. ptꝫ etiam aucte pſal. 103. dicentis. Qui facit angelos ſuos ſpūs. patet inſuper aucte diui dioniſij in. 4. ca. de diuinis nominibus dicētis: ꝙ ſicut angeli incorporales intelligūtur: ita ⁊ imateriales. patet etiā aucte damaſceni dicentis: ꝙ angelus eſt ſubſtantia intelligibilis ⁊ icorporea. Ratione probatur etiā iſta rñſio. modicū corpus obſidetur interdum a legiōe demonum que continet. 6666. vt habetur marci. 5. ⁊ luce. 8. ⁊ talis obſidio non poſſet fieri in corpore modico: niſi demones eſſent incorporei. ergo rñſio vera.

¶ Contra iſtam reſponſionem arguitur auctoritatibus. Prima eſt origenis in lib. periarcō dicentis. ſolius dei. i. patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti nature illud propriū eſt vt ſine materiali ſubſtantia ⁊ abſqꝫ vlla corporee adiectiōis ſocietate intelligatur exiſtere. Ad hāc aucte rñdet diuus Tho. ꝙ origenes loquutus eſt in ſequēdo opiniones philoſophorum: idcirco multotiēs fuit deceptus. Scđa auctoritas eſt diui Ambroſij in lib. de ſpūſctō dicentis. Omnis creatura certis ſue nature limitibus circūſcripta eſt: ſed circūſcribi eſt proprium corporum: igitur angeli ſunt corporei. Ad hanc aucte rñdetur ꝙ diuus ambro. capit ly circūſcripta: vt tātū valet ſicut terminata. Tertia aucteas eſt diui augu. in. 8. li. de ciuitate dei dicētis demones eſſe animalia mente rationalia corpore aerea: idē dicit

ſuper geñ.ꝛ in libris de trinitate:et
in libro de eccleſiaſticis dogmatis.
Ad iſtam auctem Augu. rñdetur ꝙ
diu⁹ aug⁹. non loquutus eſt reſoluto
rie:ſed dubitatiue ſeu opinatiue.
Quarta auctas eſt diui Gregorij in
omelia epyphanie dicẽtis iudeis tã
ꝙ ratione vtẽtibus rationale aial.i.
angelus nunciare debuit. Ad hanc
auctem facile rñdetur ꝙ diuus Gre
gorius loquitur metaphorice: ita ꝙ
per quandã ſimilitudinẽ vocat ange
los animalia rationalia. Quinta au
ctoritas eſt diui Bernardi ſuper cã-
tica omelias dicẽtis: liquet oẽm ſpi-
ritũ creatũ corporeo ĩdigeroſo latio
Ad hoc facile rñdetur ꝙ intelligit di
u⁹ Ber. propter noſtrũ miniſteriuꝫ.
Sexta auctas eſt damaſceni inquiẽ
tis: ꝙ angelus incorporeus ꝛ imma
terialis dicit̃ quoad nos: ſed cõpara
tus ad deũ corporeus ꝛ materialis
inuenitur. Ad hanc auctem rñdet̃ ꝙ
hoc ꝓuenit propter ſummã ſimplici
tatẽ dei ſicut luna ꝗuis ſit lucida: in
pñtia tñ ſolis nulli⁹ luminis eſſe vr̃.

❡ Queritur ſcđo circa eandem
diſtin. vtrũ angeli aſſumunt corpa:
ꝛ in eis exercẽt opera vite. Pro hu-
ius.q. intelligentia eſt aduertẽdũ ꝙ
aliqui heretici dixerũt ꝙ angeli nun
ꝙ aſſumpſerũt corpora ſed oĩa que
legunt̃ in ſacra pagina de appariti0
nib⁹ angeloꝝ fuerũt imaginatiões
ſed hec opinio eſt heretica: nã illð ꝙ
videt̃ per imaginationẽ non videtur
ab oĩbus: modo angeli qui apparue
re abrahe viſi fuerũt a famulis ipſi
us: ꝛ loth ꝛ vxore ꝛ filiis ꝛ ſodomitis
qui circũdederũt domũ ipſius loth:
vt ipſos angelos caperent. Pari for

ma raphael viſus eſt a thobia ꝛ vxõ
re ꝛ filio eius ꝛ ſarra ꝛ multis alijs.
Alterius eſt aduertendũ ꝙ quedaꝫ
ſunt opa viuentiũ cõmunia cũ alijs
vt moueri loqui ꝛc. Alia vero ſunt ꝓ
pria viuẽtiũ vt cõmedere bibere nu
triri ꝛc. Iſtis notatis rñdet̃ per tres
cõclu. ad titulũ.q. quaꝝ prima ẽ iſta
Angeli ſiue boni ſiue mali aſſumũt
corpora. iſta ꝯclu. patet expreſſa au-
cte diui augu. in.15.li. de ciuitate dei
ipſam expreſſe ponẽtis. Scđa ꝯclu.
eſt iſta. angeli poſſunt exercere opa
vite cõmunia alijs. iſta ꝯclu. patꝫ qꝛ
angeli mouẽtur cũ corporibus aſſũ
ptis: ꝛ formãt voces: vt patꝫ legenti
geneſim ꝛ libros regũ ꝛ prophetas
Tertia ꝯclu. eſt iſta. nulli angeli pñt
exercere ꝓpria opera vite. iſta ꝯclu.
ꝓbat̃ aucte raphaelis Thobie.12. di
cẽtis. Videbar quidẽ vobiſcũ mãdu
care ꝛ bibere: ſed ego cibo inuiſibili
ꝛ potu q̃ ab hoib⁹ videri nõ põt vtor
ꝛ rõne ꝓbat̃ ſic eadẽ ꝯclu. angel⁹ nõ
põt viuificare corp⁹. ꝑ nequit exer-
cere opera vite.

❡ Cõtra primã cõclu. arguitur
ſic. aĩa rõnalis ſepata nõ pt aſſumere
corp⁹. ꝑ neq3 ang⁹ pt aſſu. corp⁹ ꝯña
ꝓbr̃. maiorẽ ꝯueniẽtiã h3 aĩa cũ ipo
corpe ꝙ ang⁹. ꝑ ſi aĩa neq̃t aſſume-
re corp⁹: ang⁹ nõ pt aſſumere corp⁹
Ad hoc argu. rñdet̃ negãdo ꝯñam ꝛ
ad ꝓbationẽ negat̃ iteꝝ ꝯña: rõ ẽ qꝛ
ang⁹ hẽt maiorẽ potẽtiã ꝙ aĩa: iõ pt
formare corp⁹ ꝛ nõ aĩa. Cõtra iſtã
ſolu. argr̃: aut ꝯpetit ãgelo hẽre cor
p⁹: aut nõ ꝯpetit: ſi pmũ ſeq̃t̃ ꝙ ext̃
corp⁹ nõ h3 eẽ ꝯpletũ: ſi.2. ſeq̃t̃ ꝙ nõ
ẽ pfecte aut nõ h3 eẽ pfectũ i tali cor
pore. ꝑ ang⁹ nõ pt aſſumere corp⁹.

Ad hanc replicã rñdetur ꝙ angelõ competit habere corpus ſcdm ſuum velle ⁊ non ſcdm ſuum eſſe completum: idcirco non ſequitur ꝙ non habeat eſſe completum extra corpus. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur. ſi angelus aſſumeret aliquod corpus ſequeretur ꝙ eſſet aliqua vnio inter ipſũ angelum ⁊ corp⁹. ꝯñs eſt falſuꝫ: igitur falſitas ꝯñtis probatur: ſequeretur ꝙ reſultaret aliquod compoſitũ naturale ſine anima ꝯñs eſt falſuꝫ: igitur. Ad hanc replicã rñdetur cõcedẽdo ſequelã ⁊ negando minorẽ: et ad probationem negatur iteꝝ ſequela: ⁊ ratio eſt: quia angel⁹ eſt in tali corpore ſicut locatum in loco: vel ſicut habens veſtem aut aliquod inſtrumentum. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur ſuperfluũ eſt angelos aſſumere corpora. ergo angeli ſaltem boni nõ aſſumunt corpora. añs probatur: angeli non indigẽt corporib⁹ aſſumptis ergo ſuperfluũ eſt angelos aſſumere corpora. Ad hanc replicã rñdetur negando añs: ⁊ ad probationẽ diſtinguitur añs: vł quoad nos: ⁊ ſic negatur illud: vel reſpectu ipſoꝝ: ⁊ ſic cõceditur illud ⁊ negatur ꝯñs.

¶ Scdo arguitur ſic. ſi angelus aſſumeret corpus: vel aſſumeret de terra vel aqua aere vel igni nullum iſtoꝝ eſt dicendũ: igitur non poteſt aſſumere corpus ꝙ non aſſumat de terra: patet: q2 tunc eſſet ponderoſũ nimis tale corpus: ⁊ eodẽ modo probatur ꝙ non aſſumat de aqua: nam etiam eſſet nimis ponderoſuꝫ ⁊ fluidum: ꝙ non aſſumat de igne pꝫ: q2 tunc cõbureret homines ſibi proximos: ꝙ non aſſumat de aere pꝫ: q2 aer non eſt colorabilis aut figurabilis: igitur nullũ corpus poteſt angelus aſſumere. Ad hoc argumentum cõmuniter rñdent doctores ꝙ angeli aſſumunt corpora de aere: ⁊ ad pbationẽ dicitur ꝙ q̃uis aer in ſua raritate ſit incolorabilis ⁊ infigurabilis: nihilominus ſi cõdẽſetur poteſt colorari ⁊ figurari: ⁊ non eſt credenduꝫ ꝙ ex ſolo aere angelus aſſumat corpus: ſed magis capit de aere: q̃ de aliquo alio elemento: ⁊ põt etiaꝫ aſſumere de terra ⁊ de aqua ⁊ grauitas non reſiſtet bono angelo: quin poſſit mouere tale corpus ad nutuꝫ ſuum ſicut fecit ille bonus angelus qui tullit per crines prophetã Abacuc ad locum leonum: in quo erat daniel: ⁊ per hoc ſoluitur replica que poſſet fieri ad probandum ꝙ angelus moueret tale corpus cum difficultate. ¶ Contra iſtã ſolu. arguit. angelus aſſumit corp⁹ celeſte. ergo nõ accipit corpus elemẽtare. añs pbat angelus eſt de natura lucis. ergo potius debet aſſumere corpus celeſte q̃ corpus elementale. añs patet: q2 quilibet angelus ſaltem bonus magis lucet q̃ ſol. Ad hanc replicã rñdetur negando añs: ⁊ ad pbationeꝫ negatur ꝯñs ⁊ ratio eſt: q2 celũ eſt incorruptibile. Et ſi arguas q2 quedã gloſa. ſup. 18. caput geneſeos inquit ꝙ illi angeli apparuerunt Abrahe: aſſumpſerunt corpora celeſtia. Alia eſt propter ꝙ gloſa itelligitur de aere: quo ſepenumero vocatur eter ſiue celum.

¶ Tertio arguitur ſic. ſi angel⁹ aſſumeret corpus: vel tale corp⁹ eſt humanũ vel non eſſet humanũ: nul

lum horũ eſt dicendũ: igitur q̃ nõn poſſit dari primus patet: q2 tale corpus non habet animam rationalem quã angelus nequit ea3 producere: q̃ non poſſit dari ſcdm pt3: ſequeretur q̃ angelus bonus deciperet ſanctos viros p̃ñs eſt abſurdum: igitur ſequela probatur. ſancti viri quibus boni angeli apparent credunt talia corpora eſſe humana ⁊ non ſunt: ergo ſancti viri decipiunt ab angelis bonis. Ad hoc argumentũ r̃ndet̃ dãdo ſcdm: ⁊ ad probatione3 negatur ſequela: ⁊ ad probationẽ negat̃ p̃ña ratio eſt: q2 angeli boni nõ aſſumũt corpora vt ſancti viri credant talia corpora eſſe humana: ſed vt familiarius cõmunicent cum ipſis viris ſanctis. Contra iſtam ſolutionẽ arguit̃ angelus poteſt producere corp9 ſerpentis bouis ⁊ leonis ⁊c. ergo põt producere humanũ corpus p̃ña tenet: q2 nõ videtur potior ratio de corpore bruti q̃ de corpore humano. Ad hanc replica3 r̃ndetur negando p̃ñam: ⁊ ad probationẽ negatur q̃d non ſit potior ratio: imo magnũ eſt diſcrimen: nam anima rationalis a ſolo deo poteſt p̱duci: alie vero anĩe producũtur per rationes ſeminales idcirco angeli non virtute propria: ſed aliena applicando actiua paſſiuis poſſunt producere animas irrationales ⁊ brutorum corpora.

¶ Contra tertiam cõclu. arguitur ſic. angeli comederunt: ⁊ comeſtio eſt operatio vite: igitur angeli poſſunt exercere op̃a vite maior pt3 nam expreſſe habet̃ geñ. 18. q̃ Abraham obtulit cibaria trib9 angelis q̃ comederunt ea. Ad hoc argumentũ r̃ndetur negando maiorẽ: ⁊ ad p̱bationẽ dicit̃ q̃ non capitur comedere proprie ſed ĩproprie ⁊ large: na3 expreſſe raphael: vt allegatũ eſt in prima queſtione huius diſtinctiõis aſſerit q̃ videbatur comedere non tamẽ comedebat: nam ad comeſtionẽ proprie requiritur deſcenſus cibi ad ſtomachũ: ⁊ q̃ fiat alteratio in ore ⁊ in ſtomacho: modo angelus neq̃ hab3 os neq̃ ventrem neq̃ ſtomachum. Contra iſtã ſolu. arguitur. ſequeret̃ q̃ iſti tres angeli decepiſſent Abrabam: p̃ñs eſt falſum: igitur ſequela patet. Abrahã credebat tales angelos comedere. ergo tales angeli deceperunt Abrahã. Ad hanc replica3 r̃ndetur negando ſequelã: ⁊ ad p̱bationem negat̃ p̃ña: nam non erat intenſio angelorũ decipere Abraham ſed ei ſignificare euertionem Sodome ⁊ gomorre. Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeret̃ q̃ ſaluator noſter non ſufficienter probaſſet ſuã reſurrectionem: p̃ñs eſt abſurdum: igitur ſequela p̱batur. ſenſus humani decipiuntur circa angelos in manducatiõne. ergo etiam fuerunt decepti in manducatiõe xp̃i poſt reſurrectionẽ Ad hanc replicam r̃ndetur negãdo ſequelam: ⁊ ad probationẽ negatur p̃ña: ratio eſt: q2 nõn ſolum per manducationem: ſed multis alijs argumentis ſaluator noſter probauit ſuã reſurrectionem vt egregie teſtat̃ diuus lucas in primo capite Actuum apoſtolorum.

¶ Secũdo arguitur contra eãdem p̃clu. angelus dat motum corpori aſſumpto. ergo dat ei ſenſum: p̃ña tenet: q2 teſte p̃ho in lib. de aĩa

idem eſt principiū ſenſus ⁊ motus.
Ad hoc argumentū rñdetur negan-
do ↄñam:⁊ ad probationē dicitur ꝙ
phs ſolum procedit de anima:ita ꝙ
vult dicere ꝙ eadem anima eſt prin
cipium mot° ⁊ ſenſus. Et ſi arguas
angelus aſſumit corpus humanus
organa apta ad motum : ergo aſſu-
mit corpus humanus organa apta
ad ſenſum. negatur ↄña:et diſcrimē
eſt:q2 nullū requiritur organum ad
mouendum in ipſo corpore aſſum-
pto. Contra iſtā ſolu. arguitur. ange
lus videt ridet audit loquitur in cor-
pore aſſumpto: ergo angelus aſſu-
mit corpus habens organa apta ad
ſenſum. Ad hanc replicā rñdetur ne
gando añs pro qualibet parte intel
ligendo per corpus aſſumptum: et
capiendo loqutionē proprie:ſed be-
ne verum eſt ꝙ angelus format ſo-
num ſimilem voci:⁊ ideo conceditur
interdum ꝙ angelus loquitur. Con
tra iſtam ſolu. arguit Joſephus ſu-
per illud geñ. 6. ca. videntes filij dei
filias hominū ꝙ eſſet pulchre aſſe-
rit ꝙ demones genuerunt gigan-
tes. ſimiliter omnes britani credūt
ꝙ merlinus fuit genitus a demone
igitur demones habēt corpora apta
ad ſenſum:⁊ in eis exercēt opera vi
te. Pro hui° replice ſolu. eſt aduer-
tendū ꝙ aliqui negāt demones poſ
ſe fieri incubos ⁊ ſuccubos: ſ3 vt Au
guſt. teſtatur in. 23. ca. 15. lib. de ciui-
tate dei imprudētia eſt talia negare
nam demon poteſt aſſumere mulie-
bre corpus ⁊ congredi cū viro ⁊ reci
pere ſemen ipſius. imo duoꝝ ⁊ triū
viroꝝ:⁊ deinde poteſt aſſumere cor
pus virile ⁊ congredi cū muliere et
emittere illa tria ſemina: ex quibus
generabitur vnus magnus homo:
imo ita creditur ꝙ fecerūt demones
ante diluuium: ita ꝙ prius fuerunt
ſuccubi:⁊ deinde incubi:⁊ ſic produ-
xerunt gigantes. Pari forma gloſa
ordina. ſuper cap. allegatū aſſerit:
non eſt incredibile a quibuſdam de-
monibus qui mulieribus ſunt incu-
bi huiuſmodi homines. ſ. gigantes
eſſe procreatos. Propterea admiſ-
ſo ꝙ demones prius ſint ſuccubi po
ſtea incubi:⁊ ꝙ producantur gigan-
tes vel fanni vel homines ſilueſtres
non tamē demones generant huiuſ
modi viros:ſed potius illi viri a qui
bus talia ſemina fuere deciſe: idcir-
co tales homines non debent dici fi
lij demonū:ſed filij illorū virorū a
quibus talia ſemina fuere deciſſa.

¶ Queritur tertio circa eande3
diſtinctionē: vtrū demones poſſint
habitare corpora humana ⁊ ipſoru3
animabus illabi ac ſenſibus huma-
nis illudere. Pro huius queſtionis
enodatione eſt aduertendū ꝙ illabi
ſcđm Bonauēturā ⁊ richardū ⁊ ali-
os doctores eſt eſſe intimū alicui et
intime operari in illo. Vlterius eſt
aduertendū ꝙ eadem eſt differētia
inter errorē deluſionē ⁊ preſtigium:
nam error eſt iudiciū falſū : deluſio
vel illuſio eſt iudiciū falſū ꝓueniēs
ex variatione circa obiectū potētia3
vel mediū. Preſtigiū aūt eſt delu-
ſio demonis quequidem deluſio po
teſt triphariā fieri. Primo mō oſtē-
dendo preſens omne quod non eſt:
ſc3 offerendo ſpēs obiecti abſentis.
Scđo modo oſtendendo obiectum

aliter ꝙ̄ eſt: nam demõ poteſt varia
re obiectũ per appoſitionẽ aliquarũ
virtutũ naturalium ſicut cõtingit ex
poſitione candele ꝛ diſpoſitione pa
learũ que videbũtur eſſe ſerpẽtes:
pari forma cũ aliquibus vnguẽtis ꝛ
pulueribus ꝛ virtutibꝰ rerũ natura-
liũ pñt fieri mirabilia que oĩa egre-
gie nouerunt demones. Tertio mõ
abſcondendo qđ eſt preſens: et hoc
poteſt facere demõ ponẽdo obſtacu
lum ꝛ ipediẽdo ne ſpecies veniãt ad
ſenſuꝫ. Ex iſtis ſequitur ꝙ oẽ preſti
gium eſt deluſio ꝛ error: ſimilr oĩs
deluſio eſt error: ſed non omnis er-
ror eſt deluſio: nec omnis deluſio eſt
preſtigium.

¶ Iſtis notatis rñdetur ad queſtio-
nẽ per tres ↄclu. quaꝝ prima eſt iſta
Demones pñt habitare corpa hũa-
na. iſta ↄclu. ꝓbatur: ꝙ̄uis pateat au
ctoritatibꝰ in pria. q. huius diſtin. ci
tatis rõne. Demones ꝓpter coꝝ ſub
tilitatẽ pñt quecũqꝫ corpa penetrare
ꝛ in eis ſine obſtaculo ſubſiſtere: ꝛ ſi
eis permittiꝛ a dño deo pñt mouere
ꝛ conturbare ꝛ vexare talia corpora
rõne poteſtatis cui nulla ptãs eſt ſu
pra terrã que cõpareꝛ ei Iob penul
timo cap. ergo ↄclu. vera. Scđa con
clu. eſt iſta. Demones nequeunt illa
bi aĩabus hoĩm. iſta cõclu. probatur
Demones nõ pñt intime operari in
aĩas hoĩm. ergo demones nequeũt
ipſis illabi. Tertia ↄclu. eſt iſta. De
mones pñt illudere ſenſibꝰ hũanis
Iſta ↄclu. ptꝫ aucte Aurelij auguſt.
li. 18. ca. de ſpũ ꝛ litera et. 18. cap. 18.
li. de ciuitate dei ptꝫ preterea de fo-
cijs vlixis ꝛ in vitis patrum.

¶ Cõtra primã cõclu. arguitur
aucte Bede quã citat magiſter i pñ
ti diſtin. iquit Beda: ꝙ ſathanas nõ
ingrediꝛ cor alicuius. Sꝫ ad hãc au
ctem facile rñdet magiſter ꝙ Beda
intelligit de ingreſſu per intimã ope
rationem: non aũt intelligit de igreſ
ſu per pñtiam actualẽ: ꝛ ſi dicas aĩa
vnitur corpori vt motor. ergo ipoſ-
ſibile eſt ꝙ demon vniatur eidẽ cor-
pori vt motor. negatur ↄña: nam nõ
inconuenit ꝙ idẽ corpꝰ moueaꝛ ab
anima ꝛ demone ꝙ̄uis demõ nõ ſit
perfectio talis corporis: ꝛ anima ſit
perfectio ipſius.

¶ Contra ſcđam cõclu. argui-
tur ſic. Chriſtꝰ põt illabi anie. ergo
demon poteſt illabi. ↄña probatur
gloſa ſup illud luce. 4. Ecce ergo ha
bens demoniũ ꝛc. inquit intrauerat
diabolus vnde exierat xp̃s: ſed xp̃s
non exierat de corpore ſed de ſpũ.
ergo diabolꝰ ſubintrauit ſpũm. Ad
hoc argumẽtũ rñdetur negãdo ↄñaꝫ
ꝛ ad ꝓbationẽ diciꝛ ꝙ illa gloſa non
intelligitur de ingreſſu per intimaꝫ
operationem: ſed per actualem pre
ſentiam. Et ſi dicas demon ſecũdũ
ſe totum applicaꝛ anime quia eſt im
partibilis. ergo illabitur anime: ne-
gatur etiã ↄña: ſed bene infertur ex
illo añcedẽte ꝙ eſt in eodem loco cũ
anima. Contra iſtam ſolutionem ar
guitur. Demon intime operatur in
animam: ergo illabitur anime: añce
dens probatur in agẽtibus corpora
libus agens influit virtutẽ paſſo vſ
qꝫ ad intimum. ergo in agentibus
ſpiritualibus agens ſpirituale iñuit
vſqꝫ ad intimum: ↄſequentia tenet:
quia talis eſt ordo in agentibus ſpi
ritualibus qualis eſt in corporalibꝰ.

Ad hanc replicaz rñdetur negandõ
añs: ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña: ⁊
ad probationẽ dico ꝙ non eſt oĩmo
da ſimilitudo: imo lata eſt differẽtia
inter agens ſpũale ⁊ agens corpale:
ſimiliter inter paſſum corporale et
paſſum ſpũale. ¶Contra iſtã ſolu. ar-
guitur. ſicut homo efficit templum
dei per grãm: ita efficitur tẽplũ dia-
boli ꝑ pctũm: ſed oĩno vbi erat grã
eſt pctũm. ergo ſi deus illabitur aĩe
per grãm: demon etiã illabitur anĩe
per peccatũ. Ad hãc replicã rñdetur
negando ꝯñam: ⁊ ratio eſt: q2 gratia
totaliter producit a deo: peccatũ ve
roꝫ humanũ non producit a demone
¶Contra iſtã ſolu. arguit. demon põt
imittere malas cogitationes. ergo
demon põt illabi aĩe. añs ptz aucte
Joan. 14. dicẽtis. Quũ diabolus mi
ſiſſet in cor vt traderet eũ iudas. Si
militer Grego. in lib. moraliũ inqt.
Maligni ſpũs in cordib⁹ maligno-
rum nõ deſiſtũt cogitationes imitte
re. Pari iure Beda ait: ꝙ diabolus
non eſt ſolũ imiſſor malaruꝫ cogita
tionũ: ſed etiã inſenſor. ⁊ Damaſce.
in. 2. lib. inquit: ꝙ omnis malicia et
immũde paſſiones ex demonib⁹ ex
cogitate ſunt: ⁊ imittere homini ſũt
cõceſſe. Ad hanc replicã rñdetur ne
gando añs: ⁊ ad ꝓbationem dico ꝙ
oẽs ille auctates intelligũtur incita
tiue: ⁊ nõ cauſaliter ⁊ effectiue: ⁊ hoc
oportet ad hoc ꝙ demõ illaberetur
anime.

¶Cõtra tertiã cõclu. arguitur
ſic. ſenſus particularis non errat cir
ca propriũ obiectũ teſte pħo in li. de
ſenſu ⁊ ſenſato. ergo impoſſibile eſt
ꝙ demones illudãt ſenſibus huma-
nis. Ad hõc argumẽtum rñdetur ꝙ
pħus intelligit quantũ eſt ex natura
ipſius ſenſus ſi ſit bñ diſpoſitus: et
non intelligitur vniuerſaliter. ¶Con-
tra iſtaꝫ ſolu. arguitur: quãdo diabo
lus facit apparere leonẽ aut aſinum
qui nõ eſt neceſſariũ ẽ ꝙ faciat ſimi-
litudinẽ talis aĩalis in oculo: ſed ta-
lis ſimilitudo nequit generari niſi a
tali aĩali. ergo ĩplicat ꝙ demõ faciat
nos videre leonẽ aut aſinũ qui non
eſt. Ad hanc replicã rñdetur negãdo
minorẽ: imo talis ſimilitudo genera
tur ab ſpecie quam offert demon ip
ſi oculo. ¶Et ſi queras quomõ demõ
facit hominem apparere aſinum vl'
caprã. Reſpondetur ꝙ hoc facit im
pediẽdo ꝙ ſpecies hominis veniãt
ad oculos noſtros: ⁊ offerendo ocu
lis noſtris ſpecies aſini vel capre.

De ordinum diſtinctione: qui ⁊ quot ſunt.

Diſtinctio. IX.


Oſt predi-
cta ſupereſt
cognoſcere
de ordinib⁹
angeloꝝ qd
ſcriptura tra
dat. Que in
pluribus locis nouẽ eſſe ordĩes
angeloꝝ ꝓmulgat. ſ. angelos ar
chãgelos pricipat⁹ ptãtes virtu

tes ordinationes thronos cherubi et seraphin. Et inueniũtur i iſtis ordinibus tria terna eſſe: et in ſingulis tres ordines: vt trinitatis ſimilitudo in eis inſinuetur impreſſa. Unde dionyſius tres ordines angelorum eſſe tradit ternos in ſingulis ponens. Sunt enim tres ſuperiores: tres inferiores tres medij. Superiores seraphin cherubin throni. Medij dominationes principat⁹ poteſtates. Inferiores virtutes: archangeli angeli.

Quid appelletur ordo: et q̃ ſit ratio noĩs cuiuſq3.

¶ Hic conſiderandum eſt quid appelletur ordo. Deinde vtru3 ab ipã creatione fuerit diſtinctio illorum ordinũ. Ordo angelorũ dicitur multitudo celeſtium ſpirituũ qui inter ſe in aliquo munere gratie ſimilantur: ſicut et in naturalium datorũ munere conueniunt. vt verbi gratia. Seraphĩ dicũtur qui pre alijs ardẽt charitate. Seraphin eñi interpretatur ardens vel ſuccendens. Cherubin qui pre alijs in ſciẽtia eminent. Cherubin enim interpretatur plenitudo ſcientie. Thronus dicitur ſedes. Throni aũt vocãtur: vt beatus Gregorius ait: qui tãta diuinitatis gratia replẽtur vt in eis ſedeat deus: et per eos iudicia decernat atq3 informet. Dominationes vocantur qui principatus et poteſtates trãſcendunt. Principatus dicũtur qui ſibi ſubiectis que ſunt agenda diſponunt: eiſq3 ad explenda diuina miſteria principantur. Poteſtates nominantur hi qui hoc ceteris potentius in ſuo ordine acceperunt: vt virtutes aduerſe eis ſubiecte eorum refrenẽtur poteſtate: ne homines temptare valeant q̃tum deſiderant Uirtutes vocantur illi per quos ſigna et miracula frequẽter fiunt Archangeli qui maiora nũciant Angeli qui minora.

Quod hec nomina non propter ſe ſed propter nos eis data ſunt que aſſumpta ſũt a donis gratie que non habent ſingulariter: ſed excellenter et a precipuis nominantur.

¶ Hec nomina illis non ꝓpter ſe: ſed propter nos eis data ſunt Qui enim ſibi noti ſunt contemplatione: nobis innoteſcunt cognominatione. Et nominantur ſinguli ordines a donis gratia-

rum que non ſingulariter ſed ex-
cellēter data ſunt in participatio
ne. In illa enim celeſti curia vbi
plenitudo boni eſt: licet quedam
data ſint excellenter: nihil tamen
poſſidetur ſingulariter. Omnia
eñ in omnibus ſunt: non quidē
equaliter: quia alij alijs ſublimiꝰ
poſſident: que tamē oēs habent
Cūq; omnia dona gratiarū ſupe
riores ordines ſublimius ⁊ ꝑfe-
ctius perceperint: tamen ex pre
cipuis ſortiti ſunt vocabula infe
rioribus cetera relinquentes or
dinibus ad cognominationem.
vt ſeraphin qui ordo excellentiſ
ſimus eſtimatur: tam dilectionē
ꝙ cognitionem diuinitatis ⁊ ce
tera virtutum dona ceteris om
nibus ſublimius ⁊ ꝑfectius per
cepit: ⁊ tamen ab excellētiori do
no. i. a charitate nomen accepit
ille ſuperior ordo. Maius enim
donum eſt ipſa charitas ꝙ ſcien
tia. Itē maius eſt ſcire ꝙ iudica
re: ſciētia nāq; informat iudiciū.
Ideoq; ſcd̄us ordo a ſecūdo do
no. i. cognitione veritatis appel
latꝰ eſt. ſ. cherubin: ita ⁊ de alijs
intelligenduꝫ eſt. Aſſignatur er
go excellentia ordinum ſcd̄m ex
cellentiam donorū. Et tamen ſi
cut Gregorius ait: illa dona om
nibus ſunt cōmunia. Oēs enim
ardent charitate ⁊ ſcīa pleni ſūt:
ſic ⁊ de alijs. Sed ſuperiores a-
lijs excellentius: vt iā dictū eſt:
ipſa acceperūt a quibus ⁊ nomi
nātur. vñ Greg: In illa ſumma
ciuitate quiſq; ordo eius rei cen
ſetur nomine: quam plenius ac-
cepit in munere.

Queſtio ex verbis Grego-rij orta.

¶ Sed orit hic q̄ſtio talis. Si
q̄ſq; ordo ab illo dono noīat qḋ
pleniꝰ poſſidet: tūc cherubī ī ſcīa
ꝑeminet oībꝰ: q2 a ſcīa noīat: ſed
qui magis diligit plꝰ cognoſcit.
Tm̄ eñ: vt tradit auctas cogno
ſcit ibi q̄ſq; ꝙtū diligit. Itaq; ſe
raphī nō ſolū in charitate: ſꝫ etiā
in ſcīa ꝑeminēt. Iōq; auctas il-
la ſic vr̄ intelligēda vt ꝯpatio nō
referat ad oēs ordies: ſꝫ a quoſdā
ſcꝫ iferiores. Ille enī ordo nō ple
niꝰ ſeraphī accepit ſcīaꝫ ī munere
ſꝫ pleniꝰ alijs ordibꝰ q̄ ſūt iferiores
nec noiat q̄ſq; ordo ab oī re: quā
pleniꝰ alijs accepit: ſꝫ ab aliq̄ reꝝ
quas accepit. vel ꝑt ꝯparatio re
ferri nō ad ipos ordies: ſꝫ ad alia
dōa: nec ad oia alia dona: ſ; ad q̄
dā. ſicut eī hoīes cū plr̄a hēāt do
na: q̄dā alijs excellētꝰ poſſidēt.
ita forte ⁊ āgeli q̄buſdā mūeribꝰ
magꝭ pollēt: ⁊ alijs q̄buſdā minꝰ.

Utrũ ordines ab initio creationis ita diſtincti fuerint.

¶ Jam nunc inquirere reſtat. Utrum ⁊ iſti ordines a creationis initio ita fuerint diſtincti? Quod ita fuerunt diſtincti a primordio ſue conditionis videtur teſtimonio auctoritatis inſinuari que tradit de ſingulis ordinibus aliquos cecidiſſe. De ordine nãq; ſuperiori lucifer ille fuit quo nullus dignior condit9 fuit Apl's etiam principatus ⁊ poteſtates tenebrarũ nominat oſtendens de ordinibus illis cecidiſſe qui cũ in malis miniſteriũ exerceant: non tamen penitus nominibus ordinũ ſuorũ priuati ſunt Sed non videtur illd poſſe ſtare non eñ tunc charitate ardebant nec ſapĩa pollebant: neq; in eis deus ſedebat. Si eñ hoc habuiſſent nõ cecidiſſent. non ergo tũc erãt cherubin vel ſeraphi vl' throni. Ad qd dicim9 q2 añ caſũ quorũdã non erãt iſti ordines: q2 nõ dũ hẽbant dona in quorũ participationib9 cõueniũt. Sed quibuſdã cadẽtib9 alijs appoſita ſũt eiſq; qui ceciderũt collata fuiſſẽt eadẽ dona ſi pſtitiſſent. Jdeoq; ſcriptura dicit de ſingulis ordinib9 aliquos cecidiſſe: nõ q2 fuiſſent in ordinib9 ⁊ poſtea corruerẽt: ſed quia ſi pſtitiſſent eorũ aliqui i ſingulis fuiſſent ordinibus: qui et in nature tenuitate ⁊ in forme ꝑſpicacitate differẽtes gradus habebant ſicut illi qui perſtiterunt. Alij enim vt prediximus ſuperiores: alij inferiores cõditi ſunt ſuperiores qui natura magis ſubtiles ⁊ ſapientia magis perſpicaces. Inferiores qui natura minus ſubtiles ⁊ intelligẽtia min9 perſpicaces facti ſunt. Has aũt inuiſibiles differentias inuiſibilium ſolus ille ponderare potuit qui omnia in numero ⁊ mẽſura ⁊ pondere diſpoſuit: ideſt in ſeipſo qui eſt mẽſura omni rei modũ prefigẽs: ⁊ numer9 omni rei ſpeciem prebẽs: ⁊ põdus oẽm rem ad ſtabilitatẽ trahẽs .i. terminãs ⁊ formans ⁊ ordinans omnia.

Utrũ omnes angeli eiuſdẽ ordinis ſint equales.

¶ Preterea cõſiderari oportet vtrum omnes angeli eiuſdẽ ordinis equales ſint? Ita eſſe quibuſdam placuit: ſed non eſt hoc probabile nec aſſertione dignum quia lucifer q fuit de collegio ſuperiorũ: ipſis etiã dignior extitit q alijs excellẽtiores creati fuerãt

Ex quo percipitur: ꝙ ſi perſtitiſſet in ordine ſuperiori fuiſſet: et alijs euſdem ordinis dignior extitiſſet. Sicut enim vnus eſt ordo apoſtolorum ⁊ alter martirū et tamen in apoſtolis alij alijs ſunt digniores: ſimiliter et martyribus alij alijs ſunt ſuperiores ita ⁊ in ordinibus angelorum recte creditur eſſe.

Quomodo dicat ſcriptura decimum ordinem ex hominibus compleri: cū non ſint nouem ordines.

¶ Notandum etiam ꝙ decimꝰ ordo legitur de hominibus reſtaurandus. Sed cum non ſint niſi nouem ordines: nec plures fuiſſent etiam ſi illi qui ceciderūt perſtitiſſent: mouentur lectores quomodo ſcriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius nāq; ait: homines aſſumendos in ordine angelorum: quorū alij aſſumūtur in ordine ſuperiorum: qui.ſ. magis ardent charitate. Alij in ordine inferiorum: qui.ſ. minus perfecti ſunt. ex quo apparet nō eſſe de hominibus formandum decimum ordinem: tanq̄ nouē ſint angelorū ⁊ decimus hominum: ſed homines pro qualitate meritorum ſtaduendos in ordinibus angelorū. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus: ex tali ſenſu dictum fore accipi poteſt: q2 de hominibus reſtaurabitur quod in angelis lapſum eſt: de quibus tot corruerunt: vt poſſet fieri decimus ordo. Propter quod apoſtolus dicat reſtaurari omnia in chriſto que in celis et que etiam in terris ſunt: quia per chriſtum redemptum eſt genus humanū de quo fit reparatio ruine angelice: tamen non minus ſaluaretur homo ſi angelus non cecidiſſet.

Quod homines aſſumūtur iuxta numerum ſtantiū nō lapſorum.

¶ Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt: ſed eorū qui permanſerunt homines ad beatitudinem admittūtur. Unde Gregorius. Superna illa ciuitas ex angelis ⁊ hominibꝰ conſtat: ad quam credimus tantos humani generis aſcendere quantos illic contigit angelos remanſiſſe ſicut ſcriptum eſt in cantico Deutronomij. Statuit terminos populorum iuxta numerū angelorum dei.

Quidam dicunt ſecundum numerum lapſorum angelorum homines reparãdos

¶ A quibuſdam tamen putatur ꝙ homines repararentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: vt illa celeſtis ciuitas: nec ſuorum ciuium numero priuetur: nec maiori copia regnet. Quod Auguſtinus in enchiridion ſentire videtur: non aſſerẽs de hominibus plus ſaluari quã corruit de angelis: ſed non minꝰ ita dicens. Superna hieruſalẽ mater noſtra ciuitas dei: nulla ciuium ſuorum numeroſitate fraudabitur aut vberiore etiã copia fortaſſe regnabit. Nec enim numerum aut ſanctorum hominũ aut immundorum demonũ nouimus: in quorum locum ſuccedẽtes filij catholice matris: que ſterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt ſine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus: ſiue qui eſt ſiue qui fuit: ſiue qui futurus eſt: in contemplatione eius artificis eſt qui vocat ea que non ſunt tanꝙ ea que ſunt. Ecce aperte dicit non minus de hominibus ſaluari quã corruit de angelis: ſed plus non aſſerit.

Circa nonam diſtinctionẽ queritur primo: vtrũ nouẽ angelorũ ordines i hierarchia triplici ſcdʒ officia ⁊ dignitates diſtinguãtur. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ triplex eſt ordo. ſ. diuinus angelicus ⁊ humanus: ordo diuinus ſiue diuinarum perſonarũ eſt ſanctiſſima trinitas ſic ſe habẽs ꝙ pater producit filium: ⁊ pater ⁊ filius producũt ſpm ſctũm. Ordo angelicus ſiue angelorum ſcdm magiſtrũ dicitur multitudo celeſtium ſpirituũ: qui inter ſe aliquo munere gratie ſimilãtur ſicut ⁊ in naturalium datorum munere cõueniunt. De ordine humano nõ eſt curandum in preſentiarũ: nam abũde dictũ eſt in. 4. diſtin. 4. ſniarũ. Vlterius eſt aduertẽdum ꝙ hierarchia dicitur a hiera quod eſt ſacer: ⁊ archia quod eſt prĩcipatus quaſi ſacer principatus: ⁊ deſcribitur a diuo Bonauẽ. ſicut hierarchia eſt rerum ſacrarũ ⁊ rationabiliũ ordinata poteſtas in ſubditis debitũ retinẽs prĩcipatũ: ex qua deſcriptione ſequitur ꝙ hierarchia non reperitur niſi in perſonis intellectualibus: et eſt duplex hierarchia: quedã eſt increata: vt ſanctiſſima que a diuo Dioniſio dicitur hierarchia ſuperceleſtis ſiue

diuina. Alia eſt cherarchia creata: ⁊ eſt etiā duplex. ſ. angelica ⁊ humana: cherarchia āgelica eſt triplex ſcȝ heparchia. i. ſuprema meſarchia. i. media ⁊ yperchia. i. infima: queq̄dem tres cherarchie diſtingūtur ſecundū triplicē ſtatū. ſ. cōtēplatiuoꝝ prelatorū ⁊ actiuoꝝ: ⁊ anologia pōt ſumi ex regis terreni ſtatu: nam rex terrenꝰ habet aliquot ſibi aſſiſtētes qui ipm̄ diligūt: vt ſunt cōſanguinei ⁊ affines: habet etiā aliquot ↄſiliarios iuxta ſe. habet inſuper aliquot duces ⁊ gubernatores per quos iudicia diſcernit. Ita etiā in ſupma cherarchia ſunt tres ordines. primi vocātur ſeraphin ab incendio ſeu ardore amoris ſiue charitatis. Scdi vocantur cherubini a plenitudine ſciētie ⁊ conſilij. Tertij vocātur throni per quos dn̄s deus iudicia diſcernit Pari iure in ſcda cherarchia ſunt plures ordines: ſimiliter ⁊ in tertia. ¶ Sed eſt magna digladiatio inter diuū Dionyſiū ⁊ diuū Gregoriuȝ et diuū Bernar. de collocatiōe ordinū ſcde ⁊ tertie cherarchie: nam diuus dionyſius ponit in ſcda cherarchia dominationes virtutes ⁊ ptātes: et in tertia aſſignat principatus archāgelos ⁊ angelos: ſed Grego. ⁊ Ber. collocant principatus in media cherarchia ⁊ virtutes ī infima: videtur tamē preferēda ſentētia diui dionyſij qui tales cherarchias et ordines habuit a diuo Paulo magiſtro ſuo: quanq̄ apoſtolus alio modo enumerauerit: nam ad Ephe. primo ait de chriſto: ꝙ deus pater inſtituit illum ſupra omnem principatum poteſtatem ⁊ virtutem ⁊ dominationem: et ad Colō. primo inquit. Siue throni ſiue dominationes ſiue principatus: ſiue poteſtates omnia per ipſum facta ſunt. Ulterius eſt aduertendum ꝙ cherarchia superceleſtis que eſt ſanctiſſima trinitas ſic deſcribitur a Diony. in. 3. ca. de celeſti cherarchia eſt pulchritudo diuina: vt ſimplex vt bona vt perfectionis auctor pura: nullam prorſus admixtionem diſſimilitudinis accipiens rerum ſingulos pro meritis lucis ſue participes faciens: ⁊ ſacro ſancto miſterio perficiens quātūquiſq̄ initiatus ↄgrue illius in ſe exprimere immutabilem nititur effigiem. Cherarchia vero creata ſic ab eodem deſcribitur eſt ordo ſacratior ⁊ ſcientia ⁊ operatio que ad dei ſimilitudinem pro viribꝰ nititur: ac pro modo ſuo ad imitationem dei ex indulta ſibi diuinitus intelligentie luce ſubuehitur. Iſtis notatis rn̄detur ꝑ aliquot ↄclu. quarum prima eſt iſta. angelorum multitudo in tres cherarchias ſciditur. Scda ↄclu. eſt iſta. ī qualibȝ cherarchia. 3. ſunt ordines p̄mi medij ⁊ infimi. Tertia ↄclu. ſolum ſunt noueȝ ordines angelorum ſiue chori. Iſte cōclu. patent aucte diui Diony. ī li. de celeſti cherarchia.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur ſic. ſi eſſet talis diſtinctio angeloruȝ per cherarchias ⁊ ordines: vel emaneret a natura vel a gratia nullum iſtorum eſt dicenduȝ. ergo ↄclu. nulle ꝙ non poſſit dari primum ptȝ: qꝛ omnes angeli ſunt eiuſdem nature: ꝙ non poſſit dari ſcdm̄ probatur. Sequeretur quod in prima morula

in qua angeli fuerunt creati non fuerunt diſtincti per ordines ⁊ cherarchias: nam fuerunt creati in ſolis naturalibus. Pro ſolutione huius argumenti eſt aduertendum ꝙ diuus Thomas vt viſum eſt ſuperius tenet ꝙ quilib₃ angelus a quolib₃ alio differt ſpecie: ⁊ ſecundum iſtam opinionem facile eſſet reſpondere ad formā argumenti. ſed diuus Bonauentura expreſſe tenet: ꝙ omnes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei. Pari forma eſt cōmunis opinio doctorum: ꝙ aliqui angeli ſunt eiuſdem ſpeciei: ⁊ aliqui differunt ſpecie.

¶ Propterea reſpondetur ad iſtas duas opiniones conformiter ad formam argumenti negando minorem pro vtraq₃ parte: imo initiatiue prouenit diſtinctio angelorum a natura et completiue a gratia: nā quāuis aliqui angeli ſint eiuſdem ſpeciei: vnus tamen habet meliora naturalia ꝙ̄ alter: ſicut inter homines vnus habet longe meliora naturalia quam alter.

Contra iſtam ſolutionem arguitur diſtinctio ordinum totaliter prouenit a gratia. ergo ſolutio nulla: añcedens probatur. magiſter ponit i diffinitione ordinis: ꝙ angeli aliquo munere gratie ſimilantur. ergo diſtinctio ordinum ſumenda eſt penes gratiam preciſſe. Ad hanc replicam reſpondetur negando añcedēs et ad probationem dico ꝙ magiſter loquitur ibi de gratia gratis data: ⁊ non de gratia gratum faciente. Et ſi replices ſupremus ordo vocatur Seraphin a gratia gratum faciente ergo diſtinguntur per gratiam gratum facientem ordines angelorum Hec replica concludit: ꝙ ſupremus ordo nondum vocabatur Seraphin et ideo non completiue ordines angelorum diſtinguntur a natura.

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur ſecundum naturalia principaliter eſt attendenda diſtinctio ordinū angelorum: igitur ſolutio nulla añcedens probatur. Dominus deus ſecundum capacitatem naturalium: dedit dona maiora aliquibus quam alijs. ergo ſecundum naturam principaliter eſt attendenda diſtinctio ordinum angelorum: añcedēs pat₃ auctoritate ſaluatoris Mathei. 25. dicentis. Dedit vnicuiq₃ ſuam propriam virtutem. Et magiſter in. 3. diſtinctione huius libri inquit. Qui natura magis ſubtiles: et ſapientia plus perſpicaces creati ſunt hi maioribus gratie munerib⁹ prediti ſūt Ad hanc replicam reſpondetur negando añcedēs: et ad probationem conceſſo añcedente reſpectu bonorum angelorum negatur pñia: ſed ſolum cōcluditur ꝙ diſtinctio ordinū cōpletiua attēdēda eſt penes grām

¶ Scdo arguitur ſic. Plures ſunt ordines in celeſti cherarchia ꝙ̄ nouē. ḡ tertia pclu. falſa. añs pbatur vltra nouē ordines angeloꝝ eſt ponēdus. 10. ordo p hominib⁹ ⁊. 11. pro ſanctiſſima virgine: ⁊ hoc fuit factū a ſaluatore nro luce. 15. ca. p. 10. dragmā pditā a muliere ⁊ deinde inuētā vt inquiūt gloſe. ergo ponendi ſunt plures ordines ꝙ̄ nouem. Inſuper ſi angelus non peccaſſet fuiſſet poſitus vnus ordo pro hoībus. ergo nūc etiā ponēd⁹ eſt vn⁹ ordo p hoībus.

Pro ſolutione huius argumenti eſt aduertendū ꝙ aliqui doctores ante diuū Grego. aſſeruerunt ꝙ nulli homines erant aſſumendi ordines angelorum: ſed poſt diuū Grego. oēs doc. tenent ꝙ homines aſſumentur ad ordines angelorū: ad reſtaurandā ruinā angelicā: ſed qꝛ inter homines erunt aliqui beati qui nullū habebunt meritū perſonale: vt'vti paruuli baptizati qui diſceſſerunt ante vſum rationis: idcirco pro talibꝰ neceſſariuꝫ eſt ponere. 10. dragmā ſeu 10. ordinē: nam nullus eſt angelꝰ bonus qui nō poſſit maioris meriti ꝙ̄ aliquis talis paruulus. Iſto notato rn̄detur ad formā argumēti negādo ꝯñam: ꝛ ratio eſt: qꝛ ꝯclu. ſolum loqtur de ordinibus angelorū: ꝛ non loquitur generalr̄ de omnibꝰ celeſtis cherarchie.

❡ Tertio arguitur ſic. omnes angeli ſunt equales. ergo nulla eſt diſtinctio ordinū aut cherarchiaꝝ. añs ꝓbatur expreſſa aucte diui dioniſij dicentis: ꝙ omnes angeli qui ſunt in eadē cherarchia ſunt eque potentes igitur omnes ſunt equales. Ad hoc argumētū rn̄detur negando añs: et ad probationē dico ꝙ ſolum intēdit dicere Dionyſius ꝙ angeli poſſunt quicquid volunt: ꝛ non intendit dicere ꝙ quicquid poteſt vnus angelus poſſit quilibet alius eiuſdem cherarchie. Et ſi arguas in cherarchia ſuperceleſti omnes ſunt equales. ergo etiam in cherarchia celeſti: negatur ꝯña ꝛ diſcrimen datur: qꝛ in cherarchia ſuperceleſti omnes ſunt vna et eadem eſſentia.

❡ Circa iſtam materiam dubitatur: an numerus angelorū ſit magnus. Ad hoc dubiū dubitatur a diuo dionyſio in. 14. ca. celeſtis cherarchie: ꝙ angeli in maxima multitudine ſunt creati omnē materialē multitudinem excedentes. Et ſic patꝫ ꝙ multitudo angelorum excedit multitudinem ſtellarum celi ꝛ herbaruꝫ ꝛ folioꝝ lapidū ꝛ herenaꝝ iuxta illud danielis. Septem milia miliū miniſtrabant ei: ꝛ decies centena miliuꝫ aſſiſtebant ei. et. puerb. 4. habetur In multitudine populi dignitas regis: ꝛ in paucitate plebis ignominia principis: ꝛ iſta verba ſcd̄m Hugonem cardinalē intelligūtur de deo: ꝛ ideo diuꝰ Grego. aſſerit: ꝙ in infimo choro angelorū plures ſunt angeli ꝙ̄ homines in mundo. In ſcd̄o choro decies tantū ꝛ in tertio cēties tantū: et in quarto milies tantū: et ſic conſequēter: ꝛ talis multitudo angelorum eſt nobis incognita iuxta illud Iob. 25. Nunquid eſt numerus militum eius ſuper que verba gloſa ait. a nobis quidē incognitus ſed a deo cognitus: iuxta illud pſal. Qui numerat multitudinē ſtellarū: ꝛ omnibus eius nomina vocat.

❡ Secūdo dubitatur: an ad cēs ordines angelorum aliqui homines aſſumentur. Ad hoc dubiuꝫ rn̄det diuus Grego. omelia. 34. affirmatiue nam licet homines non ſint equales angelis quoad naturam: poſſunt tamen eſſe equales i meritis ꝛ gratia imo credendum eſt de Ioāne baptiſta ꝛ apl'is ꝙ ſunt collocati in ordine Seraphin.

❡ Tertio dubitatur: an tot ordines aſſumentur ad ordines angelorum

quot angeli ceciderunt. Ad hoc dubium rñdet diuus Gregorius ꝙ tot homines aſſumentur ad ordines angelorum quot angeli remanſerunt. Auguſtinꝰ tamen in libro enchiridiõ videtur tenere partẽ affirmatiuam dubij.

Quarto dubitatur: an inter homines erit diſtinctio ordinũ. Ad hoc rñdetur negatiue: nam omnes collocabũtur in angelorũ ordinibus pter ſanctiſſimã virginẽ que exaltata eſt ſuper choros angelorum ⁊ ordines angelorum. et preter paruulos qui diſceſſerunt cum ſacramento baptiſmi vel circũciſionis vel oblationibꝰ ⁊ proteſtationibꝰ filij: nam tales cõtinent.10.dragmã ſiue.10. ordinem

Poſtremo diſtinguit: vtrũ preſidentia ⁊ relatio ordinis ad ordinez euacuabitur in iudicio. Pro huius diſtin.ſolutione eſt aduertendum ꝙ in angelis duo poſſunt cõſiderari.ſ. diſtinctio graduũ ⁊ dignitatis ⁊ executio officiorũ. Si conſideremꝰ gradus ⁊ dignitates: nõ euacuabit preſidẽtia ⁊ prelatio: iuxta illud iudicũ ſcʒ ſtelle manentes in ordine ⁊ curſu ſuo: nam gloſa exponit de angelis. ſi vero intelligitur dubiũ quoad executionem officioꝝ pars affirmatiua dubij eſt tenẽda: iuxta illud apli ad corin.15. Chriſtus euacuauit omnez principatum ⁊ poteſtatem quũ tradiderit regnũ deo patri.

Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionẽ: vtrũ vnus angelus põt intueri paſſiones ⁊ volitiones alterius naturalr. Ad hanc queſtionem rñdet doctor ſubti. affirmatiue: quẽ ſequũtur Guillermus ochã ⁊ ferme omnes nominales.

Contra iſtam opinionem arguitur aucte ſacre pagine habetur in.6.ca.2.lib.paracly. Tu ſolꝰ noſti corda filiorum hominum: ſi dicas ꝙ per corda intelligũtur affectiones ſiue volitiones ⁊ non cogitationes. Cõtra hoc arguit: ſequeretur ꝙ diabolus videret cogitationes noſtras ꝯña eſt cõtra illđ qđ habetur in.49. ca. de eccleſiaſticis dogmatibꝰ.ſ.internas anie cogitationes diabolum non videre certi ſumus. Inſup diuꝰ Hiero.ſuper illud math.9.cap.ſcilʒ Quũ vidiſſet ieſus cogitationes eorum: aſſerit ꝙ ex iſtis verbis ſequit ꝙ xp̃s erat verus deꝰ: nam iſta ꝯña eſt bona: xp̃s videbat cogitationes phariſeoꝝ.ergo xp̃s erat deus: ſʒ ſi iſta ꝯña non valeret ſi angelus poſſet cognoſcere cogitationes noſtras igitur angelus nequit cognoſcere cogitationes hominũ. Si dicas ꝙ illa ꝯña eſt bona: vt nũc ⁊ de facto ⁊ non de poſſibili. Cõtra hoc arguit aucte Hiere.17.ca. dicentis. prauũ eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile ⁊ quis ſcrutabitur illud: ego deus ſcrutans cor et probans renes: pari forma apl's.1.corin.2.cap. inquit qui ſcit que ſunt hominis niſi ſp̃us qui eſt in eo. propterea dicendũ eſt ꝙ illa ꝯña ẽ bona de lege ordinata: nõ autem de potẽtia abſoluta. Contra iſtã ſolu. arguitur. nullum genus gẽtium priuatur vniuerſalr ſcđm indiuidua ⁊ tẽpora operatione ſibi naturalr cõpetente: aut nata cõpetere: ſed genus angelorum priuatur operatione qua põt

cõgnõſcere cogitatiõnes ⁊ affectiõ-
nes hominũ.ergo talis operatio nõ
poteſt competere angelo:maior pꝫ
aucte diui Augu.in.7.lib.de ciuita-
te dei dictis ſic. Deus adminiſtrat
cuncta que creauit:vt etiã ipſa pro-
prios exercere ⁊ agere motus ſinat
⁊ in.5.lib.cõtra Julianũ inquit.neq;
deus ita naturas creat vt leges: an
ferat quas dedit motibus vniuſcu-
iuſq; nature. Ad hanc replicaꝫ rñde
tur ꝙ dñs deus impedit angelos ne
videant cogitationes aut affectiões
hominum:⁊ hoc habemus ex ſacra
pagina.pari forma ex eodem ſacro
ſcripto:ꝙ dñs deus impediuit ignẽ
ne ageret in illos tres pueros ſidrac
miſac abdenago. Et ſi arguas pari
forma diceretur ꝙ albedo poteſt ꝓ-
ducere albedinem ⁊ elephas equuꝫ
aut bouem.negatur aſſumptum: nã
non habemus rationes ad hoc pro
bãdum: habemus tamen rationes
multum apparentes ad probanduꝫ
angelum poſſe ex natura ſua intueri
cogitationes ⁊ affectiones hominũ

¶ Secũdo arguitur ſic. poſito
caſu ꝙ angelus ſuperior habeat plu
res noticias ꝙ̃ angelus iferior poſ
ſit habere: tunc talis Angelus in-
ferior nequit intueri omnes cogita-
tiones angeli ſupioris neq; aliquas
earum:igitur opinio nulla: añs ꝓba
tur.non poteſt intueri omnes:⁊ non
eſt ratio quare aliquas intueatur:et
non alias. ergo nullas intuebitur.
Ad hoc argumentũ rñdetur negan-
do añs:⁊ ad probationem negať mi
nor:⁊ ratio dabitur ex parte volũta
tis angeli inferioris. Contra iſtam
ſolu.arguitur.ſequeretur ꝙ angel⁹
nõn beatus põſſet ex natura ſua bea
tificare ſeipſum.ꝯñs eſt falſum:igiť
ſequela probatur.angelus non bea
tus poteſt intueri noticiã beatificaꝫ
angeli beati ex natura ſua.ergo põt
beatificare ſeipm. Ad hanc replicaꝫ
rñdetur negando ſequelam:et ad ꝓ
bationem dico ꝙ requiritur lumen
glorie ad diſponendã potentiã vt ſit
capax beatitudinis:⁊ tale lumẽ glie
nequit haberi ex naturalibus.

¶ Alia eſt opinio diui Thome
quẽ ſequitur Grego. de ari. tenẽtis
partem negatiuam propter auctes
⁊ rationes adductas. Contra iſtam
opinionem arguitur ſic.omne intel-
ligibile in actu pñs intellectui perfe
cto non dependenti a fantaſmate ⁊
ſibi proportionatum poteſt ab eo in
telligi:ſed cogitatio vľ volitio ange
li eſt huiuſmodi.ergo poteſt intelli-
gi a quocũq; alio angelo. Ad hoc ar
gumentũ rñdet Grego. cõcedendo
totum argumentũ: nam non negať
a diuo Tho.⁊ Grego.ꝙ cognitiões
⁊ affectiones angelorum poſſint in-
telligi ab omnibus angelis: ſed ne-
gatur ꝙ poſſint intelligi intuitiue:et
ideo ſi argumentum debeat milita-
re contra diuũ Tho.⁊ Grego.neceſ
ſe eſt addere maiori intuitiue:et tũc
negabiť ꝙ cognitio aut affectio ſint
proportionata cuilibet angelo: ſꝫ ſo
lum angelo cui ineſt. Contra iſtam
ſolutionẽ arguitur. ſi vnus angelus
poſſet occultare alteri angelo ſuam
cogitationem ſequeretur ꝙ poſſet
occultare ei ſuam eſſentiam ꝯñs eſt
falſum:igitur ſequela ꝓbatur:adeo
ꝯñs eſt cogitatio ſicut ſua eſſentia.
ergo ſi poteſt occultare cogitationẽ

poterit occultare ſuam eſſentiam. Ad hanc replica3 rñdetur negando ſequelā: et ad probationē negatˀ ꝯña ꝛ rō eſt: q2 de natura cogitatiōis aut affectionis eſt ad hoc ꝙ cognoſcatur ab aliqua creatura ꝙ iſ hereat tali creature: ꝛ hoc non eſt de natura eſſentie angeli.

¶ Scđo arguitur ſic. actus intellectus nō eſt magis occutabilis ꝙ actꝰ volūtatis: ſed actꝰ volūtatis nō eſt ocultabilis. ergo nec actꝰ intellectꝰ minor pbatur. vel actus voluntatis occultabitur ꝑpter ſeipm vel ꝑpter alium: nullū iſtorū poteſt dari. ergo non eſt occultabilis: ꝙ non poſſit dari primū pat3. actus voluntatis eſt multiplicatiuꝰ ſui ipſius ꝛ motiuus potentie ſibi ꝓportionate: ergo non eſt occultabilis per ſeipm: ꝙ nō poſſit dari ſcđm patet: q2 quero de illo alio actu ſcđo: vel eſt occultabilis ꝑ ſeipſum vel per aliū: primu3 nequit dari vt probatum eſt: ꝛ ſi detur ſcđ3 erit proceſſus in infinitum. ergo nō eſt occultabilis. Ad hoc argumētu3 rñdetur negando minorē: ꝛ ad ꝓbationē datur primū mēbrū: ꝛ ad ꝓbationē iā dictū eſt ꝙ non poteſt mouere potentiā creatam niſi ſibi iſ herat.

¶ Contra iſtam ſolu. arguitur. nō ſubeſt imperio voluntatis actio agētis naturalis aproximato paſſo. ergo volūtas non pōt impedire alterum angelum ne cognoſcat ſua3 affectionem: aſis patet: inductiue ꝓcedēdo de volūtate creata: na3 volūtas creata nō poteſt impedire ignē ne calefaciat paſſum debite ſibi aproximatū ſecluſo impedimēto. Ad hanc replicam rñdetur ꝙ preſupponis vnum falſum. ſ. ꝙ occultatio cogitationis vel affectionis dependeat ab imperio voluntatis create: ſed prouenit a natura talis cogitatiōis vel affectionis que nequit intelligi intuitiue ab aliqua potentia creata niſi ſibi iſ hereat. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur ſic vt ſe habet viſibile ad viſum: ita ſe habet intelligibile ad intellectum: ſed quodlibet viſibile poteſt videri a qualibet potentia viſiua debite diſpoſita ꝛ aproximata. ergo etiā qđlibet itelligibile poteſt intelligi a qualibet potentia intellectiua debite diſpoſita ꝛ aproximata ſecluſo impedimento: ꝛ per ꝯñs poſtꝙ quelibet affectio vel cognitio eſt quodda3 intelligibile: ſequitur ꝙ poterit intelligi a quolibet angelo debite aproximato ꝛ ſecluſo impedimento. Hec replica etiam non militat contra dñū Thomā ꝛ Gregoriū: nam ꝯclu. que infertur cōceditur a prefatis doctoribus. propterea addēda eſt maiori argumenti hec particula immediate ꝛ minori etiā: ꝛ tūc negabitur maior: ideo q2 natura affectionis ſiue cogitationis eſt talis ꝙ nunꝙ debite aproximatˀ alicui potētie create niſi inhereat tali pōtētie create. Et ſi arguas ſequeretur ꝙ volitio alicuius angeli occultaretur intellectui eiuſdem angeli. ꝯñs eſt impoſſibile igitur ſequela patet. talis volitio nō ineſt potentie intellectiue talis angeli. ergo occultatur itellectui talis angeli. Ad hanc replicam reſpōdetur negando ſequelam: et ad probationem negatur conſequentia: nam ſatis eſt ꝙ inhereat potentie eiuſdem angeli.

¶ Queritur tertio circa eandẽ
diſtinctionẽ: vtrũ vnus angelus ex
natura ſua poteſt loqui alteri angl'o
loqutione intellectuali. Pro huius
queſtionis intelligentia eſt aduertẽ
dum: ꝙ loqui itellectual'r nihil aliud
eſt ꝗ̃ manifeſtare cogitationes alte
ri: ⁊ audire alterũ angelũ eſt cogni-
tionẽ alterius aut affectionem intel
ligere. Ulterius eſt aduertenduꝫ ꝙ
ex ſacra pagina exploratũ habetur
ꝙ angelus alteri angelo loquit̃: naꝫ
zacharie. 20. ca. habetur: Ecce ange
lus qui loquebatur in me ĩgrediebatur:
⁊ alius angelus egrediebatur in
occurſum eius ⁊ dixit ad eũ. Curre
⁊ loquere ad puerum iſtum: ⁊. 1. ad
corin. 13. habetur. Si linguis hoĩm
loquar ⁊ angelorũ: ſed de modo lo-
quẽdi eſt mirabilis digladiatio iter
doctores: nam tot quot ſunt doc. tot
ferme ſunt opiniones. diuꝰ Tho. po
nit tres ꝯclu. quaruꝫ prima eſt iſta.
Unum angelũ loqui alteri angelo
nihil aliud eſt ꝗ̃ angelum ordinare
conceptum mentis ſue ad alium an
gelum: pro cuius intelligẽtia notat
ꝙ intelligibile tripharię eſt in intel-
lectu. Primo modo habitual'r: ſcđo
modo in actu. tertio modo vt eſt ad
aliud relatum manifeſtum eſt ꝙ de
primo gradu transfertur in ſcđꝫ per
imperium voluntatis: ideo in diffini
tione habitus ponitur quo quis vtit̃
quũ voluerit. Similiter de ſecundo
gradu transfertur intelligibile in ter
tium gradũ per imperiũ volũtatis:
nam per imperium voluntatis cõce
ptus ordinãtur ad alterum: ⁊ quan-
do intellectꝰ reducit ſe de habitu ad
actum loquitur ſibi ipſi: quãdo vero
ordinat ad manifeſtandum alteri in
telligibile ꝙ actu intelligit loquitur
alteri. Scđa ꝯclu. eſt iſta. Angelꝰ lo
quens nihil de nouo ꝓprie producit
in angelum audientem: ſed tm̃ in ſe
ipſum: iſta ſequitur ex pria. Tertia
ꝯclu. eſt iſta. vnus angelus poteſt lo
qui vni non loquendo alteri angelo
preſenti. Iſta cõclu. probatur. vnus
angelus põt ordinare ſcđm cõceptũ
vel cogitationem in ordine ad vnuꝫ
non ordinãdo ad alium. ergo poteſt
loqui vni non loquendo alteri.

¶ Contra primã cõclu. argui-
tur ſic. ſequeretur ꝙ quilibet angelꝰ
natural'r poſſet intueri cogitationes
⁊ affectiones alterius angeli: ꝯñs eſt
contra iſtum doct. igitur prima con-
clu. falſa: ſequela probatur: quilibet
angelus intuebitur cogitationes al
terius angeli: ſi talis angelus ordi-
net ſuas cogitationes ad ipſum: et
hoc fiet natural'r. ergo ſequela vera
Ad hoc argumentũ rñdet capreolꝰ
ꝙ hoc non fit natural'r: nam cõcurrit
imperium voluntatis angeli loquẽ-
tis ⁊ ordinantis talem conceptum.
Contra hoc arguit̃. ad minus habet̃
ꝙ quilibet angelus poteſt natural'r
intueri cogitatiões alterius: vt li na
tural'r diſtinguatur cõtra ſupernatu
raliter ꝗuis non habeatur vt diſtin-
guat̃ cõtra liberum: ⁊ hoc videtur ẽe
contra diuũ Tho. ⁊ cõtra auctorita-
tes allegatas in precedẽti q̃ſtione.

¶ Contra duas vltimas ꝯclu.
arguitur ſic. ſequeretur ꝙ quilibꝫ an
gelus loquens indifferenter loque-
retur omnibus angelis ſibi p̃ñtibus
imo in nullius angeli poteſtate eſſet

loqui vni angelo non loquẽdo alteri pñti. ꝯñs eſt falſu3: igitur ſequela ꝓbatur. omnes angeli ſunt eque preſentes. ergo nõ eſt poſſibile ꝙ angelus loquens loquat vni ⁊ non alteri eque preſenti. Ad hoc argumentu3 rñdetur negando ſequelã: ⁊ ad ꝓbationem negatur ꝯña: ratio eſt: qꝛ angelus loquens ordinat ſuũ cõceptũ ad vnum angelum preſentem: ⁊ nõ ad alium eque pñtem. Contra iſta3 ſolu. arguitur. angelus audiens mõ intelligit ⁊ antea nõ intelligebat. ergo angelus loquens aliquid in ipm producit. Ad hanc replicã rñdet negando ꝯñam ratio eſt: qꝛ angelꝰ audiens producit in ſeipſum noticiam per hoc ꝙ angelus loquens ordinat ſuum conceptum ad ipſum angelu3 audientem. Contra iſta3 ſolu. arguitur. dñs deus illuminãs ſupremum angelum producit aliquid in ipſum ergo angelus ſupremus illuminans angelũ inferiorẽ producit aliquid in ipſum. Ad hanc replicã rñdetur negando ꝯñam ⁊ diſcrimen eſt latum: quia nihil poteſt produci ſine cõcurſu dei generali multa tñ producunt ſiue concurſu primi angeli. Contra iſtam ſolu. arguitur. omne illud qđ eſt ſufficienter in actu primo reſpectu alicuius effectus poteſt producere talem effectum in quolibet paſſũ vel receptiuũ aproximatũ ⁊ ꝓportionatum: ſed quilibet angelus loquẽs eſt huiuſmodi. ergo quilibet angelꝰ loquens poteſt producere in angelũ audientem noticias ⁊ cogitationes Ad hãc replicã rñdetur negãdo maiorem multas patit̃ inſtantias: talis maior etiã ſcđm doct. ſub.

¶ Scđo arguitur ſic. angelus inferior cognoſcit ſeipſum intuitiue per ſuam eſſentiam. ergo angelꝰ ſuperior cognoſcit inferiorem ꝑ eſſentiam ipſius inferioris. Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo ꝯñam: ⁊ rõ eſt: qꝛ eſſentia ipſius angeli inferioris cõcurrit effectiue ad notitia3 ſui ipſius ⁊ non concurrit ad notitiã angeli ſuperioris.

¶ Tertio arguitur ſic. poſſibile eſt ꝙ angelus inferior non habeat ſpecies illius rei de qua loquitur angelus ſuperior. ergo impoſſibile erit tunc angelum inferiorem audiente3 intelligere alterum ſuperiorem. Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñam ⁊ ratio eſt: qꝛ angelus iferior videbit tunc noticiam quam habet angelus ſuperior: ⁊ per illam obiectiue cognoſcet rẽ cuius eſt notitia ⁊ de qua loquitur angelus ſuperior.

¶ Alia eſt opinio doc. ſub. tenẽtis ꝙ quilibet angelus loquens alteri angelo producit in ipſum noticia3 obiecti de quo loquitur ita ꝙ angelꝰ audiens mere paſſiue ſe habet. Et pro maiori ⁊ vberiori intelligentia huius opinionis eſt aduertendu3 ꝙ vltra cognitionẽ quam habet angelus in verbo de aliquo obiecto. 4. aliis modis poteſt cognoſcere idem obiectũ primo intuitiue in ſeipſo. ſecũdo mõ intuitiue intellectu alterius angeli loquẽtis. tertio mõdo abſtractiue ꝑ ſpẽm. quarto modo recipiendo cognitionem ab angelo loquẽte mere paſſiue ſe habẽdo. Ex iſtis p3 ꝙ quilibet angelus poteſt loqui vni non loquẽdo alteri. iſtud corl'm pt3:

quilibet angelus poteſt producere noticiam in vnū angelum non producendo in alterum. ergo quilibꝫ angelus poteſt loqui vni non loquendo alteri. Sequitur ſcd̄o ꝙ tot quot ſūt auditiones tot ſunt loqutiões. Hec opinio precipue fundatur in illa maxima. ſ. omne agens qd̄ ſufficienter eſt in actu p̄io reſpectu alicui⁹ effectus poteſt producere talē effectum in quodlibet paſſum receptiuū ꝛc. nam ſub ſumendo ſub iſta maiori: ꝛ quilibet angelus loquens eſt hmōi: infertur ꝙ quilibet angelus loquēs poteſt producere in angelum audiētem noticiam ſimilem illi quam ipſe habet.

¶ Contra iſtam opinionem et precipue contra illd̄ fundamentum arguit Guiller. ochā. ſequeretur qd̄ angelus ſuperior poſſet producere volitiones ꝛ nolitiones in angelum inferiorem: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur: ſequeretur ꝙ poſſet producere angelus ſuperior in angelum inferiorem odium dei ꝛ amorem diaboli: ꝯñs eſt abſurdum igitur. Inſuper ſequeretur ꝙ angelus inferior poſſet diligere incognita: ꝯñs eſt cōtra illud Augu. inuiſa diligere poſſumus icognita vero nequaꝗ̄: igitur ſequela patꝫ. poſito ꝙ angelus ſuperior producat in angelum inferiorem amorem alicui⁹ obiecti: ꝛ non producat noticiaꝫ eiuſdē obiecti: iam probatur prima ſequela aſſumendo eandem maximā doct. ſub. ſcꝫ omne agēs exñs in actu primo reſpectu alicuius effectus pōt pducere talem effectum in quodlibet receptiuū: ſed quilibet angelus diligens aliquod obiectum eſt in actū primo reſpectu talis effect⁹ ſiue dilectionis. ergo quilibet angelus diligens poteſt producere in quēlibet alium angelum talem dilectionem. Ad hoc argumentū nequit dari ſolutio: niſi dicatur ꝙ maxima illa nō habet verū de potentia libera: ſꝫ ſolum de agente naturali: modo volūtas eſt potentia libera. ¶ Contra iſtaꝫ ſolu. replicatur. angel⁹ ſuperior eſt maioris potētie ꝙ̄ angelus inferior ergo voluntas angeli inferioris nō poteſt impedire voluntatem angeli ſuperioris. Ad hanc replicā rñdetur negando ꝯñam. imo nulla creatura poteſt producere aliquid in volūtatem contra eius inclinationem liberam: ꝛ in hoc magnificatur libertas voluntatis.

¶ Secundo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ angelus loquens poſſet producere in angelum inferiorem ſcientiam ꝯclu. dependentem ab aſſenſibus premiſſarum vel experientia in angelum audientem. ꝯñs eſt falſum igitur ſequela patet aſſumenti maxima doct. ſub. iam probatur falſitas ꝯñtis talis ſcientia dependet ab aſſenſibus premiſſarum vel experientia. ergo impoſſibile eſt ꝙ producat ſine ipſis. Ad hoc argumentū aliqui concedunt ſequelam: ꝛ aliqui negēt et facile eſt loqui conſequenter quicquid dicatur. Et ſi arguas ſequeret ꝙ poſſet haberi noticia de re nō exiſtente in angelo qui nūꝗ̄ habuit noticiam talis rei, cōceditur illatū. Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur ꝙ angelus loquens etiam produceret in ſeipſum noticiam talis obiecti

talis obiecti: ⁊ ſic haberet duas noticias eiuſdez obiecti. ꝯñs eſt falſum igitur ſequela patet aſſumēti p̄fatam maximā. Ad hanc replicā r̄ndetur negãdo ſequelā ⁊ ratio eſt: q2 iaz produxit effectū reſpectu illi⁹ obiecti quē volebat ꝑducere. Cōtra iſtā ſolu. arguitur. ſequeretur ꝙ creatura poſſet infundere ſcientiā in alterā creaturā ꝯñs eſt falſum ſequela p3: de quolibet angelo loquēte reſpectu angeli audientis. falſitas ꝯñtis probatur. quilibet angelus audiens eſt productiuus ſcientie ⁊ ſimplicis noticie. ergo impoſſibile eſt angelū loquentem totaliter producere in angelū audientē ſcientiā vel noticiam ꝯña tenet: q2 ſi approximetur aliquod paſſum duobus ignibus equaliter ⁊ ſecluſo impedimento vterq3 ignis produceret calorem in illud paſſum. Ad hanc replicā r̄ndetur concedēdo ſequelam ⁊ negando minorem: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: ratio eſt, quia ratione voluntatis aliquid participat de libertate.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur ꝙ angelus beatus poſſet ꝑducere viſionē dei in diabolū: ꝯñs eſt abſurdum: igit̄ ſequela patet: aſſumenti p̄fataz maximā. Si dicas ꝙ de⁹ impedit volo ꝙ deus ſe habeat neutraliter: ⁊ tunc redibit difficultas ꝓpterea negãda eſt ſequela ratio eſt: quia requiritur lumen glorie ad recipiendā talem noticiam: ſed de quacūq3 alia noticia eſſet concedendum Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur ꝙ viſio angeli non terminaretur ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet: quacūq3 diſtantia data quilibet angelus poteſt videre. ergo non terminatur. aña patet. poſito ꝙ per talem diſtantiam diſponantur angeli habentes noticias talis obiecti. Ad hanc replicam reſpondetur ꝙ potētia angeli terminatur de per ſe: non tamen de per accidens.

¶ Quarto arguitur ſic. quilibet angelus ſcd̄m iſtam opinionem poteſt intueri cogitationes alteri⁹. ergo ſuperuacaneum eſt ponere talez modum loquendi extraneum. ꝯña tenet: quia quilibet angelus per hoc ꝙ intuetur cogitationes alterius ꝑcipit quicquid alter angelus vult ipſum intelligere ⁊ audire: igitur talis mod⁹ loquendi eſt ſuperfluus. Ad hoc argumentum reſpondetur negandō ꝯñam: ratiō eſt: quia dignificanda eſt natura q̄tū3 poſſumus: idcirco poſtq̄3 angelus habet talē actiuitatem ⁊ potentiam ꝙ poteſt producere noticias in alterum angelu3 non eſt denegandum neq3 derogandum ipſi. Contra iſtam ſolu. arguit̄ ſequeretur ꝙ quilibet angelus poſſet ꝑducere hereſes ⁊ errores in alterum angelum: ꝯñs eſt falſum: iḡ ſequela patet. aſſumpta p̄fata maxima: ⁊ falſitas ꝯñtis probatur. ſeq̄retur ꝙ diabol⁹ poſſet ꝑducere errorem in diuū michaelē. ꝯñs eſt abſurdum: igitur ⁊ opinio. Ad hanc replicam nequit dari ſolutio: niſi dicatur ꝙ dñs deus non cōcurret ad productionē taliū errorū ⁊ hereſum: ſed ſi dñs deus ſe habeat cōcurſu generali ⁊ neutraliter euidenter concludit replica: ꝙ quilibet angelus in quemlibet alium angelum poteſt producere errores ⁊c.

Contra iſtā ſolu. arguitur. ſequeret
adhuc ex iſta opinione: q ſi eſſent
multi angeli hñtes ſimiles noticias
ꝛ vn⁹ eoꝝ preciſe loqueret raphae
li neſciret raphael quis loquitur ei:
ꝯñs videt abſurdū: igit ſequela ptꝫ
qꝛ non pōt dari ſignū ꝑ quod rapha
el cognoſcet quis loquit ei. Ad hanc
replicā rñdetur ꝯcedendo ſequelā ꝛ
negando minorē: nec hoc incōuenit
ſcđm iſtā opinionē.

Alia eſt opinio Guillermi ocham
aſtruentis q angelus loquēs produ
cit in ſeipm̄ noticiā alicuius obiecti:
vt alius angel⁹ audiat qua ꝓducta
producit obiectiue in mentē alteri⁹
angeli noticiā talis cogitationis: et
ſcđm iſtam opinionē nō eſt poſſibile
q angelus occultet vnā cogitationē
ꝛ non aliam angelo pñti ꝛ aduertēti
ſimilr̄ nō eſt poſſibile q vnus ange
lus loquat vni angelo ꝛ nō alteri eq̄
pñti ꝛ aduertenti. Pari forma aſſe
rit idē doctor: q angelus audiens et
videns cogitationē in angelo loquē
te non videt obiectū talis cogitatio
nis: ſed incōmuni ꝛ incōfuſo appre
hendit obiectum illius noticie.

Contra hanc opinionem ar
guit Grego. per auct. alleg. in prece
denti q̄ſtione quib⁹ ꝓbabatur: q nul
lus angelus pōt intueri cogitatiōes
alterius. Poteſt tamen argui cōtra
iſtam opinionem deducendo vnum
quod videtur inconueniens. ſ. q au
diens angelus non poteſt diſtincte
intelligere loquentem angelum: ſed
ſolum inconfuſo: naꝫ non cognoſcet
angelus audiens diſtincte obiecta il
larum noticiarum quas habet ange
lus loquens. Alia eſt opinio Grego.
de arimino aſſerentis q angeli lo
quūtur per nutus ꝛ ſigna: ꝛ huic opi
nioni fauet gloſa ordina. ſuper illud
p̄ie ad corin. 13. Si linguis hominū
loquar ꝛ angelorum dicens prepoſi
ti minoribus angelis: quod de dei
voluntate primi ſentiunt ſignificāt
quod fit aliquibus nutib⁹ et ſignis.

Contra iſtam opinionem ſo
lum militat vnum argumentum. ſ.
quilibet angelus poteſt intueri nu
tus ꝛ ſigna cuiuſcūq; alterius ange
li. ergo quilibet angelus poteſt itue
ri cogitationes cuiuſcūq; alteri⁹ an
geli. ꝯñs tenet: qꝛ nō videtur potior
ratio de nutibus ꝛ ſignis poſtq̄ ſūt
ſpūalia q̄ de cogitationib⁹. Ad hoc
argumētū rñdetur negando ꝯñam:
diſcrimen dat: qꝛ noticie ſignificant
naturaliter proprie: talia vero ſigna
non ſignificant naturalr̄ ꝓprie. Vñ
ſicut homies formāt noticias quas
ſolus deus videt ꝛ deide formāt vo
ces ꝛ ſcripturas vt exprimāt ſuos
conceptus alijs hominibus: ita etiā
q̄libet angel⁹ format noticias quas
ſolus deus videt: ꝛ deinde format
nutus ꝛ ſigna ad exprimendū ſuos
concept⁹ alijs angelis. Et ſi arguas
cogitationes ſunt adeo pñtes ſicut
nutus ꝛ ſigna. ergo ſi videt nutus ꝛ
ſigna alterius angeli etiam videbit
cogitationes. negatur ꝯña a Grego
rio ꝛ datur duplex inſtantia. Prima
eſt de materia et colore: qui ſunt
eque preſentes viſui: ꝛ color vide
tur ꝛ non materia. Secunda inſtan
tia eſt magis ad propoſitū de actu
ꝛ habitu inherentibus anime no
ſtre que intuetur actum et non intue
tur habitum.

An omnes ſpiritus celeſtes mittātur: et ponit duas opiniones et auctoritates quibus innituntur.

Diſtinctio. X.

Hoc etiaz inueſtigandū eſt. Utrum oēs illi celeſtes ſpūs ad exteriora nūcianda mittantur. Quidam putāt aliquos in illa multitudine eſſe qui foras pro officio exeunt: alios qui intꝰ ſemper aſſiſtunt ſicut ſcriptuz eſt in daniele. Milia milium miniſtrabant ei: ⁊ decies centena milia aſſiſtebant ei. Itez Dionyſiꝰ in hierarchia que ſacer principatus dicitur de prelatiōe ſpirituū ait. Superiora illa agmina abintimis nunq̄ recedunt: quoniam ea que preeminent vſum exterioris officij nunq̄ habēt. His auctoritatibus innituntur qui angelos mitti: niſi inferiores inficiantur.

Obiectio contra illos.

¶ Quibus obijcitur qꝺ yſaias ait. Uolauit ad me vnus de ſeraphin qui ordo ſuperior eſt ⁊ excellentior. Ideoq̄ ſi de illo ordine mittuntur: non eſt ambigendum quin etiam ⁊ de alijs mittātur. Apl's quoq̄ ait. Oēs ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. His teſtimonijs aſſerunt quidaz omnes angelos mitti: nec debet indignum videri ſi etiam ſuperiores mittantur: cum ⁊ ille qui creator eſt omniū ad hec inferiora deſcenderit.

Queſtio ſi oēs mittūtur cur vnus tantū ordo nomine angelorum cenſetur.

¶ Hic oritur queſtio ſi omnes mittuntur ⁊ nuncij dei exiſtunt: quare vnus tantum inter nouez ordines angelorum nomine cenſetur? Ad quod quidam dicunt omnes quidē mitti: ſed alios ſepius ⁊ quaſi ex officio iniuncto: qui proprie angeli vel archangeli nominātur. Alios vero rarius mitti .ſ. maiores cauſa extra communem diſpenſationem oborta qui cum angelorum miniſteriuz ſuſcipiunt etiam nomē aſſumūt. Unde i pſal'. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: quia illi que natura ſpiritus ſunt: aliquando angeli: ideſt nuncij fiunt.

Putant quidam michael gabriel raphael de ſuperiori ordine fuiſſe et ſunt nomina ſpirituum et nō ordinum.

¶ Et putāt illi michael gabriel raphael de ſuperiori ordine fuiſſe. Michael interpretatur quis vt deus Gabriel fortitudo dei. Raphael medicina dei. Nec ſūt iſta nomia ordinum ſed ſpirituū Et dicunt quidam ſingulum horum vnius proprie ac ſingulariter ſpūs eſſe nomē. Alij vero nō vnius ſingulariter ꝛ determinate: ſed nunc huius nunc illius eſt nomen ſecundū qualitatē eorū ad quem nuncianda vel gerēda mittūtur ſicut ꝛ demon: quedaꝫ nomina ſunt quequidam putāt eſſe vni⁹ propria. Alij vero plu ribus cōmunia. Diabolus quippe qui grece ita vocatur: ꝛ criminator interpretatur vel deorſum fluens hebraice dicitur ſathan. i. aduerſarius. Dicitur ꝛ belial. i. apoſtata ꝛ abſq; iugo. Dicitur etiam leuiathan. i. addimentum eorum: ꝛ alia plura reperies nomina que vel vnius ſpūs ſunt ꝑpria vel pluribus communia.


Quomodo determinēt predictas auctoritates que videntur aduerſari qui dicunt omnes angelos mitti.

¶ Qui autem omnes angelos mitti aſſerunt premiſſas auctoritates Daniel. ſ. ꝛ Dioni. ita determinant. Dicuntur ſuperiora agmina deo aſſiſtere: ꝛ ab intimis nunq̄ recedere: non quia aliquando mittantur: ſed quia rariſſime ad exteriora prodeūt: neq; tunc ab intimis recedunt: ſed dei preſentie ꝛ contemplationi ſemper aſſiſtunt: quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur:

Quos alii dicant mitti: et quos dicant non mitti cum determinatione auctoritatum que videntur ſibi aduerſari.

¶ Alij vero dicunt tres ordīes ſ. primos. ſ. cherubin ſeraphin et thronos: ita creatori aſſiſtere ꝙ ad exteriora non exeunt. Inferiores autem tres ad exteriora mitti. Tres vero medios inter vtroſq; cōſiſtere nō mō dignitate vel loco: ſed etiaꝫ officio: qꝛ preceptum diuinū a ſuperiorib⁹ accipiūt ꝛ deferūt ad inferiores.

Ideoq cum ſupremi medijs et medij imis atq hi hominibus p̄ceptum dei nunciēt merito omnes angeli nominari debent. Et ob id forte apoſtolus ait. Omnes ſpiritus adminiſtratores eſſe filij ⁊ mitti in miniſterium: vel per omnes non ſingulos ordies ſed de inferioribus ordinibus ſingulos angelos complexus eſt. Illud vero quod Eſayas ait p̄ verba Dionyſij determinant dicentis. Hi ſpiritus qui mittuntur percipiunt horum vocabulum quorum gerunt officium. Unde dicūt illum angelum qui miſſus eſt ad yſaiam: vt mundaret ⁊ incenderet labia prophete: fuiſſe de ordine inferiorū. Sed ideo dictus eſt forte de ſeraphin quia veniebat incendere ⁊ conſumere delicta yſaie.



Circa decimā diſtinctionē: queritur prio vtrū omnes angeli mittū tur. Pro huius queſtiōis intelligentia eſt aduertendum q̄ angelū mitti non eſt niſi angelum diuine aucte aliquod miſterium circa aliquam perſonam exercere: ⁊ non eſt ambiguum apud doctores: q̄ aliqui angeli mittūtur: nā Exo.23. inquit dn̄s. Ecce ego mittā angelum meum qui precedat te: et yſaie.6.ca. habetur. Uolauit ad me vnus de Seraphin: et Dan.9. Ecce gabriel cito volans tetigit me in tēpore ſacrificij veſpertini ⁊ luce. p̄io habetur. Miſſus eſt angel⁹ gabriel ⁊c. et in eodē ca. Apparuit angelus dn̄i zacharie cui dixit. Ego ſum Gabriel qui eſto ante deum ⁊ miſſus ſū loqui ad te ⁊ hec euangelizare: et Luce.2. Ecce angelus dn̄i ſtetit iuxta illos ⁊ dixit illis. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum: et Math.20. Ecce angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph. et Mathei. quarto Ecce angeli acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei. et Luce.22. Apparuit illi autem angelus de celo confortans eū. Sed magna eſt difficultas inter doctores: an omnes angeli mittuntur nam aliqui tenent partem negatiuam propter auctoritatē Dionyſij in libro de celeſti herarchia dicētis Superna illa agmina ab intimis nunq̄ recedunt: quia ea que preeminent vſum exterioris officij nunq̄ habent. Et itidem dicit diuus Gregorius. Alij vero tenent partem affirmatiuam propter auctoritatē diui Pauli ad Hebreos primo dicentis. Nonne ſunt omnes angeli adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriū miſſi propter eos qui hereditatem capient ſalutis. Sed diuus Thomas ⁊ diu⁹ Bona. cū vna pulcra diſtinctione cōcordāt iſtas opiniōes. ſ.

ꝙ duplex eſt miſſio.ſ.exterioꝛ ⁊ interioꝛ:ſi ſit ſermo de miſſione exteriori non omnes mittuntur: ſi vero ſit ſermo de miſſione exteriori ⁊ īteriori indifferenter omnes mittūtur:nā angeli ſupme cherarchie ſignificant alijs angelis ea que ſunt acturi circa homines ⁊ eoꝛum ſalutē ⁊ cuſtodiam:et conformiter ad iſtos doct. ponuntur tres ɔclu.rñſiue ad titulū queſtionis quarū pꝛima eſt iſta. Alli qui angeli mittuntur: iſta ɔclu. ptꝫ auct. vtriuſqꝫ pagine citatis. Scđa ɔclu.eſt iſta.nō omnes angeli mittuntur miſſione exteriori:iſta ɔclu. pꝛobatur non aliter ꝙ̄ per auctem diui dioniſij. Tertia conclu. eſt iſta. omnes angeli mittuntur exteriꝰ vel interius.iſta ɔclu.patet ex aucte diui pauli allegata.

¶ Cōtra ſcđam ɔclu.arguitur Seraphini mittūtur exterius. ergo a fortioꝛi omnes alij angeli.añs pꝫ ex aucte yſaie.6.ca. citata. Ad hoc argumentū rñdetur a pꝛefatis doctoꝛibus:ꝙ li ſeraphin nō eſt nomē oꝛdinis:ſed ille angelus qui volauit pꝛopter miniſterium vocatus eſt ſeraphin:nam venerat ad purgandū yſaiam a peccato ⁊ vt diſponeret eū ad charitatem. Contra iſtam ſolu. arguitur.filiꝰ dei miſſus eſt ad nos ergo a fortioꝛi omnes angeli mittūtur ad nos.Ad hanc replicam rñdetur negando ɔñam:⁊ ratio eſt: quia filius dei miſſus eſt ad ſaluandum nos:⁊ hoc dicit pfectionem: ſed miſſio angeloꝛum non dicit perfectionē Contra iſtam ſolu. poſſet replicari de diuo michaele:ſed in ſequēti queſtione dicetur.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionē: vtrū diuus michael ſit ſupꝛemus angelus. Pꝛo huius queſtionis intelligentia eſt aduertendū ꝙ titulus queſtionis poteſt intelligi quoad naturam et quoad gratiam: de pꝛimo mēbꝛo non eſt difficultas apud doctoꝛes:naꝫ lucifer eſt ſupꝛemus quoad naturam. Sed de ſcđo mēbꝛo eſt difficultas: nam cōmuniter tenetur ꝙ diuus michael eſt de oꝛdine pꝛincipatuum pꝛopter illud Dan.10. Ecce michael vnus de pꝛincipibus pꝛimis venit in adiutoꝛium meū. Pari foꝛma habetur Dan.12. In tempoꝛe autem illo cōſurget michael pꝛiceps magnus:et ſcđm iſtā opinionē cōmunē multi angeli ſunt ſuperioꝛes diuo michaele:et quoad gratiam ⁊ quoad gloꝛiam: vt puta omnes illi qui collocantur in ſupꝛema cherarchia: et dominationes et poteſtates.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur.michael eſt pꝛimus reſpectu omnium angeloꝛū. ergo opinio nulla:añs patet aucte noſtre ſctē matris eccleſie canētis ipm̄ michaelem pꝛimatem eſſe celeſtis exercitus. Inſuper michael interpꝛetatur Hiero.teſte alter deus:imo dicitur vice deus aut pꝛodeus.ergo ſimpliciter eſt ſuperioꝛ ſaltē quoad gratiam ⁊ gloꝛiā omnibus angelis. Tertio arguitur ſic.omnes angeli dicuntur eſſe michaelis.ergo michael omnibus eſt ſuperioꝛ: añs patet expꝛeſſa aucte diui Joānis apoca.12.dicētis. Michael ⁊ angeli eius pꝛeliabantur: et ſubiungitur in eodeꝫ cap. Et dꝛaco

pugnabat ⁊ angeli eius: ſed dracõ omnibꝰ angelis qui pugnabant pro eo eſt ſuperior. ergo diuus michael omnibus angelis qui pugnabãt cuꝫ eo eſt ſuperior. Quarto arguitur ſic diuus michael magis meruit ꝗ̃ aliquis alius angelus. ergo omnibus alijs ãgelis eſt ſuperior quoad gratiam: añs probatur: diuus michael melius pugnauit ꝗ̃ aliquis aliꝰ. ergo magis meruit ꝗ̃ aliquis aliꝰ angelus: añs ꝓbatur apoc. cap. citato attribuitur victoria diuo michaeli. ergo meliꝰ pugnauit ꝗ̃ aliquis aliꝰ Quinto arguitur ſic diuus Bernardus inquit ſi diabolum perfecte vicero eius locum habebo: ſed ſic eſt ꝙ diuꝰ michael perfecte vicit luciferū ergo diuꝰ michael illū locuꝫ habuit quē habuiſſet lucifer ſi permãſiſſet ſed ſi lucifer permanſiſſet ſcđm oēs doctores habuiſſet ſupremā ſedem inter angelos. ergo modo diuꝰ Michael habet illam ſedem. Sexto arguitur. lucifer erat princeps omniū illorum qui pugnabãt cum eo ⁊ dux ergo etiā diuus michael erat princeps ⁊ dux omniū illorū qui pugnabant cum eo: ſed omnes boni angeli pugnarunt pro deo cõtra luciferum ergo omniū bonorū angelorū diuꝰ michael eſt primus.

¶ Propter iſta argumenta ſine aliqua aſſertione: ſed ſolū gratia diſputationis poteſt deffenſari ꝙ diuꝰ michael quoad gratiam ⁊ gloriaꝫ ſuperior eſt omnibus angelis ⁊ archangelis.

Quod queqꝫ anima habet angelum bonnm ad ſui cuſtodiam delegatum: et malum ad exercitium.

Diſtinctio. XI.

Llud quoqꝫ ſciendū eſt ꝙ angeli boni deputati ſunt ad cuſtodiā hominū: ita vt quiqꝫ electorum habeat angelū ad ſui profectum atqꝫ cuſtodiaꝫ ſpecialiter delegatum. Unde in euangelio veritas a puſillorum ſcandalo prohibens ait. Angeli eorum ſemper vident faciē patris. Angelos dicit eorum eſſe quibus ad cuſtodiam deputati ſunt. Super quem locum Hieronymus tradit vnamquamqꝫ animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad ſui cuſtodiā deputatum inquiens ita. Magna dignitas animarum eſt: vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelū delegatum. Gregorius quoqꝫ dicit: ꝙ quiſqꝫ vnum bonuꝫ angelum ſibi ad cuſtodiā deputatū ⁊ vnū malū ad excitium habet.

Cum enim omnes angeli boni noſtrum bonum velint communiterqꝫ ſaluti omnium ſtudeant ille tamen qui deputatus eſt ali cui ad cuſtodiam euꝫ ſpecialiter hortatur ad bonum ſicut legitur de angelo Thobie et de angelo petri in actibus apoſtolorum. Similiter ꝛ mali angeli cum deſiderent malum hominum: magis tamen hominem ad malum incitat ꝛ ad nocendum fortius inſtat ille qui ad exercituim eius deputatus eſt.

Utrum ſingulis hominibus ſinguli ãgeli an pluribus deputatus ſit vnus.

¶ Solet autem queri: vtrũ ſinguli angeli ſingulis hominibus an vnus pluribus ad cuſtodiaꝫ vel exercitium deputatus ſit: ſed cuꝫ electi tot ſint quot et boni angeli ſunt: plures conſtat eſſe omnes ſimul bonos ꝛ malos homines qꝫ boni angeli ſint. Et cum tot ſint electi quot angeli boni: ꝛ angeli boni plures ſint qꝫ mali: pluresqꝫ ſint homines mali quã boni: non eſt ambigendum plures eſſe bonos homines qꝫ ſint mali angeli: ꝛ plures eſſe malos homines qꝫ ſint mali angeli: vel boni angeli.

Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari ſiue ſimul ſiue temporibus diuerſis.

¶ Ideoqꝫ dici oportet vnũ eũdemqꝫ angelum bonum vel malum pluribus hominibus deputari ad cuſtodiam vel exercitiuꝫ: ſiue eodem tempore ſiue diuerſis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuerſis temporibꝰ: quia videtur quibuſdam ꝙ omnes homines qui ſunt ſimul in aliquo tempore: ſinguli ſingulos ãgelos habere poſſunt bonos vel malos: quia licet maior ſit numerus hominũ computatis in vnum omnibus qui fuerũt ꝛ ſunt ꝛ futuri ſunt: qꝫ angelorum: tamen quia homines decedentibus hominibus ſuccedunt. Et ideo nunqꝫ ſimul ſunt in hac vita. Angeli vero nunqꝫ decedunt: ſed ſimul omnes ſunt eſſe poteſt vt ſinguli hominum qui in hac vita ſunt ſingulos habeant angelos bonos vel malos ad ſui cuſtodiam vel exercitium deſtinatos. Ceterum ſiue ita ſit ſiue non: non eſt dubitandum vnumquemqꝫ habere angelum ſibi deputatum: ſiue pluribus ſimul deſtinatuꝫ ſit: ſiue vni ſingu

lariter: nec eſt mirandum vnum angelum pluribus hominib⁹ ad cuſtodiam deputari: cuȝ vni homini plurimum cuſtodia deputetur: ita vt eorum quiſq; ſuū dicatur habere dominum vel epiſcopum vel abbatem.

Utrum angeli proficiant in merito vel i premio vſq; ad iudicium.

¶ Preterea illud cōſiderari oportet. Utrum angeli boni in pmio vel in merito proficiant vſq; ad iudicium. Qđ in meritis proficiant atq; quotidie magis ac magis mereantur quibuſdaȝ videtur ex eo: quia quotidie hominum vtilitatibus inſeruiunt: eorumq; profectibus ſtudent. Quibus etiam nihilominus videtur q̄ ⁊ in premio proficiant: ſcȝ in cognitione ⁊ dilectione dei Licet enim: vt aiunt: in confirmatione beatitudinem accepe rint eternam atq; perfectam: augetur tamen quotidie eoruȝ beatitudo: quia magis ac magis diligunt atq; cognoſcunt: ⁊ eſt eorum charitas qua deum et nos diligunt ⁊ meritum ⁊ premium. Meritum: q͛ per eam ⁊ obſeq̄a ex ea nobis impenſa merentur: ⁊ in beatitudine ꝓficiūt: ⁊ ipſa eadem eſt premiū: q͛ ea beati ſunt.

Auctoritatibus confirmāt quod dicunt.

¶ Et q̄ angeli proficiant in cognitione: ac per hoc in beatitudine teſtimonijs ſanctorum cōfirmant. Dicit enim yſaias ex perſona angelorum chriſti aſcendētis magnificentiam admirantiū Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtib⁹ de boſra. et in ps: Quis eſt iſte rex glorie. Ex quibus apparet q̄ miſteriū verbi incarnati pleni⁹ cognouerūt angeli poſt impletionē q̄ȝ ante. Et ſicut in cognitione huius myſterij profecerunt: ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Qđ aūt in hmōi myſterij cognitiōe ꝓfecerīt euidēter docet apl's dicens. Que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo vt innoteſcat multiformis ſapiētia dei per eccleſiā principibus ⁊ ptātibus in celeſtib⁹. Sup quē locū dicit Hiero. āgelicas dignitates pfatū miſteriū ad purū nō itellexiſſe donec cōpleta eſt paſſio xpi ⁊ aplorū predicatio per gentes dilatata.

Quod in hac ſententia videtur Auguſtinus aduerſari Hieronymo.

¶ Hic autem videtur contradicere Auguſtinus ſuper eundem locum epiſtole dicēs. Non latuit angelos myſterium regni celorum quod oportuno tempore reuelatū eſt pro ſalute noſtra Illis ergo a ſeculis innotuit ſupra memoratum miſteriū: quia omnis creatura non ante ſecula ſed a ſeculis eſt. Attende lector quia viderūt diſſentire in hac ſentētia illuſtres doctores. Ideoq; vt omnis repugnātia de medio tollatur predicta verba Haymonem ſequentes ita determinem⁹ vt illis angelis qui maioris dignitatis ſunt: ꝛ per quorum miniſteriū illa nunciata ſunt ex parte cognita a ſeculis fuiſſe: vt potē familiaribus ꝛ nuncijs. Illis vero qui minoris dignitatis ſūt incognita extitiſſe dicamus vſq; quo im pleta ſunt: ꝛ per eccleſiā predicata: et tunc ab omnib⁹ angelis perfecte fuerunt cognita. Conſtat itaq; omnes angelos in cognitione diuinorum myſteriorum ſecundum proceſſum tēporis profeciſſe. Unde non incongruenter ipſi dicunt angelorum ſcientiam ac beatitudinem augeri vſq; ad futuram conſummationem quando in ſcientia ac beatitudine ita perfectiſſimi erūt vt augeatur amplius nec minuatur.

Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibuſdā predictorum non profeciſſe.

¶ Alij autem dicunt angelos in confirmatione tanta deitatis dilectione atq; noticia fuiſſe preditos: vt in his vlterius nō profecerint nec profecturi ſint. Profecerunt tamen in ſcientia rerum exteriorum ſicut in cognitiōe ſacramenti incarnationis ꝛ hmōi: ſed non in contemplatione deitatis: quia trinitatem in vnitate atq; vnitatem in trinitate non plenius intelligunt ſiue intellecturi ſunt q̄ ab ipſa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate non profeciſſe poſt confirmationem: quia eorū charitas poſtea non eſt aucta: et ſic dicunt eos non profeciſſe in meritis: ſed hoc q̄tum ad vim merendi: ſed non q̄tum ad numerū meritorum. Plura enim bona fecerunt poſtea que tunc non fecerant: ſed eorū charitas ex qua illa proceſſerunt non eſt aucta ex qua tantum meruerunt anteq̄ iſta adderentur q̄tū poſtea his adiectis. Illud vero quod alij ſuperius dicunt probabilius vide

tur.ſ.ꝙ angeli vſqꝫ ad iudicium in ſcientia ⁊ alijs proficiant.

Quedam auctoritates videntur obuiare probabilio ri ſententie.

¶ Quibus tamen videntur obuiare quorundam auctoritatuꝫ verba. Ait enim Iſidorus de ſū mo bono. Angeli in verbo dei omnia ſciunt anteqꝫ fiant: ſꝫ nec omnes nec omnia perfecte angelos ſcire dixit: et ideo eos in ſciē tia proficere non remouit Gregorius in libro dialogorum ait. Quid eſt quod ibi neſciant vbi ſcientem omnia ſciunt. Ubi videtur dicere ꝙ omnia ſciant angeli ⁊ nihil ſit quod neſciant. Sꝫ accipiendum eſt hoc de his quorum cognitio beatum facit cognitorem: vt ſunt ea que ad myſterium trinitatis ⁊ vnitatis pertinent.

et modum institutionis superiꝰ pro modulo nr̃e facultatis tractauimus. Jdoqꝫ super est vt qualis vel quomodo factꝰ sit di scutiamus. In Geñ. legit. Faciamus hoiem ad imaginē τ similitudinē nr̃am τc. In eo ꝙ dicit faciamus. vna operatio triū personarū ostēditur. in hoc vero ꝙ dicit ad imaginē τ silitudinē nr̃am. vna τ equalis substantia triū personarū monstratur. Ex persona enim patris hic dr̄ ad filium τ spm̄sctm̄. Non vt quidā putant angelis. qꝛ dei τ angelorum non est vna eadem ymago vel similitudo.

Quod imago et similitudo hic a diuersis accipitur varie. a quibusdā in creata. et ab aliis creata et increata vel essentia trinitatis vel filius et spiritussanctus.

¶ Jmago autem et similitudo in hoc loco vel increata intelligitur. i. trinitatis essētia ad quam factꝰ est homo. vł creata in qua factus est homo. et ipsi homini cōcreata. Increatā enim imaginem que deus est intellexisse videtur Beda cū dic. nō esse vnā imaginem dei τ angelorū. sꝫ triū personarum. τ ideo personis nō angelis fit ibi sermo. Jmprope tñ imago dr̄. qꝛ imago relatiue ad aliud dicitur cuius similitudinē gerit τ ad qđ representādū facta est. sicut imago cesaris que ipsius similitudinem preferebat ipm quodāmodo representabat. ¶ Proprie aūt imago dr̄ id ad qđ aliud fit. Sicut exēpluꝫ proprie dicitur qđ sumitur ex aliquo. et exemplar. ex quo sumitur aliqđ ¶ Ponitur tñ τ aliqñ abusiue alterum pro altero ita τ minus proprie accipitur imago: essentia trinitatis. si tñ ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Opinio eorum qui putauerunt filium per imagineꝫ τ similitudinem hic accipi.

¶ Filius vero proprie imago patris dicitur sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Vñ fuerunt nonnulli qui ita dixerūt vt imaginem in hoc loco intelligerent filium. hominē vero nō imaginem. sed ad imaginem factum dicerent. quos refellit apostolus dicens. Vir quidem est imago et gloria dei. Hec nāqꝫ imago. i. homo cuꝫ dicitur fieri ad imaginem non quasi ad filiū dicitur fieri. alioquin non diceret

tur ad imaginē nr̄am. Quomodo em̄ nr̄am diceretur. cū filius ſolius patris imago ſit. Fuerūt autē ⁊ alij per ſpicatius doctractātes qui per imaginem filium et per ſimilitudinē ſpm̄ſctm̄ intelligerent. qui ſimilitudo eſt patris ⁊ filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici noſtrā id referentes ad ſimilitudinē tm̄. ad imaginem vero ſub intelligendū eſſe meā. Hominē vero ⁊ imaginē eſſe ⁊ ad imaginē ⁊ ſimilitudinē factū eſſe tradiderunt. ⁊ imaginis eſſe ⁊ ſimilitudinis.

Nec horū ſcientiam approbat. ſed imaginem et ſimilitudinem dei in homine querendam et conſiderandam docet vt imago et ſimilitudo creata intelligatur.

¶ Veruntamen hec diſtinctio lȝ reprobabilis penit⁹ nō videatur. quia de medio mōtiū. i. auctoritatibus ſctōrū non manat. cōgruentius in ipo hoīe imago et ſimilitudo q̄renda eſt ⁊ cōſiderāda. Fact⁹ eſt ergo hō ad imaginē dei ⁊ ſimilitudinē ſcd̄m mentē: qua irrationabilib⁹ antecellit ſed ad imaginē ſcd̄m memoriā ⁊ intelligētiā ⁊ dilectionē. Ad ſimilitudinē ſcd̄m innocētiā ⁊ iuſticiā que in mente rationali naturaliter ſunt. Vel imago cōſideratur in cognitione veritatis. ſimilitudo in amore virtutis. vel imago in alijs ōnib⁹. ſimilitudo in eſſentia. q: ⁊ immortalis ⁊ indiuiſibilis eſt. Unde Aug. in li. de quātitate anime. Anima facta eſt ſimilis deo. q: immortalē ⁊ indiſſolubilē fecit eā deus. Imago ergo ptinet ad formā. ſilitudo ad naturā. Fact⁹ eſt ergo hō ſecundū aīam ad imaginē ⁊ ſimilitudinem non patris vel filij vel ſpūſ ſancti. ſed totius trinitatis. ita ⁊ ſcd̄m aīaȝ dr̄ hō eſſe imago dei. q: imago dei ī eo eſt. Sicut imago dr̄ ⁊ tabula ⁊ pictura que in ea eſt. ſed propter picturā que in ea eſt ſimul et tabula imago appellatur. Ita propter imaginē trinitatis etiā illud quo eſt imago nomine imaginis vocatur.

Quod homo dicitur imago et ad imaginē. filius vero imago non ad imaginē.

¶ Quo circa homo ⁊ imago dicitur ⁊ ad imaginē. fili⁹ aūt imago non ad imaginem. quia natus. non creatus. equalis ⁊ in nullo diſſimilis. hō creatus eſt a

deo non genitus non parilitate equalis: ſed quadam ſimilitudine accedens ei. Vñ Aug. in lib. vij. de trinitate. In Geñ. legit. Faciamus hominẽ ad imaginẽ et ſimilitudinẽ noſtrã. Faciam⁹ et noſtrã pluraliter dixit. et niſi ex relatiuis accipi nõ oportet vt facere intelligantur pater et fili⁹ ⁊ ſpirituſſanctus: ad imaginem patris et filij et ſpirituſſancti vt ſubſiſteret homo imago dei. Sz quia non omnino equalis fiebat illa imago tanquam non ab illo nata ſed ab eo creata: Ideo ita imago dicitur ꝙ et ad imaginem. quia non equatur parilitate. ſed accedit quadam ſimilitudine. Filius autem eſt imago. ſed non ad imaginez quia equalis patri. Dictus eſt ergo homo ad imaginem propter imparem ſimilitudinem. Et ideo noſtram vt imago trinitatis eſſe homo intelligatur. non trinitati equalis. ſicut filius patri. Ecce oſtenſum eſt ſecunduz quid homo ſit ſimilis deo. ſed ſecundum animam. Sed ⁊ in corpore quandam proprietatem habet: qua hoc indicat. quia eſt erecta ſtatura ſecundum quam corpus anime rationali congruit. quia in celum erectuz eſt.

Circa decimã ſextaz diſtinctionem: queritur vtrũ potẽtie anime in quibus cõſiſtit imago ſctiſſime trinitatis diſtinguntur ab eſſentia anime. Pro hui⁹ queſtionis intelligentia eſt aduertẽdũ ꝙ in tertia diſtic. primi libri ſententiarum ſufficienter diſcuſſum eſt de imagine et veſtigio ſanctiſſime trinitatis idcirco impreſentiarũ anime in quibus talis imago ꝯſiſtit agendũ eſt et queſtio intelligitur vniuerſaliter de quibus cunqꜫ potẽtijs ſcðm quam intelligentiã triplex eſt opinio reſpõdẽtiũ ad titulũ queſtionis. Prima eſt diui. Tho. aſſerẽtis 5. arti. 54. queſtionis ⁊ i primo arti. 77. queſtionis prime partis ꝙ dẽs potẽtie aĩe diſtinguntur ab eſſentia aĩe imo aſſerit ꝙ impoſſibile ẽ eſſentiam anime eſſe eius potentiam.

¶ Cõtra iſtã opinionem arguitur auctoritatibus ⁊ rõnib⁹ pᵐa eſt diui. Aug. in. 9. li. de trini. dicẽtis ꝙ mẽs noticia ⁊ amor ſunt in aĩa eſſẽtialiter vl' ſubſtãcialit. Scða auct. ẽ eiuſdẽ. Aug. in. 10. li. de tri. aſſerẽtis ꝙ mẽoria itelligẽtia ⁊ volũtas ſunt vna vita vna mẽs ⁊ vna eſſẽtia. Ad iſtas. Duas auct. rñdet. d. Tho. ꝙ Aug. ſolũ vult dicere ꝙ eadez res q̃ memorat intelligit ⁊ amat ⁊ hoc interdũ ſignificat de aĩa. Quare rõe arguitur ſequeret ꝙ quelibet potẽtia aĩe eſſet accidẽs cõſequẽs eſt falſuz igit ſequẽla. pꝛbat nulla potentia eſt

eſſentia anime: ⁊ quelibet talis potē
tia eſt in anima. ergo quelibet talis
potentia eſt accidens inherens ani-
me. iam probatur falſitas ꝯñtis. ta
les potentie non ſunt in anima ſicut
in ſubiecto teſte Aurelio augu. in. 9.
lib. citato. ergo tales potentie non
ſunt accidentia. Ad hanc replicam
rńdetur concedendo ſequelam ⁊ ne
gando minorem: ⁊ ad probationem
dicit diu⁹ Tho. ꝙ Auguſt. capit vo-
luntatem memoriam ⁊ intelligen-
tiam quando dicit nō eſſe in anima
ſicut in ſubiecto pro ipſa anima me
morata intellecta et amata.

Contra iſtam ſolutionem arguitur.
materia prima eſt ſua potentia. er-
go anima eſt ſua potentia: ꝯñia pro-
batur. anima longe nobilior eſt ma-
teria prima. ergo ſi materia prima
eſt ſua potentia: ita etiam anima a
fortiori erit ſua potentia. Ad hanc
replicam reſpondetur negando con
ſequētiā: ⁊ ad probationem iterū ne
gatur ꝯñia ⁊ diſcrimen datur: quia
materia eſt in potentia ad ipſam for
mam. Contra iſtam ſolutionem ar-
guitur. forma accidētalis eſt ſua po
tentia. ergo forma ſubſtantialis eſt
ſua potentia. ꝯſequentia probatur.
forma ſubſtantialis eſt preſtantior
forma accidentali. ergo ſi forma ac-
cidentalis eſt ſua potentia: a fortio-
ri forma ſubſtantialis erit ſua po-
tentia. Ad hanc replicam reſponde
tur negando ꝯſequentiam: ⁊ ad pro
bationem negatur iterum ꝯſequen-
tia et diſcrimen datur: quia forma
accidentalis eſt inſtrumentū forme
ſubſtantialis.

¶ Secundo arguitur ſic. anima eſt
potentia ſenſitiua. ergo anima eſt
quelibet eius potētia: añcedens pro
batur. omne quod primo ſentit eſt
potētia ſēſitiua: ſꝫ aia primo ſentit. er
go anima eſt potentia ſenſitiua: ma
ior eſt philoſo. in. 2. de anima. Si di
catur ꝙ licet anima ſit primum prin
cipium ſentiendi: non tamen eſt pro
ximū ⁊ immediatum. Contra hoc
arguitur: ſequeretur ꝙ eſſet poſſibi
le aliquod corpus inanimatum dole
re triſtari eſurire ſentire ⁊c. ꝯñs eſt
contra Aurelium Auguſt. in lib. 83.
queſtionum probantem cōtra apol-
linarem hereſiarcham: ſaluatorem
noſtrum habuiſſe animam per hoc
ꝙ habuit famem ſitim dolorem ⁊c.
igitur ſolutio nulla. ſequela proba-
tur. Volo ꝙ in aliquo corpore inani
mato ponantur tales potentie ſenſi
tiue: tunc tale corpus inanimatum
dolebit ⁊ ſic de alijs: igitur ſeque-
la vera. Si dicas ꝙ idē ſequeretur
ſecundū aliam opinionem doctoris
ſubtilis ⁊ nominaliū: ponēdo ꝙ ta
les operationes ponantur in corpo
re inanimato. Contra hoc arguitur
quāuis tales operationes ponātur
in corpore inanimato. ſcilicet dolor
triſticia fames ſitis ⁊ cetera. non ta
men erūt triſtitia dolor fames ⁊ ſi-
tis: velut ſi noticia fortis ponatur
in lapide non eſt noticia: igitur non
ſequitur idem de operationibus.

Propterea aliter reſpondetur: ſcilꝫ
ꝙ non eſt poſſibile etiam de poten-
tia dei abſoluta: ꝙ tales potentie ſe
parentur ab ipſa anima: imo expreſ
ſe aſſerit diuus Thomas in locis
allegatis: quod impoſſibile eſt intel
ligere animā ſine talibus potentijs

Scdo arguitur ſic a doctore ſubtili. non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate: ſed nulla eſt neceſſitas ponere potentias anime diſtinctas ab ipſa anima. ergo potentie anime nõ diſtinguntur ab ipſa anima. Ad hoc argumentũ facile rñdebit doctor. ſ. negando minorẽ. imo expreſſe aſſerit: ꝙ impoſſibile eſt animã eſſe ſuã potentiam propter rationes que videbuntur quando declarabitur opinio Gregorij.

¶ Propterea aliter arguitur. nullum ſuſceptiuũ contrariorum eſt accidẽs. imo teſte pħo i pdicamẽto ſubſtantie. omne ſuſceptiuũ contrariorum eſt ſubſtantia: ſed intellectꝰ eſt ſuſceptiuꝰ contrariorũ pariter et voluntas. ergo nec intellectus eſt accidens nec voluntas eſt accidẽs. minor patet: intellectus ſuſcipit ſucceſſiue opiniones cõtrarias. imo aſſenſus contradictorios. pari forma voluntas ſuſcipit ſucceſſiue amorem ꝛ odium reſpectu eiuſdeꝫ obiecti: igiꞇ minor vera. Ad hoc rñdetur negando minorẽ: et ad probationeꝫ rñdet doctor ſñctus: ꝙ opiniones contrarie ꝛ aſſenſus ꝛ diſſenſus amor ꝛ odiũ non ſubiectanꞇ in intellectu aut volũtate ſed in eſſentia anime. Contra hoc replicatur: poſito ꝙ intellectus beatꝰ ſeparetur ab anima poſt ꝗ̃ eſt accidens diſtinctũ ab ea: tunc habebitur ꝙ accidens eſt beatum eſſentialiter. Ad hoc rñdet doctor ſctũs non admittẽdo: ꝙ intellectus ꝗuis ſic accidens poſſit ſeparari ab anima: quod videtur mirabile. ſ. ꝙ diuis deus nõ poſſit ſeparare tale accidens a ſubſtantia cui ineſt. imo nequit ſeparare intellectum a volũtate vel memoria: ꝛ tamen ſunt accidẽtia realiter diſtincta.

¶ Tertio arguitur. ſi tales potẽtie anime ſunt accidentiaque fluunt ab eſſentia anime: aut anima eſt priñcipium productiuũ taliũ accidentiũ vel non nullum iſtorum poteſt dari: igitur tales potentie ſeu accidentia non fluunt ab ipſa anima: quod non poſſit dari primũ patet: quia qua ratione anima eſt principium talium accidentium immediatum eadeꝫ ratione anima eſt principium propinquum ꝛ immediatum reſpectu omnium aliorum accidentium que ſibi inſunt: qđ non poſſit dari ſcđm patꝫ quia tunc eſt abitio in infinitum: nã ſi mediante alio accidente eſt principium iſtorum: queretur iterũ de illo: et ſic redibit eadem difficultas: vel erit proceſſus in infinitum. Ad hoc argumentum reſpondetur negando minorem: et datur primum membrum: et ad probationem negatur aſſumptum ꝛ datur diſcrimẽ: quia talia accidentia ſunt ſibi connaturalia.

¶ Alia eſt opinio doctoris ſubtilis tenentis: ꝙ potẽtie anime ſenſitiue realiter diſtinguntur ab anima licet non ſint accidentia: ſed potentie anime intellectiue non diſtinguntur ab anima intellectiua: vnde dicit ꝙ potẽtia ſenſitiua eſt agregatũ ex anima ꝛ corpore: et ſic patꝫ ꝙ anima non eſt potentia ſenſitiua: ſꝫ pars potentie ſenſitiue.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. nulla forma ſimplex reci-

pitur primo ꝛ immediate in compo
ſito: ſed in altera parte compoſiti: ſȝ
ſenſatio eſt forma ſimplex. ergo nõ
recipitur in toto compoſito imme-
diate: ſed in altera parte eius. Ad
hoc argumentum niſi negetur ma-
ior difficile eſt reſpondere. Et ſi ne-
getur videtur mirabile ꝙ talis for-
ma ſimplex ꝛ abſoluta inſit toti com
poſito et nulli parti. ¶Contra iſtam
ſolutionem arguitur: anima intelle-
ctiua ẽ memoria ſenſitiua. ergo ani
ma ſenſitiua eſt quelibet eius poten
tia ſenſitiua: añs ꝓbatur: in anima
ſeparata manent ſpecies ſenſibiles
ergo ĩ anima ſeparata a corpore eſt
memoria ſenſitiua: añcedens proba
tur. anima ſeparata habet diſtinctã
memoriam ſingularium ſenſibiliũȝ
ergo in anima ſeparata ſunt ſpecies
ſenſibiles. Ad hanc replicam reſpõ
detur negando añs: et ad probatio
nem negatur iterum añs: et ad pro
bationem negatur ꝯña: nam anima
ſeparata non recordaẽ ſingularium
ſenſibilium per ſpecies ſenſibiles:
ſed per ſpecies intelligibiles. ¶Con
tra iſtam opinionem arguitur etiaȝ
auctoritate diui Auguſt. 12. ſuper ge
neſim dicentis. Neqꝫ corpus ſentit
ſed anima per corpus: ſi autem cor
pus reciperet ſenſationem a deo be
ne ſentiret ſicut anima. et in. 14. lib.
de ciuitate dei inquit. Dolores qui
carnis dicuntur anime ſunt in carne
Ad iſtas duas auctoritates auguſt.
reſpondetur: ꝙ Aug⁹. ſolum intelli
git: ꝙ talia magis principalit̃ pro-
ueniunt ratiõe anime quã ratione
carnis.

¶Alia eſt opinio Gregorij de
arimino: iuxta quam reſpondetur ꝑ
aliquas ꝯcluſiones quarum prima
eſt iſta. Potentie ſenſitiue non di
ſtinguntur ab anima ſenſitiua. Iſta
ꝯcluſio probatur. ſi potentia ſenſiti
ua diſtingueretur ab anima ſenſiti
ua forma ſimplex daretur que neceſ
ſet corporea nec incorpora: ꝯſequẽs
eſt impoſſibile: igitur ſequela patet
de ſenſatione. Secunda conclu. eſt
iſta. potentie anime intellectiue nõn
diſtinguntur ab anima intellectiua
¶Tertia ꝯcluſio eſt iſta. potentie ani
me intellectiue non diſtinguũtur rea
liter ab inuicem. Iſte due ꝯcluſiões
et ſi pateãt ex auctoritatib⁹ diui Au
guſt. citatis: affertur tamen adhuc
vna alia auctoritas eiuſdeȝ diui Au
guſt. in ſermone de imagine expreſ
ſe aſſerentis. anima eſt intellectus:
anima eſt memoria: anima eſt volũ
tas.

¶Contra iſtas cõclu. arguitur
teſte dioni. in. 2. ca. de celeſti hierar
chia. Celeſtes ſpiritus diuiduntur
in eſſentiam virtutem et operationẽ
ergo a fortiori anime ſiue ſenſitiue
ſiue intellectiue diuiduntur in eſſen
tiam virtutem et operationem: et ꝑ
cõſequens ſiue potentia vel virtus
diſtinguitur ab anima. Ad hoc argu
mentum diui Thome rñdetur: ꝙ ta
lis diuiſio dionyſij non eſt realis: ſȝ
rationis. Contra iſtam ſolutionem
arguitur. potentia ꝛ actus diuidunt
ens: et quodlibet gen⁹ entis ꝛ opor
tet ꝙ illa que diuidunt aliquod gen⁹
non referantur ad idem genus: ſed
actus non eſt de genere ſubſtantie:
ſed accidentis. ergo potentia anime
non eſt de genere ſubſtantie.

Hec ratio diui Tho. multa aſſumit falſa: nam actus ſ. capiatur pro re ſignata ſicut debet capi ad hoc ꝙ argumentū habeat apparentiā certuȝ eſt ꝙ ē de genere ſubſtātie. Si vero capiat pro ieipſo argumentum non eſt ad propoſitum. Similiter aſſumit maiorem falſam ⁊ minorē: nam poſſibile ē: imo ita accidit: ꝙ aliqua membra diuidentia referuntur ad idem genus: ⁊ aliqua non referūtur Contra iſtam ſolutionem arguitur ſequeretur ſi anima eſſet principiuȝ ſiue potentia ꝙ habens animā ſemper haberet opera vite: ꝯñs eſt falſum: ſequela probatur. aīa eſt principium et eſt actus: ergo ſemper exercet opera vite. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: ratio eſt manifeſta: quia anima non eſt actus reſpectu operationum vitalium ſed reſpectu materie quam informat. Et ſi arguas potentia eſt de ſecūda ſpecie qualitatis: igitur eſt accidens Diſtiguitur aūs vel loqueris de iſto termino potentis: et ſic nihil ad propoſitū: vel loqueris de re ſignata: ⁊ ſic conceditur illud et negatur ꝯña intelligendo vniuerſaliter de qualibet potentia: nam aliqua eſt ſubſtantia et aliqua eſt accidens. Iam ſpecialiř arguitur contra primam cōcluſionem auctoritate diui Augu. in. 2. lib. de trinitate dicentis: ꝙ ſenſatio recipitur tam in anima ꝗ̄ in corpore: et in. 10. eiuſdem et in. 10. ſuper geñ. ait. Veriſſime dictum eſt: caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: et ſpiritus aduerſus carnem: tamen carnem ſine anima nihil poſſe concupiſcere putó. Inſuper phĩo. in li. de ſomno et vi inquit. Neq̧ anime proprium eſt ſentire neq̧ corporis Ad iſtas auctoritates reſpondetur ꝙ ſolum intelliguntambo: ꝙ anima ſeparata non poteſt ſentire neq̧ caro poteſt ſentire abſq̧ anima: et nihil aliud pretendunt.

¶ Propterea arguitur ratione contra eandem concluſionem. ſequeretur ꝙ ſola anima ſuſciperet ſenſationem: ꝯſequēs eſt falſuȝ: igitur falſitas ꝯñtis probatur. ſequeretur ꝙ anima ſeparata poſſet ſentire: et ſic organum non eſſet neceſſario requiſitum ad ſentiendum: ꝯſequens eſt falſum: igitur ſequela probatur. volo ꝙ dominus deus conſeruet aliquam animam ſeparatam cum aliqua ſenſatione: igitur ſequela vera. Ad hoc argumentum reſpondetur concedendo ſequelam et negando minorem: et ad probationem conceditur iterum ſequela et negatur minor procedendo de potentia dei ſupernaturali. imo eſt concedendum: ꝙ aīa ſeparata poteſt habere omnes ſenſationes quas habet in corpore: ſi dominus ſupleat vicem organorum: et ſic habebit talis anima noticiam viſiuam auditiuam olfatiuam et ſic de alijs.

Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ tantum eſſet vnus ſenſus in homine. ꝯſequēs eſt falſum: igitur ſequela probatur: eadem anima eſt ſenſus viſus auditus odoratus ⁊c. igitur ſequela eſt vera: iam probatur falſitas cōſequētis. ſequeretur ꝙ ſenſatio eſſet intellectio: et

econtra: et idem eſſet appetitus intellectiuus et ſenſitiuus rationalis et irrationalis. cõſequēs eſt falſum: igitur. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: et ad probationem negatur ꝯſequētia: ſed bene conceditur: ꝙ eadem res eſt quinqꝫ ſenſus: et ſenſus cõmunis et ſenſus interior et exterior accipiendo ſenſum pro potentia. Et ſic eadem res eſt ſenſus auditus viſus guſtus odoratus et tactus: non tamen eſſet concedendum accipiendo ſenſum pro organo. Pari forma conceditur ꝙ eadem noticia eſt ſenſatio et intellectio. Et eadem res etiam ſenſus et intellectus capiendo ſemper ſenſuꝫ pro potentia ſenſitiua et non pro organo. Pari forma eadeꝫ res eſt appetitus ſenſitiuus et intellectiuus rationalis et irrationalis. Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ viſio eſſet in aure et in pede ⁊ auditio in oculo. cõſequēs eſt falſuꝫ igitur falſitas ꝯſequētis probatur. ſequeretur ꝙ homo videret per auditum et pedem et audiret per viſū ꝯſequens eſt abſurduꝫ: igitur ſequela probatur. eadem anima que eſt in viſu in aure. ergo viſio eſt in aure et auditio in oculo. Ad hanc replicaꝫ reſpondetur negando ſequelam: et ad probationem negatur ꝯſequētia ſed bene conceditur ꝙ viſio eſt in aliqua re que eſt in aure et pede: et tamen talis viſio non eſt in aure nec in pede.

De creatione anime vtruꝫ de aliquo facta ſit vel non. et quando facta. et quā gratiaꝫ habuerit in creatione.

Diſtinctionis XVII

Je de origine anīe plura queri ſolent: ſalicet vnde creata fuerit ⁊ quādo et quam gratiam habuerit in creatione? Sicut hominis formatio ſecundum corpus deſcribitur cum dicitur. Formauit deus hominem de limo terre: ita eiuſdem ſecundum animaꝫ factura deſcribitur cum ſubditur: ⁊ inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite. Corpus enim de limo terre formauit deus cui animam inſpirauit. vel ſecundū aliam litteram flauit vel ſufflauit: non ꝙ faucibus ſufflauerit: vel manibus corporeis corpus formauerit. Spiritus enim deus eſt: nec lineamentis membrorum compoſitus. Non ergo carnaliter putemus deum corporeis manibus formaſſe corpꝰ vel faucibus inſpiraſſe animā: ſꝫ potius hominē de limo terre ſecundū corpꝰ formauit iubēdo ⁊

volēdo.i.voluit et verbo ſuo iuſſit vt ita fieret. et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vite.id eſt ſubſtātiā anime in qua viueret: creauit. non de materia aliqua corporali vel ſpirituali.ſed de nihilo.

Opinio quorundam hereticorum qui putauerunt aīaʒ eſſe de ſubſtantia dei.

¶ Putauerunt enim quidā heretici deuʒ de ſua ſubſtantia animā creaſſe verbis ſcripture pertinaciter inherentes. quibus dicitur inſpirauit vel īſufflauit ⁊c. Cuʒ flat inquiunt vel ſpirat: homo de ſe flatum emittit. Sic ergo cum dr̄ deus flaſſe vel ſpiraſſe ſpiraculum in faciem hoīs.ex ſe ſpiritum hoīs emiſiſſe intelligitur.i.de ſua ſubſtātia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictum eſſe ſufflauit vel flauit id eſt flatuʒ hoīs.ſ.animā fecit. Flare eñ eſt flatum facere. flatum facere eſt animam facere Vñ dn̄s per yſaiam. Omē flatū ego feci. Non ſunt ergo audiendi qui putant aīam eſſe partem dei. Si eñ hoc eſſet: nec a ſe nec ab alio decipi poſſet.nec ad malum faciendum vel patiendum compelli.nec in melius vel deterius mutari Flat⁹ ergo quo hominē animauit factus eſt a deo. non de deo nec de aliqua materia ſed de nihilo.

Hic qn̄ facta ſit anima. an añ corpus an in corpore.

¶ Sed vtruʒ in corpore vel extra corpus etiam inter doctos ſcrupuloſa queſtio eſt Aug. eñ ſuper Gen̄. tradit aīam cum angelis ſine corpore fuiſſe creatam poſtea vero ad corpus acceſiſſe. neqꝫ cōpulſa eſt in corporari ſed naturaliter illud voluit.i.ſic creata fuit vt vellet.ſicut naturale nobis eſt velle viuere. Male autēʒ velle viuere.non nature ſed volūtatis eſt perverſe Alij vero dicūt animā primi hominis in corpore fuiſſe creatam.ita exponētes verba illa. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite id eſt aīam in corpore creauit que totum corpus animaret faciem tñ ſpecialiter expreſſit. qꝛ hec pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora Sed quicquid de anima primi hominis eſtimetur de alijs certiſſime ſentienduʒ eſt qꝫ in corpore creētur. Creādo eñ infundit eas deus.⁊ infundendo creat. Dicenduʒ eſt etiaʒ ani

mam illam non ſic eſſe creatam: vt picia eſſet operis futuri iuſti vel iniuſti.

In qua etate deus hominē fecerit.

¶ Solet etiam queri vtrū deꝰ hominem repente in virili etate fecerit an proficiēdo ꝛ etates augendo. ſicut nunc format in matris vtero? Aug. ſuper Geñ. dicit qḋ adam in virili etate continuo factus eſt. ꝛ hoc ſcḋm ſuperiores non inferiores cauſas. i. ſcḋm voluntatē ꝛ potentiā dei quam nature generibus nō alligauit qualiter ꝛ virga moyſi cōuerſa eſt in draconem. Nec talia contra naturam ſunt. niſi nobis quibus aliter nature curſus innotuit. deo aūt natura eſt qḋ facit. Non ergo contra diſpoſitionem ſuam illud fecit deus Erat eñ in prima creaturarum cōditione ſic hoīem poſſe fieri. ſed nō ſibi erant neceſſe vt ſic fieret hoc eñ non erat in conditione creature. ſed in beneplacito creatoris cuius volūtas neceſſitas eſt Hoc enim neceſſario futurū eſt qḋ vult et preſcit. Multa vero ſcḋm inferiores cauſas futura ſunt. ſed in preſcientia dei futura non ſunt. Si aūt ibi aliter futura ſunt potius futura ſunt. ſicut ibi ſunt vbi preſcit ille qui nō poteſt falli. Sic ergo factus eſt adam nō ſcḋm inferiores cauſas. qꝛ non erat in rerū cauſis ſeminalibus vt ita fieret. ſed ſcḋm ſuperiores non contra naturā operantes. qꝛ in rerum cauſis naturalibus erat. vt ita poſſet fieri.

Quod homo extra paradiſum creatus in paradiſo ſit poſitus ꝛ quare ita factū ſit.

¶ Hominem autem ita formatum tulit deus. vt ſcriptura docet ꝛ poſuit in paradiſo voluptatis quem plantauerat a principio. His verbis aperte moyſes inſinuat ꝙ homo extra paradiſum creatus poſtmodum in paradiſo ſit poſitꝰ. Qḋ ideo factū dꝛ. qꝛ non erat in eo permanſurus. vel vt nō nature ſed gratie hoc aſſignaret. Intelligitur aūt paradiſus localis et corporalis in quo homo locatus eſt. Tres enim generales de paradiſo ſententie ſunt. Una eorum qui corporaliter itelligi volūt tm̄. Alia eorum qui ſpiritualiter tm̄. Tertia eorum qui vtroqꝫ modo paradiſum accipiunt Tertiam mihi placere fateor. vt hō in corpo

rali paradiſo ſit poſitus: qui ab illo principio plantatus accipi poteſt: quo terram omnez remotis aquis herbas ꝛ ligna producere iuſſit. Qui et ſi preſentis eccleſie vel future typum tenet ad litteram tamen intelligenduz eſt eſſe locum ameniſſimuz fructuoſis arboribus magnuz ꝛ magno fonte fecundum: quod dicimus a principio antiqua tranſlatio dicit ad orientez. Unde volunt in orientali parte eſſe paradiſum longo interiacente ſpacio vel maris vel terre regionibus quas incolunt homines ſecretum: ꝛ in alto ſitum vſqꝫ ad lunarem circulum pertingentem. Unde nec aque diluuij illuc peruenerunt.

De lignis paradiſi inter que erat lignum vite et lignum ſcientie boni et mali.

¶ In hoc autem paradiſo erāt ligna diuerſi generis inter q̄ vnū erat quod vocatum eſt lignum vite: alterum vero lignum ſcientie boni et mali. Lignum autez vite dictum eſt ſicut docet Beda ꝛ Strabus: quia diuinitus accepit hanc vim: vt qui ex eius fructu comederet: corpus eius ſtabili ſanitate perpetua ſoliditate firmaretur: nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deterius vel in occaſum laberetur. Lignum autem ſcientie boni et mali: non a natura hoc nomē accepit: ſed ab occaſione rei poſtea ſequte. Arbor enim illa non erat mala: ſed ſcientie boni et mali: ideo dicta eſt: quia poſt prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura: qua homo experiendo diſceret quid eſſet inter obedientie bonum et inobedientie malum. nō ergo de fructu qui naſceretur inde poſitum eſt illud nomen: ſed de re tranſgreſſionez ſequta. Cognouit enim homo priuſqꝫ tangeret hoc lignum bonum ꝛ malum: ſed bonum per prudentiaz et experientiam: maluz vero per prudentiam tantuz. Quod etiā per experientiam nouit vſurpato ligno vetito: quia per experiētiaz mali didicit quid ſit inter bonum obedientie et malum inobedientie. Si vero primi parentes obedientes eſſent: nec cōtra preceptum peccaſſent: non ideo tamen minus diceretur lignum ſcientie boni et mali: quia hoc ex eius tactu accideret ſi vſurparetur. A ligno ergo homo prohibitus eſt quod malum non erat vt ipſa precepti conſeruatio bonum illi eſſet tranſgreſſio malum

Nec meliꝰ cōſiderat ꝙtū malū ſit inobediētia ꝙ̄ hoc modo. cū ſcȝ iō reus factꝰ eſſet hō itelligit. qꝛ prohibitꝰ rē tetigit. quā ſi nō prohibitꝰ tetigiſſet nec peccaſſet nec penā ſenſiſſet. Si eīn venenoſam herbā ꝓhibitꝰ tetigeris. pena ſequit. ⁊ ſi nemo ꝓhibuiſſet: ſimuliter ꝓſequeret. Si etiā prohibet res tāgi q̄ nō tangenti tantū ſed prohibenti obeſt. ſicut aliena pecunia. ideo prohibitū eſt peccatum. quia prohibēti eſt damnoſū. Cum vero tangitur quod nec tangenti obeſt ſi nō ꝓhibetur. nec cuilibet ſi tangatur. ideo prohibetur vt per ſe bonū obedientie ⁊ malum inobedientie mōſtretur. Sicut primꝰ hō a re bona prohibitus penam incurrit. vt nō ex re mala. ſed ex inobidientia pena eſſe monſtretur ſicut ex obedientia palma.



Circa decimā ſeptimā diſtinctionē querit primo vtrum aīa rōnalis fuit de ſubſtātia dei producta vel de potentia. materie ducta aut ab āgelo cauſata Pro huius q̄ſtionis enodatione eſt aduertēdū ꝙ īter philoſophos fuit vna opinio erronea tenēs ꝙ aīa hominis erat intellectꝰ diuinꝰ ſiue deꝰ ita ꝙ ſi aīa cōſiderabat in ſe diceba tur deꝰ ſi vero conſiderabatur vt ꝑficiebat corpꝰ dicebat aīa hūana iȝ hec opinio eſt adeo ſtulta ꝙ non indiget niſi chachino. Eſt alia opinio nō minꝰ ſtulta ⁊ impia manicheorū aſſerētiū ꝙ ſpūs rōnalis eſt de natura ⁊ ſubſtācia dei imaginātur manichei oīm deū eſſe quādā lucē corporeā vt puta ſolē quē videmus ⁊ aīam noſtrā rōnalem eſſe partē talis lucis diuine ponūt tñ manichei duas aīas in homine vt refert. aug. in. lib. de duabꝰ aīabus quarū vna inclinat ad bona ⁊ iſta nō pōt facere niſi bonū: ⁊ ꝓducta eſt a deo alia vo inclinat ad malū ⁊ nequit facere bonū ⁊ iſta facta eſt a malo principio ſed hec opinio manifeſtā implicat cōtradictionē nā ſi aīa nr̄a facta eſt de ſubſtācia dei: ſequitur manifeſte ꝙ eſt facta ⁊ nō eſt facta nam nulla pars ſubſtātie dei eſt facta ergo nec aīa nr̄a ſi ſit ps ſubſtātie dei. Tertia opinio eſt ꝙ aīa educit ex aīa ſicut caro ex carne. Quarta opinio eſt auctoris de cauſis ꝙ aīa producat ab intelligentia ſiue angelo.

¶ Cōtra iſtas duas opiniones ſūt expſſe. auct. ſacre pagine. Pria eſt in. 2. ca. geñ. ſ. deꝰ inſpirauit i faciē eiꝰ ſpiraculū vite. Scđa habet ꝑo. 32. Qui finxit ſigillati corda eoꝝ .i. aīas eoꝝ. Tertia ē yſaye. 57. dicētis i pſōa dei. Oēȝ flatū. i. aīaȝ ego feci. Quarta ē eiuſdē dicētis q̄ finxit ⁊ fecit te ī vtero. Quīta eſt zacharie dicētis q̄ plaſmauit aīaȝ hoīs in eū preterea adā geñ. 2. dixit hoc nunc os ex oſſibus meis ⁊ caro de carne

mea: et nõn dixit anima de anima mea: et certũ eſt ꝙ ſi anima eue fuiſſet producta de anima ade: ipſe adã dixiſſet et anima de anima mea: ſed optime norat primus parens ꝙ anima eue a ſolo deo fuit producta: idcirco non dixit et anima de aïa mea

¶ Propterea aliter ad titulum queſtionis rñdetur per aliquas conclu. quarum prima eſt iſta. nulla anima eſt facta de ſubſtantia dei. iſta cõclu. patet ex notabili. Secũda ꝯclu. eſt iſta. nulla anima ratiõalis eſt facta ab intelligentia. iſta cõclu. patet ex auctatibus allegatis. Tertia conclu. eſt iſta. nulla anima rationalis educta eſt de põtentia materie. iſta cõclu. probatur. ad hoc ꝙ aliqua forma educatur de potẽtia materie: vt declaratum eſt in p̄ſo philoſo. requiritur ꝙ producens talem formã neceſſario preſupponat materiam: ſed ꝓñs deus non preſupponit materiã in producendo animam rationalem ergo nulla anima rationalis educta eſt de potentia materie. Quarta cõclu. eſt iſta. quelibet anima rationalis a ſolo deo creatur: et in creando infunditur: iſta cõclu. patȝ: quia nulla creatura valet attingere ad productionem anime ratiõalis propter eius dignitatem.

¶ Contra primã conclu. arguitur ſic geñ. 2. habetur. Formauit deus hominem de limo terre et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite ſed ille qui inſpirat aliquid emittit. ergo anima rationalis facta eſt de illo quod exiuit a domino deo: ſȝ quicquid eſt in deo eſt deus. ergo anima rationalis facta eſt de ſubſtantia dei. Ad hoc argumentũ rñdetur ꝙ ly in ſpirauit in aucte allegata non capitur vt eſt aliquid a ſe emittere: ſed capitur loco iſtius ſpũm produxit: ſed argumentum iſtud eſt validum contra mahometũ ad probandum ꝙ ſaluator noſter eſt verus deus: nam tenet in alcorano: ꝙ deus inſpirando ⁊ anhelitũ emittendo impregnauit virginem: nam talis anhelitus dei eſt ſubſtantia dei: et per ꝯñs deus quũ quicquid ſit in deo eſt deus. Contra iſtam ſolutionem arguitur duabus auctoritatibus. Prima habetur eccleſiaſtes vltimo cap. donec puluis reuertatur in terram: vnde erat et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. ergo ſi homo eſt de terra quantum ad carnem erit de ſubſtantia dei quãtũ ad animã. Scḋa auctas eſt apľi actuum. 17. dicentis de ſeipſo et aliis apoſtolis. Genus dei ſumus: ſed illa que ſunt eiuſdem generis ſunt eiuſdem nature et non quantum ad corpus. ergo quantum ad animam. Ad primã auctoritatẽ negatur ꝯñs: quia licȝ anima redeat ad deum: non propterea ſequitur ꝙ ſit de ſubſtantia dei: nam ideo redit vt iudicet ipſam. Ad aliam auctem reſpondetur ꝙ apoſtolus intelligit per adoptionem et ſimilitudinem: et non per naturam. Et ſi arguas omnia corporalia facta ſunt ex vna materia. ergo omnia ſpiritualia facta ſunt ex deo. negatur ꝯñs ⁊ ratio eſt: quia deus non eſt in potentia ad aliquid ſuſcipiendũ quod perficiat ipſum. materia vero eſt in potentia vt perficiatur. Et ſi vlterius arguas

anima rationalis eſt immortalis ꝑ
naturã; ergo eſt deus: negatur pña
ratio eſt: quia hoc donum etiam im-
mortalitatis habet a domino deo.

¶ Queritur ſecũdo circa eandẽ
diſtinctionẽ: vtrum anima rationa
lis ſit producta ante corpus aut in
corpore vel poſt corpus. Pro hui⁹
queſtionis intelligentia eſt aduertẽ
dum ꝙ origenes poſuit non ſolum
animam primi hominis verum ani
mas omnium hominum ante corpo
ra ſimul cũ angelis creatas eſſe cre
didit em̃ oẽs ſpirituales creaturas
eſſe eiuſdem ſpeciei: et ſolum meri-
to diſtare ſic ꝙ quedam eorum cor-
poribus alligantur: quedam vero in
ſua puritate ſecundũ diuerſos ordi
nes remanẽt. Sed hec opinio repu-
tatur heretica: nã ſequeretur ꝙ ani
me noſtre fuiſſent longo tempore ſi
ne peccato originali: et ſine aliquo
merito aut demerito: patet de toto
tempore lapſo anteꝙ̃ informarent
corpora noſtra: ſed de anima primi
parẽtis eſt difficultas an fuerit crea
ta ante corpus: nam Aureli⁹ augu.
ſuper geneſim dicit animam primi
parentis cum angelis ſine corpore
fuiſſe creatam. In alijs vero locis
loquitur dubitatiue ꝙ̃uis hec opinio
diui augu. ſit deffenſabilis nihilomi
nus non reputatur a doctoribus ca-
tholicis rationabilis. Propterea po
nitur cõclu. rñſiua ad titulũ queſtio
nis talis ꝙ nulla anima rationalis
producta eſt ante corpus: ſed ſimul
cum corpore quod informat. Iſta
ꝯclu. probatur. dato oppoſito ſi ali-
qua anima eſſet producta ante cor-
pus: ſequeretur ꝙ quilibet homo na
ſceretur cum duplici peccato. ſ. origi
nali ⁊ actuali. ꝯñs eſt hereticum: igi
tur ſequela probatur. iam quelibet
homo naſcitur cum peccato origina
li iuxta ap̃lũ ad rom. Omnes in adã
peccauerunt: ⁊ ꝙ quilibet naſcatur
cum actuali probatur: quilibet ani-
ma peccat quando informat corpus
de nouo: igitur habet peccatũ actua
le. añs probatur: quelibet anima an
te iformationẽ eſt ſine pctõ ⁊ ſcit qꝺ
ſi informet corpus incurret peccatũ
originale. ergo peccat: pña tenet: qꝛ
quicũq; ſe exponit periculo pecca-
ti obuenienti ⁊ confundenti peccat igi
tur cõclu. vera.

¶ Contra iſtã conclu. arguitur
Gen. pri͂o habetur. Faciamus homi
nem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem
noſtram: et hoc dictum eſt ſexto die
ſed ſeptimo die ſubditur. Formauit
hominem deus de limo terre: igitur
prima formatio ad animã refertur
⁊ ſecunda ad corpus. Ad hoc argu-
mentum rñdetur negando pñam: ⁊
ratio eſt: quia ſcdm̃ dictum poſitum
eſt per epilogum. Contra iſtam ſo-
lutionẽ arguitur. ſicut homo ex par
te corporis communicat cum brutis
ita ex parte anime cõmunicat cum
angelis ſed corpus hominis produ
ctum eſt eodem die cum animalib⁹
igitur eodem die quo producti ſunt
angeli producta eſt anima ratiõalis
Ad hanc replicam reſpõdetur negã
do pñam: et ratio eſt: quia anima nõ
habuiſſet perfectũ eſſe: ⁊ meruiſſet
vel demeruiſſet ante informationẽ
corporis. Et ſi dicas anima eſt eter
na: igitur pri⁹ eſt producta ꝙ̃ corp⁹
negatur etiam pña intelligendo de:

eternitate aparte poſt. Et ſi vlteriꝰ arguas. anima rationalis eſt ꝓpinquior deo ꝙ corpus: et non depẽdet a corpore. ergo fuit producta ante corpus: negatur ꝯña: ratio eſt: quia anima non habet eſſe completum ſine ipſo corpore.

¶ Queritur tertio circa eandẽ diſtinctionem: vtrum preter animã intellectiuam ſit aliqua alia forma ſubſtãtialis in homine. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertẽdum ꝙ circa hanc difficultatem varie volitant opiniones. Prima eſt anaxagore dicentis: in quolibet cõpoſito omnes formas eſſe: nam aſſerit: ꝙ quodlibet fit ex quolibet. Sed hec opinio ſatis fuit impugnata a pħo ⁊ me. in. 3. cap. primi phiſoſophorum. Alia eſt opinio auicenne ⁊ cõmentatoris: et aureoli ponentiũ in mixto formas elementorum q̃uis diuerſimode: ſed iſte tres opiniones a me ſufficiẽter fuerunt eliminate in vltima queſtiõe primi lib. de gener. ⁊ corrup. Alia eſt opinio multiplicãtium formas ſcd̃m numerum predicatorum quiditatiue predicabilium de compoſito naturali: ⁊ ſic in homine eſt vna forma ſcd̃m quã dicitur homo. Sed iſta opinio nequit deffẽſari: quia tunc in quolibꝫ compoſito naturali eſſent infinite forme: nam infinita ſunt dabilia predicata de tali compoſito predicabilia. Inſuper ſequeretur ꝙ infinite eſſent entitates in quolibet angelo poſtq̃ infinita ſunt dabilia predicata predicabilia quiditatiue de angelo. Alia ẽ opinio multiplicantium formas ſubſtãtiales ſcd̃m numerũ partiũ hetherogenearũ: et ſic in homine alia eſt forma oſſis alia carnis: alia nerui et alia ſanguinis. Alia eſt opinio platonis ⁊ aliorum multiplicãtiũ formas ſcd̃m vitalia opera diſtincta ſpecie: ⁊ ſic alia eſt viſiua anima in homine alia auditiua ⁊ guſtatiua ⁊c. Alia eſt opinio ponentium duas formas. ſ. intellectiuam: ⁊ formam corporeitatis: et iſtam opinionem quidã aſcribunt diuo Tho. in quodam tractatu de materia: ſed non creditur eſſe eiꝰ nam oppoſitũ ponit ſctũs Tho. in prima parte: et in lib. de anima et in li. de potẽtia dei: ⁊ in. 9. et. 11. quolibetis. Alia eſt opinio ponentiũ tres animas. ſ. corpoream ſenſitiuam et intellectiuam et iſtam opinionẽ ĩ multis locis expreſſe tenet Guillermus ochã.

¶ Contra iſtas opiniones arguit diuus Tho. primo ſic. ſequeretur ꝙ nullum eſſet vnũ animal. imo nullum eſſet ens vnum ſaltem naturaliter. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: a forma habet compoſitum naturale eſſe. ſi ergo ab vna forma habet vnum eſſe: ⁊ ab alia aliud eſſe: ſequitur ꝙ nullum eſt vnum ſꝫ plura. Scd̃o arguit ſic docet experiẽtia ꝙ ſi aliqua operatio aĩe eſt multum intẽſa impedit aliam operationem: et hoc non contingeret niſi eẽt vnica forma in homine. ergo ſolum ponenda eſt vnica forma. Tertio arguitur ſic. ſequeretur: ꝙ nihil generaret ſimpliciter neq; homo neq; aliquod animal nec aliquid aliud. ꝯñs eſt cõtra experientiã: igitur ſequela probatur. nullum tale acciperet eſſe ſimpliciter: ſed ſolũ ſcd̃m quid: igiꝫ

nullum tale generaretur ſimpliciter ¶ Contra iſtas opiniones etiā eſt articulus pariſienſis: ſed q2 fortaſſe dices arti.pari.non tranſire ſecanam arguit aucte diui Augu.in.10.li.ſuper geſi.dicentis. Anima rationalis non ſolum carni prebet animalem vitam: verū etiā ſcōm ipſam carnem aliquid concupiſcit: igitur fruſtra ponitur ſenſitiua anima diſtincta ab intellectiua. Si dicas q diuus auguſt. non loquutus eſt reſolutorie ſup geſi. ¶ Contra hoc arguitur aucte eiuſdem diui Augu.in.15.ca.de quātitate anime eandem ſententiam ponentis. ¶ Preterea in.15.ca. de eccleſiaſticis dogmatib9 habetur. Nec duas animas dicimus in homine ſicut Jacobus z alij ſiriorū ſcribunt vnam animalem qua animatur corpus z mixta eſt ſanguini: et alteram rationalē ſiue ſpiritualem que rationem miniſtrat. Sed dicimus vnā eandemq eſſe animam in homine que z corp9 ſua ſocietate viuificat: et ſeipſā ſua ratione diſponit: habens in ſe libertatem arbitrij: vt in ſua ſubſtantia eligat quas vult cogitationes. Huic etiam dogmati eccleſiaſtico fauet damaſcenus in.15.capite.2.lib.

¶ Iſtis notatis rñdetur per duas concluſiones quarū prima eſt iſta. In nullo cōpoſito naturali ſunt ponende due forme ſubſtantiales. iſta conclu.patet. ſi tale compoſitū naturale haberet duas formas non eſſet vnum ens: ſed eſſet duo entia. ergo impoſſibile q aliquod compoſitum naturale habeat duas formas ſubſtantiales. Secunda concluſio eſt iſta. In homine non eſt ponenda niſi vna forma ſubſtālis. iſta concluſio ſatis patet ex auct.citatis.

¶ Contra ambas cōclu. arguitur ſic. homo eſt corpus et non per animā rationalem. ergo per formā corpoream: et per pñs ponenda eſt vna alia anima vltra animam rationalem. minor patet. anima rōnalis eſt indiuiſibilis: et corpus eſt diuiſibile in tres dimenſiones. ergo homo non eſt corpus per animam rationalem. Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertendum q iſte terminus corpus poteſt capi multiphariam. Uno mō capitur prout eſt de prepoſito quantitatis: et tunc eſt lōgitudo cum latitudine et profunditate. Alio modo capitur prout eſt de pdicamēto ſubſtantie: et adhuc tripharia m. Uno modo vt eſt genus ſub alternum ſubſtantie: ita vt tantum valet: ſicut res compoſita ex materia et forma. Alio modo capitur pro ſola materia. Tertio modo capitur pro materia organizata. ¶ Iſto notato facile eſt reſpōdere ad formam argumenti diſtinguendo maiorem: vel capiendo corpus vltimis modis: ſcilicet pro altera parte compoſiti: videlicet pro materia: aut materia organizata: et ſic negatur illa: vel capiendo primis duobus modis: et ſic conceditur illa et negatur minor: maxime capiendo ſecundo modo corpus: et ad probationem negatur conſequentia et capiendo primo modo: conceditur etiam minor et negatur conſequentia.

¶Contra iſtam ſolutionem arguitur
ſi hō eſſet corpus ſecūdo mō homo
eſſet compoſit⁹ ex materia ⁊ anima
rationali ſed hoc nō eſt dicēdū: igi
tur ſolucio nulla: minor patet vel li
materia capitur pro ſola materia ſe
cluſa forma vel vt includit formam
nullum iſtorū eſt dandum igitur mi
nor probatur ſequeretur ꝙ elemēta
eſſent cōpoſita ex corpore et forma
conſequens eſt falſum igitur.
Ad hanc replicā reſpōdetur negan
do minorē ⁊ adprobationē negatur
iterū minor ⁊ adprobationē diſtin
guitur ſequela vel capiendo corpus
vltimo mō ⁊ ſic negatur illa vel ca
piendo pro altera parte cōpoſiti et
ſic negatur illa ⁊ negatur minor.

¶Secundo arguitur ſic in ho
mine vltra animā rationalē eſt po
nenda vna alia anima igitur cōclu.
nulle aīs ꝓbatur: quando homo
moritur aliqua forma eſt i materia
⁊ nō aīa rationalis neq̄ aliqua alia
forma de nouo ꝓducta igit eſt alia
forma que p̄fuit diſtincta ab aīa rō
nali maior patet qꝛ alias daret ma
teria ſine forma: ⁊ tertia pars ante
cedenti probatur qꝛ non videtur qō
tam ſito producat de nouo alia for
ma maxime ſi talis hō decollet. Ad
hoc argumētum reſpondetur negā
do aīs ⁊ ad probationē negatur vl
tima pars añcedētis imo ꝙ primū
deſinit eē aīa rōnalis incipit eē vna
alia forma ſubſtātialis cadauerina.
Cōtra iſtā ſolutionē arguitur ſeque
retur ꝙ eadē forma cadauerina in
ſpecie produceretur alictore ⁊ a fe
bre cōſequens eſt falſum igitur ſe
quela patet de duobus hominibus
quorū vnus decollatur alter morit
febre nam in vtroq̄ producitur for
ma cadauerina iā probatur falſitas
cōſequentis febris ⁊ lictor differunt
ſpecie ergo non poſſunt producere
effectum eiuſdem ſpeciei.
Ad hanc replicā reſpondetur negā
do ſequelam ⁊ conſequenter dicen
dum eſt ꝙ tales forme cadauerine
differūt ſpecie poteſt etiā rñderi da
ta ſequela negando minorem nam
idem calor in ſpecie producitur ab
igni ⁊ ſole ſpecie differentibus.
¶Contra iſtam ſolutionem arguitur
ſequeretur ꝙ accidens migraret de
ſubiecto in ſubiectum cōſequēs eſt
falſum igitur ſequela patet qꝛ eadē
accidētia que erant in homine viuo
manent in homine mortuo ⁊ homo
mortuus eſt aliud ſubiectū quū ha
beat aliā formā igitur ſequela vera.
Ad hanc replicā reſpondetur conce
dendo ſequelā qꝛ nec illud inconue
nit quādo remanet eadem materia
in vtroq̄ ſubiecto.

¶Tertio arguitur ſic: ſequere
tur ꝙ corpus chriſti qō fuit in ſepul
cro nunꝙ fuiſſet pars humanitatis
chriſti cōſequens eſt falſū igitur ſe
quela probatur in ſepulcro tale cor
pus chriſti habuit aliquā formā ſub
ſtantialē quā nō habuit humanitas
xp̄i ergo tale corpus nūꝙ fuit pars
humanitatis chriſti antecedēs pro
batur non habuit corp⁹ in ſepulcro
animam rationalē ⁊ nō erat ſine for
ma nam alias daretur materia ſine
forma ergo corpus chriſti in ſepul
cro habuit aliquā formā quam non

habuit humãitas chriſti. Hoc argumentum eſt egregium cõtra diuum Tho. nam concludit iſtã diſiũctiuã ſcʒ dabilis eſt materia ſine forma: vel corpꝰ chriſti in ſepulchro habuit aliquam formã quã non habuit humanitas: vel humanitas xp̃i habuit duas formas ſubſtantiales: et quelibet pars huius diſiũctiue videtur eſſe contra diuũ Tho. ſed contra doctorẽ ſubtilẽ ⁊ nominales hoc argumentum nullam habet apparentiaʒ nam dicetur ꝙ corpus chriſti erat ſine forma in ſepulchro. Ideo aliter arguitur ſic. ſequeretur ꝙ homines chriſtiani peccarent adorando reliquias ſanctorum: ꝯñs eſt falſuʒ: igit̃ ſequela probatur. omnes chriſtiani adorando reliquias ſctõrũ adorant aliqua que nunꝗ̃ fuerũt partes ſanctorũ. ergo omnes chriſtiani peccãt adorando reliquias ſanctoruʒ. añs probatur. in reliquiis ſanctorũ ſunt forme cadauerine que nunꝗ̃ fuerũt partes ſanctoꝝ. ergo oẽs chriſtiani adorant aliqua que non fuerunt partes ſanctorũ. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem dicendum eſt ꝙ chriſtiani non adorant formas cadauerinas: ſed materias quibus inſunt forme cadauerine: et ex ꝯñti adorant agregatum ratione partis. Et quando adorarent etiam formas cadauerinas propter contactum ⁊ vnionem non propter ea xp̃iani peccant. Sed adhuc replicatur contra opinioneʒ ſancti Tho. nam capreolus ⁊ Herueus tenent ꝙ in ſepulchro ſimul cũ materia corporis xp̃i fuit producta forma cadauerina: et ſic incidunt in vnam partem diſiunctiue illatam ideo replicatur: ſequeretur ꝙ corpꝰ chriſti fuiſſet corruptũ cõſequẽs eſt hereticum ⁊ cõtra illud pſal. ꝑo. 15. nõ dabis. ſ. tuũ videre corruptionẽ igitur opinio eſt heretica: ſequela ꝓbatur ad hoc ꝙ forma cadauerina ꝓduceretur neceſſarium fuit aliquos humores corrumpi imo etiã fuit neceſſarium talẽ formã corrũpi qñ chriſtus reſurrexit igitur facta eſt corruptio in corpore chriſti. Preterea arguitur deducendo vnũ aliud inconueniens. ſ. ꝙ ſi diuus petrus conſecraſſet i triduo illud corpus qd̃ fuiſſet ſub ſpeciebus panis non fuiſſet eiuſdem ſpeciei cum corpore chriſti qd̃ eſt modo ſub ſpeciebꝰ panis cõſequens debet videri catholico abſurdũ igitur ſequela probatur illud corpus habuiſſet quandaʒ formam cadauerinam quã non habet corpꝰ quod eſt mõ ſub ſpeciebꝰ panis igitur ſequela vera. Idem argumẽtũ poteſt fieri de ſanguine ſi diuus petrus conſecraſſet in triduo vt patet intelligenti.

¶ Quarto arguitur ſic ſi vnica eſſet anima rationalis in homine ſequeretur ꝙ carnes ⁊ oſſa ⁊ nerui ⁊ ſanguis non differrent ſpecie conſequens eſt falſum igitur ſequela probatur oĩa iſta ſunt compoſita ex materia eiuſdẽ ſpeciei ⁊ forma eiuſdẽ ſpeciei ſcʒ rationali ergo oĩa iſta nõ differunt ſpecie iam probatur falſitas ꝯñtis oĩa iſta habẽt accĩdẽtia ꝓpria differentia ſpecie ⁊ ꝓprias operationes ſpecie differentes ergo diferũt ſpecie. Ad hoc argumẽtum ⁊

ſi ſequela videatur mirabilis neceſſario eſt concedenda ſecundū iſtam opinionem: ⁊ neganda eſt minor: et ad probationem neganda eſt ꝯña: patet inſtantia de puero et ſene de ethiope et germano. ¶Contra iſtam ſolutionem arguitur. in talibus partibus eſt forma ſenſitiua per quam vna pars diſtinguitur ab alia: igitur ſolu. nulla aña probatur aucte phi in lib. de geñ. dicētis: ꝙ embrio pri⁹ eſt animal ꝙ̄ homo. Ad hāc replicā rñdetur negando añs: et ad probationem dicit diuus Tho. ꝙ producitur anima ſenſitiua que poſtea corrumpitur per aduentuȝ forme rationalis. ¶Et ſi arguas in nutritiōe bruti producitur noua forma ſubſtantialis. ergo in nutritione hominis producitur noua forma ſubſtātialis. negatur ꝯña: ratio eſt quia aña rationalis ſufficit informare alimentum conuerſum in ſubſtantiam aliti.

¶Quinto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ anima ſenſitiua eſſet incorruptibilis. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probat. aña intellectiua eſt incorruptibilis: ⁊ omnis anima intellectiua eſt ſenſitiua. ergo ſenſitiua eſt incorruptibilis. iam probatur falſitas ꝯñtis. anima ſenſitiua et itellectiua differunt penes corruptibile ⁊ incorruptibile. ergo impoſſibile eſt aiam ſenſitiuam eſſe incorruptibileȝ. Ad hoc argumentum rñdetur concedendo ſequelam ⁊ negando minorem: et ad probationem dico: ꝙ illud habetur verum de anima ſenſitiua que ſolum eſt ſenſitiua: modo anima rationalis non ſolum eſt ſenſitiua: ſed intellectiua. ¶Contra iſtam ſolutionē arguitur. ſequeretur ꝙ idem corruptū numero poteſt reproduci naturaliter. ꝯñs eſt impoſſibile: igitur ſequela patet: ſi ſcindatur fruſtruȝ carnis ab homine: et poſtea reuniatur balſamo. Ad hoc argumētum reſpōdetur: ꝙ ſequela non inconuenit de corrupto improprie: et hoc ſi poſſit illud fieri ſine de perditione alicui⁹ partis. ¶Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ in codeȝ ſubiecto naturalr̄ et adequate eſſent qualitates contrarie. ꝯñs eſt impoſſibile: igitur ſequela patet: in eadeȝ anima rationali eſt appetitus ſenſitiuus et appetiuus naturalis et appetitus liber et volitio et nolitio eiuſdem obiecti: igitur ſequela vera: antecedens probatur. ſepenumerō q̄ð ſenſualitas refugit ratio amplectit̄ et econtra: igitur aſſumptum patet Ad hoc reſpōdetur ꝙ tales qualitates non ſunt contrarie: ⁊ ratio eſt: q: ſequūtur varias apprehenſiones.

¶Quarto queritur circa eandē diſtin. vtrū corpus ade fuit productum de natura celeſti vel elementali inconuenienti diſpoſitione. Pro huius queſtionis intelligētia eſt aduertenduȝ ꝙ aliqui philoſophi dixerunt: ꝙ natura celeſtis in quolibet mixto concurrit ſicut vnum ex elementis. Alij vero dixerunt ꝙ non concurrit ſicut vnum ex elementis: ſed ſicut medium ligans omnia elementa et illa conſilians. Sed iſte due opiniones contradicunt .2. capiti Geneſis: vbi habetur quod dominus deus formauit hominem de limo terre.

Ulterius eſt aduertenduꝫ: ꝙ mixtū biphariam dicitur eſſe temperatum Uno modo quoad pondus: ſcilicet quando omnes qualitates motiue et alteratiue ſunt equales in virtute et intenſione: et tale mixtum nō eſt poſſibile vt probatum eſt in .2. de genera. Alio modo dicitur mixtum tēperatum quoad iuſticiam: quando omnes qualitates ſunt in optima diſpoſitione ſecundum operationes debitas determinate ſpeciei cuius eſt tale mixtum. Ex iſtis patet ꝙ duplex eſt complexio temperata .ſ. ad pondus quando omnes qualitates prime ſunt equales: et quoad iuſticiam quando vnum quodꝙ mēbruꝫ debite exercet ſiue natum eſt exercere ſuam operationem in potentia propinqua.

¶ Iſtis notatis rñdetur p quatuor conclu. quarum prima eſt iſta. Corpus adami non fuit productuꝫ de natura celeſti. iſta cōclu. patex ex auctoritate citata. Secūda conclu. eſt iſta. corpus primi parentis fuit formatum a domino deo de natura elementali. iſta conclu. patꝫ. corpus primi parentis fuit formatum de limo terre qui eſt terra aque permixta: et habet calidum quod pertinet ad ignem: et humidum quod pertinet ad aerem: nam vita conſiſtit in calido et humido: igitur cōclu. vera Ex iſtis patet ꝙ homo recte dicitur michrocoſmus .i. minor mundus q2 omnes creature mundi quodammodo inueniuntur in eo. Tertia cōclu. eſt iſta. corpus ade non fuit temperatum ad pondus. iſta conclu. patet ex notabilibus. Quarta pclu. eſt iſta corpus primi parentis fuit temperatum ad iuſticiam. iſta conclu. patꝫ auctoritatibus ſacre ſcripture. Prima habetur deutro. 32. dei perfecta ſunt opera. Secūda habetur eccleſiaſtes. 7. Deus fecit hominēꝫ rectū

¶ Contra primā conclu. arguitur ſic. nobiliſſime forme debet dari nobiliſſima materia: ſed anima rationalis eſt nobiliſſima forma. ergo debetur ei materia celeſtis. Ad hoc argumentum reſpōdetur ꝙ materia celeſtis non erat conueniens forme humane: quia nō eſt ſuſceptiua contrariorum ex natura ſua. Et ſi dicas homo conditus eſt ſine culpa. ergo debuit dari ſibi materia leuis. Ad hoc reſpōdetur ꝙ ſi ſemper manſiſſet in ſtatu innocentie: ſatis fuiſſet leuis materia quam habuiſſet cui fuiſſet ad nutum obediens. Contra hoc arguitur auctoritate diui auguſtini ſuper geneſim dicentis ꝙ anima mediante luce corpus viuificat et adminiſtrat: igitur natura celeſtis eſt pars corporis humani. Ad hoc reſpondetur: ꝙ Auguſtinus intelligit de cauſa efficiente ⁊ non materiali veluti philoſophus dicēs ſol et homo generant hominē.

Et ſi vlterius dicas: multa animalia inueniuntur ſenſus acutioris ꝙ̄ adam: nam canes melius odorant et aues velocius mouentur et linx et aquile melius vident: igitur dominus deus non pduxit hominēꝫ in optima diſpoſitione.

Ad hoc reſpondetur ꝙ etiam homo in tactu omnia animalia excedit: et ſi in aliis excedatur hoc fit ratione cerebri.

¶ Circa iſtam materiam dubitatur. An deus immediate produxit corpus primi parētis. Ad hoc dubiū rñdetur affirmatiue: iſta rñſio patet nam eccle.7. habetur deus de terra creauit hominem.

¶ Queritur quinto circa eandē diſtinctionē: vtrum dñs deus produxit adā perfecte etatis in paradiſo. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendū ꝙ de paradiſo diuꝰ Augu. ⁊ magiſter tres narrant opiniones. Prima eſt eorum qui corporaliter ſolum intelligi volunt. Scđa eorū qui ſolum ſpiritualiter opinantur: et iſta aſcribit origeni ⁊ afferūt illud luce.23.. Hodie mecum eris in paradiſo: ⁊ illō ezechielis.28. In delitijs paradiſi dei fuiſti: ſed iſte auctoritates nullo modo conuincunt. Primo qꝛ non ſequitur iſte paſſus ſacre pagine eſt intelligendus ſolū ſpūaliter. ergo quilibet alius eſt ſolum intelligendus ſpūaliter. Scđo quia bonus latro corporaliter fuit cum xpo: aut potiꝰ realiter ⁊ lucifer de quo loquitur ezechiel cap. citato realiter fuit in celo empireo vt declaratum eſt ſuperius. Tertia eſt eorū qui vtroqꝫ modo intelligi volunt: et hanc vltimam opinionē amplectūtur diuꝰ Augꝰ. ⁊ magiſter: de ſitu autem paradiſi eſt digladiatio inter doctores: an ſit de directo ſub equatore vel equinoctiali: quod idem eſt vel in oriente: vel ſub quarto climate: ſed quia omnes ſancti collocant in oriente: idcirco ita eſt opinandū ⁊ rationabiliter: qꝛ oriens teſte pħo in.2.de.c.⁊.m. eſt dextra pars celi: ⁊ dextra nobilior eſt ſiniſtra. Inſuper vbi nos habemus a principio habetur in alijs tranſlationibꝰ in oriente Ex quo verbo cōijcit ſtrabus. vt habetur in gloſ. ordi. paradiſum terrenum eſſe ſitum in oriente ⁊ interiecto oceano ⁊ montibus oppoſitis remotis: ſed a noſtro orbe ⁊ pertingētem vſqꝫ ad lunarem circulum: vnde aque dilu. illuc minime peruenerūt Idem aſſerit iſidorus in.5.ca.4. lib. ethimologiarum. Sed hoc videtur eſſe falſum quod pertingat vſqꝫ ad locum lunarem: nam terra nō poteſt aſcēdere adeo alte. Inſuper talis locus eſſet intemparatus: nā homines ⁊ arbores ab igni comburerētur qui eſt in concauo orbis lune.

Propterea dicendum eſt ꝙ dictum ſtrabi non intelligitur ſecundū ſitus imminentiā: ſed ſecundū ſimilitudinē: quia ibi eſt perpetua aeris temperies Paradiſus ꝙ ſituatur ſupra mediā regionem aeris: idcirco non ſūt ibi fulgura grādines ⁊c. Et ſi arguas lignum vite eſt aliquid ſpūale igitur paradiſus eſt locus ſpūalis: añs patet prouerbiorum.3.cap. habetur de ſapientia quod eſt lignū vite his qui apprehendunt eam: ſꝫ ſapientia eſt res ſpūalis: igitur lignū vite eſt res ſpirituali. Ad hoc reſpōdetur negādo añs: ⁊ ad probationē dico ꝙ illa auctoritas intelligitur ꝑ ſimilitudinem. ſ. ꝙ ſapientia eſt ſimilis ligno vite: nam ſicut lignū vite dat vitam corporalem: ita ſapientia dat vitam ſpiritualem. Et ſi vlterius arguas ſacra pagina aſſerit quatuor flumina e paradiſo naſci: vt pꝫ geñ.2.cap. ſed iſta quatuor flumina

alibi habent manifeſtas origines. ergo ſpiritualiter debet intelligi paradiſus. Ad hoc reſpondetur negando minorē loquendo de primis originibus: et ſi aliqui hiſtoriographi aſſerant talia flumina hēre primas origenes ipſi decipiuntur in aliquibus mōtibus.

¶ Iſtis notatis reſpōdetur ad queſtionē per aliquas cōclu. quarū prima eſt iſta. domin⁹ deus ꝓduxit adam in perfecta etate. iſta conclu. patet expreſſa auctoritate diui Auguſtini ſuper geneſim eam expreſſe ponentis. Secunda ꝯclu. dn̄s deus non produxit primum parentem in paradiſo: ſed in agro damaſceno ex limo terre. Tertia ꝯclu. eſt iſta. dn̄s deus illico poſtq̄ produxit adā poſuit eum in paradiſo voluptatū. Iſte due cōclu. patent ex.2.ca. gen̄. vbi habetur. Tulit ergo dn̄s de⁹ hominē: et poſuit in paradiſo volup. vt operaretur ⁊ cuſtodiret illum.

¶ Cōtra duas vltimas conclu. arguitur ſic. paradiſus terreſtris eſt locus habitationis homini deditus pro ſtatu innocentie. ergo prim⁹ parens in paradiſo volup. fuit productus: ꝯñtia tenet: quia alias violenter fuiſſet productus. Ad hoc argumentum reſpondetur diſtinguendo añcedens vel loquēdo de debito neceſſitatis: et ſic negatur minor: vel loquendo de debito cōgruitatis: ⁊ ſic conceditur illud et negatur ꝯña: et ad probationem negatur aſſumptū ſed bene eſſet verum aſſumptum: ſi paradiſus eſſet locus debitus debito neceſſitatis. Contra iſtā ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ domin⁹ deus debuiſſet relinquere hominē in agro damaſceno. ꝯſequēs eſt falſum: ſequela probat. ager damaſcenus eſt terra fructifera et amena. ergo dominus deus debuit eum relinquere in agro damaſceno. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negatur ꝯñtia ratio eſt: quia dominus deus voluit oſtendere primo parenti: ꝙ non a natura poſſidebat paradiſum terreſtrem: ſed ex ſola ſua gratia. Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur: ꝙ ſi primus parens permanſiſſet in ſtatu innocentie: ꝙ tota terra extra paradiſum fuiſſet ſuperflua. ꝯñs eſt contra illud ꝓhiloſophi deus: et natura nihil faciūt fruſtra: igit̄ ſolutio nulla: añcedēs ꝓbat̄. ſi homo permanſiſſet in ſtatu innocentie non fuiſſet eiectus a paradiſo: ſꝫ ibidem permanſiſſet cū vxore filijs et omnibus poſteris. ergo fuiſſet ſuperflua tota terra preter paradiſū. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: et ad probationē negatur ꝯña: ⁊ ratio eſt: quia fuiſſet tunc ad decorem vniuerſi: et habuiſſet ſe tanq̄ platea reſpectu paradiſi. Et ſi arguas angelus fuit product⁹ in paradiſo. ergo primus parens debuit produci. negatur ꝯſequentia: ⁊ ratio eſt: quia lucifer cū ſuis aſeclis ſuperbiuit: idcirco dominus deus vt auferret a primo parente auſam ſuperbiendi noluit producere in paradiſo: ſed extra paradiſum. Et ſi vlterius arguas mulier: ſcꝫ eua producta eſt in paradiſo. ergo a fortiori primus parens productus eſt in pa

radiſo: negatur ꝯſequentia: ratio eſt quia eua non eſt producta in paradiſo propter ſeipſam ſ ob virum: et ſtidem accidiſſet de omnibus filijs ſi primus parens ꝑmanſiſſet in ſua innocentia. Inſuper hoc permiſit deus vt oſtenderet ꝙ ſanctitas loci nihil facit ad ſanctitatem perſone: nam eua grauius peccauit quā adam et tamen eua fuit producta in loco nobiliori ⁊ ſanctiori quā adam.

¶ Circa iſtam queſtionem dubitatur: quomodo itelligatur auctoritas allegata in probatione duarum cōcluſionum. Ad hoc reſpondetur: ꝙ bipharia potest intelligi. Uno modo ꝙ dominus deus poſuit in paradiſo adam vt operaretur: ideſt iuſtificaret ipſum et cuſtodiret eum a nociuis. Alio modo poteſt intelligi ad ipſum adam referendo: ſcilꝫ vt ipſe adam operaretur ſtudioſe et delectabiliter: et cuſtodiret eum reſiſtendo diabolicis tentationibus ⁊ obſeruando precepta dei.

De formatione mulieris.

Diſtinctionis. XVIII.



In eodem quoqꝫ paradiſo mulierem formauit deus de ſubſtātia viri. ſicut poſt plantatum paradiſum hominē qꝫ in eo poſitum. ⁊ poſt vniuerſa animalia ad eum ducta ſuiſqꝫ nominibus deſignata. ſubnectit ſcriptura. Immiſit deus ſoporem in adam Cumqꝫ obdormiſſet. tulit vnam de coſtis eius. et formauit eam in mulierem.

Quare virum prius. et poſtea de viro mulierē creauit non ſimul vtrumqꝫ.

¶ Hic attendendum eſt quare non creauit ſimul virum ⁊ mulierem ſicut angelos. ſed prius virum deinde mulierem de viro Ideo ſcꝫ vt vnum eſſet generis humani principium. quatenus in hoc ⁊ ſuperbia diaboli cōfunderetur. et hominis humilitas dei ſimilitudine ſublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principium: eſſe concupierat. Ideoqꝫ vt eius ſuperbia retunderetur. hoc modo in munere accepit quod diabolus peruerſe rapere voluit. ſꝫ obtinere non potuit Et per hoc imago dei in homine apparuit. quia ſicut deus omnibus rebus exiſtit principium creationis. ita homo omnibus hominibus principiuꝫ ge

nerationis. Ideo etiam ex vno homine omnes eſſe voluit deus vt dum cognoſcerent ſe ab vno eſſe omnes: ſe quaſi vnum amarent.

Quare de latere viri: non de alia corporis parte formata ſit.

¶ Cum autem his de cauſis facta ſit mulier de viro. nõ de qualibet parte corporis viri. ſed de latere eius formata eſt: vt oſtenderetur. quia in conſortium creabatur dilectionis. ne forte ſi fuiſſet de capite facta viro ad dominationem: videtur preferenda. aut ſi de pedibus ad ſeruitutem ſubijciẽda. Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabatur ſed ſocia. nec de capite nec de pedibus: ſed de latere fuerat producenda: vt iuxta ſe ponenda: vt iuxta ſe ponendam cognoſceret. quam de ſuo latere ſumptam didiciſſet.

Quare dormienti et non vigilãti coſta ſubtracta eſt.

¶ Nõ ſine cauſa dormiẽti quoqꝫ viro potius ꝙ vigilãti detracta eſt coſta. de qua mulier i adiutorium generationis viro eſt formata. ſed vt nullam in eo ſenſiſſe penam monſtraretur ⁊ diuine ſimul potentie opus mirabile oſtẽderetur. que hominis dormientis latus aperuit. nec eum tamen a quiete ſoporis excitauit In quo etiaꝫ opere ſacramẽtum chriſti et eccleſie figuratum eſt. Quia ſicut mulier de latere viri dormientis formata eſt. ita eccleſia ex ſacrementis que de latere chriſti in cruce dormientis profluxerũt ſcꝫ ſanguine ⁊ aqua quibus redimimur a penis atqꝫ abluimur a culpis.

Quod de illa coſta ſine extrinſeco additamento facta eſt per dei potentiam: ſicut quinqꝫ panes in ſe multiplicati ſunt.

¶ Solet etiam queri vtrum de illa coſta ſine adiectiõe rei extrinſece facta ſit mulier? Quod quibuſdam non placuit. Certum ſi ad perficiendum corpus mulieris deus extrinſecum augmentuꝫ addidiſſet. maius illud eſſet ꝙ ipſa coſta. Ideoqꝫ potius de illo addito ꝙ de ipſa coſta mulier facta deberet dici. ꝺ quo pla

res accepiſſet ſubſtantie partes. Reſtat ergo vt de ſola ipſius co ſte ſubſtantie ſine omni extrinſe co additamento per diuinaȝ po tentiam in ſemetipſa multiplica ta mulieris corpus factum dica tur eo ſane miraculo quo poſtea de quinqȝ panib⁹ ieſu celeſti be- nedictione multiplicatis quin- qȝ milia hominum ſaciata ſunt. Illud etiam ſciri oportet ꝙ cuȝ angelorū miniſterio facta ſit mu lieris formatio. non eſt eis tamē tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullā poſſunt crea re naturaȝ. ergo nec formare co ſtam in mulierez nec carnis ſup plementum in locum coſte. non ꝙ nihil agant vt aliquid creetur ſed non ideo creatores ſunt. ſi- cut nec agricole ſegetum vel ar- borum Solus deus. id eſt trini tas eſt creator. Facta eſt ergo fe mina a deo. etiam ſi coſta mini- ſtrata ſit per angelos.

Utrum ſcd̄m ſuperiores an ſcd̄m inferiores cauſas ita facta ſit mulier. id eſt an ra tio ſeminalis id haberet vt ita fieret an vt ita fieret tā- tum vt ita fieri poſſet. ſed vt ſi fieret in deo tantum eſ ſet cauſa.

¶ Sed queritur an ratio quaȝ deus primis operibus concrea uit id haberet vt ſcd̄m ipſam ex viri latere feminam fieri neceſſe foret: an hoc tm̄ vt fieri poſſet? Ad quod ſciendum eſt omniuȝ rerum cauſas in deo ab eterno eſſe. Ut enim homo ſic fieret vel equus ⁊ huiuſmodi. in dei potē tia ⁊ diſpoſitione ab eterno fuit. Et he dicunt primordiales cau ſe: quia iſtas alie non precedunt ſed iſte alias que ſunt cauſe cau ſarum. Cumqȝ vnum ſit diuina potentia diſpoſitio ſiue volun- tas ⁊ ideo vna omnium princi- palis cauſa. tn̄ propter effectus diuerſos pluraliter dicit Augu ſtin⁹. cauſas primordiales om- nium rerum in deo eſſe: inducēs ſimilitudinem artificis. in cuius diſpoſitiōe eſt: qualis futura ſit arca. Ideo ⁊ in deo vniuſcuiuſ- qȝ rei future cauſa preceſſit. In creaturis vero quarundam re- rum. ſed non omniuȝ cauſe ſunt vt ait. Aug⁹. Quia inſeruit de⁹ ſeminales rationes rebus: ſcd̄m quas alia ex alijs prouenīūt. vt de hoc ſemine tale granū de hac arbore talis fructus. ⁊ huiuſmo di Et he quoqȝ dicūtur primor diales cauſe. ⁊ ſi non adeo pro- prie: qꝛ habēt ante ſe cauſaȝ eter

naʒ: que proprie ⁊ vniuerſaliter prima eſt. Illa vero ad res aliquas dicuntur prime que ſcʒ ex eis proueniunt. Ideo etiaʒ primordiales dicuntur quia in prima rerū conditione rebus a deo inſite ſunt. ⁊ ſicut creature mutabiles ſunt ita et he cauſe mutari poſſunt. Que autem in immutabili deo cauſa eſt. mutari non poteſt.

Diſtinctio cauſarum rerū perutilis ſcʒ ꝙ quedā in deo ⁊ in creaturis. quedā in deo tantum ſunt.

¶ Omnium ergo rerum cauſe in deo ſunt. ſed quarundam cauſe et in deo ſunt: et in creaturis. Quarundam cauſe in deo tantum ſunt. ⁊ illarum rerum cauſe dicuntur abſcōdite in deo. quia ita eſt in diuina diſpoſitione: vt hoc vel illud fiat. quod non eſt in ſeminali creature ratione. Et illa quidem que ſcđm cauſam ſeminalem fiunt dicuntur naturaliter fieri quia ita curſus nature hominibus innotuit. Alia vero preter naturam quorum cauſe tm̄ ſunt in deo. Hec auteʒ dicit Aug⁹. eſſe illa que per gratiam fiunt vel ad ea ſignificanda non naturalit̄ ſʒ mirabiliter fiūt. Inter q̄ mulieris facturā de coſta viri ponit ita dicēs. Ut mulierem ita fieri neceſſe foret. nō in reb⁹ conditū ſʒ in deo abſcōditū erat. Oīs creature curſ⁹ habet naturales leges. ſuper hunc naturalem curſum creator habet apud ſe poſſe de omnibus facere aliud ꝙ eorū naturalis rō habet vt ſcʒ virga arida repente floreat. fructum gignat. ⁊ in iuuentute ſterilis femina in ſenectute pareat. vt aſina loquatur. ⁊ huiuſmodi. Dedit autem naturis vt ex his etiam hec fieri poſſent. non vt in naturali motu haberēt. Habet ergo deus in ſe abſcōditas quorundam futuroruʒ cauſas quas rebus conditis non inſeruit. eaſꝗ implet non opere prouidētie quo nature ſubſiſtunt vt ſint. ſed quo illas amminiſtrat vt voluerit quas vt voluit cōdidit Omnium ergo que ad gratiam ſignificandam non naturali motu reruʒ. ſed mirabiliter facta ſunt abſcōdite cauſe in deo fuerūt. quorum vnum erat ꝙ mulier facta eſt de latere viri dormiētis. Nō habuit prima rerum conditio vt femina ſic fieret. ſʒ vt fieri poſſet. ne contra cauſas quas deus voluntarie inſtituit mutabili volū-

tate aliquid facere putaretur.

De anima mulieris que nõ eſt ex anima viri. vt quidaʒ putauerũt dicentes animas eſſe extraduce.

¶ Quẽadmoduʒ mulieris corpus de viri corpore traductum fuit: ita putauerunt aliqui ipſius animam de viri anima propagataʒ. ⁊ omnes animas preter primam de traduce eſſe ſicut corpora. Alij auteʒ putauerunt ſimul omnes animas ab initio creatas. Catholica autem eccleſia nec ſimul nec extraduce factas eſſe animas docet. ſed in corporibus p coitum ſeminatis atq; formatis infundi. ⁊ infundẽdo creari. Unde in eccleſiaſticis dogmatibus. Animas hominum non eſſe ab initio inter creaturas intellectuales naturas. nec ſimul creatas: ſicut Origenes fingit dicimus. neq; in corporibus per coitum ſeminari. ſicut Luciferiani ⁊ Cyrillus ⁊ quidam latinorum preſumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam ſeminari. Creationem vero anime ſolum creatorẽ noſſe. Eiuſq; iudicio corp⁹ coagulari in vulua ⁊ compingi atq; formari. ac formato iam corpore animam creari atq; infundi vt viuat in vtero homo ex anima conſtans ⁊ corpore. ⁊ egrediatur viuus ex vtero: plenus humana ſubſtantia. Hiero. etiã anathematis vinculo illos condemnat qui animas extraduce dicunt. inducens auctoritatem prophete. Qui finxit ſigillatim corda eorum. Hoc ſatis inquit innuit propheta q; non ipſam animam de anima facit deus. ſʒ ſigillatiʒ animas de nihilo creat

C Irca decimã octauã diſtinctionem queritur. Utruʒ eua de coſta ade ſcðm rationem ſeminalẽ fuerit formata. Pro huius queſtionis intelligẽtia eſt aduertendũ q; differentia eſt inter ſemen ⁊ rationẽ ſeminalẽ vnde ſemẽ eſt corpus imperfectuʒ productum a generante tanq; viaʒ aſcendẽdi ad perfectiorẽ formã ſed ratio ſeminalis nõ eſt materia nã ſcðm auguſtinũ leui fuit in lumbis abrae ſimiliter Chriſtus et leui fuit in lumbis abrahe ſcðm rationẽ ſeminaleʒ ſed chriſt⁹ nõ fuit in lumbis abrahe ſm rationẽ ſeminalẽ vt declaratum eſt in. 3. ſentẽtiaruʒ. Et ſi materia eſſet ratio ſeminalis tunc chriſtus fuiſſet in lumbis abrae ſm rõnẽ ſeminalẽ

ſimiliter ratio ſeminalis nõ eſt forma ſubſtãtialis nã tunc rediret opi Anaxagore que ſatis fuit impugnata a philoſopho noſtro in primo. li. phiſi. Sequitur ergo ꝙ talis ratio ſeminalis eſt forma quedã accidẽtalis que etiã vocatur virtus ſeminalis: ſed an concurrat talis rõ ſeminalis tãꝗ cauſa principalis vel inſtrumẽtalis ad productionẽ forme ſenſitiue aut vegetatiue eſt magna difficultas inter theologos ⁊ medicos vt viſum eſt in fine primi. li. phiſi.

¶ Iſto notato reſpondetur ad titulum queſtionis per tres conclu. quarum prima eſt iſta. Eua fuit formata de coſta ade: iſta conclu. patet expreſſa auctẽ ſacre pagie habetur geñ. 2. cap. Edificauit dñs deus coſtam quam tulerat de adam in mulierem. Secũda cõclu. eſt iſta. coſta primi parentis non fuit ſemen. Tertia conclu. eſt iſta. nulla ratio ſeminalis fuit in coſta primi parentis. Iſte cõclu. ambe patent: quia dato oppoſito quelibet coſta eſſet ſemen et ratio ſeminalis quod eſt cõtra experientiam.

¶ Contra primã conclu. arguitur ſic. femina non fuit producta in prima rerum productione: igitur cõcluſio falſa. añcedẽs probatur. phs in lib. de generatione animalium inquit ꝙ femina eſt maſ. occaſionatus. ergo femina non fuit producta in prima rerum productione. ꝯña probatur. ſequeretur ꝙ fuiſſet producta eua preter intenſionem dñi dei. ꝯſequens eſt abſurdum: igitur ſequela probatur. bene ſequitur eua fuit producta preter intentionem producentis ipſam: et ſolus deus produxit eam. ergo fuit producta preter intentionem domini dei: et añcedens eſt verum: quia illud dicitur eſſe productum occaſionaliter quod eſt productum preter intentionem agentis: igitur ꝯſequens eſt verum. Ad hoc argumentum reſpõdetur negando añcedens: et ad probationem negatur conſequẽtia: et ad probationem negatur ſequela: ⁊ ad probationem dico ꝙ illud dictũ phi loſo. itelligitur reſpectu nature particularis ſiue naturate: et non intelligitur reſpectu nature naturantis: que eſt dominus deus.

Contra iſtam ſolutionem arguitur mulier eſt minoris dignitatis et virtutis. ergo non eſt producta in pria rerum productione: añs eſt clarum ⁊ ꝯña ꝓbatur: ſequeretur ꝙ mulier eſſet ſubiecta viro añ peccatũ: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: eua fuiſſet minoris dignitatis ⁊ virtutis ante peccatũ. ergo adã preſe diſſet ei: ⁊ ꝑ ꝯñs fuiſſet ei ſubiecta. Ad hãc replicam rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad ꝓbationẽ dr ꝙ primus parẽs fuiſſet preſidẽs non ſolum reſpectu ipius eue: ſed reſpectu oĩm filiorum deſcendentium: et talis preſidentia non induxiſſet ſeruitutem ſed indicaſſet dumtaxat honorem qui debebatur primo parenti ratiõe huius videlꝫ qd eſt primuꝫ principium et ratione ſapientie: veluti modo ſapientes ſi qui ſunt preſident alijs: quamuis non ſubjiciantur ipſis ſapientibꝰ.

Et ſi vlterius arguas: occaſiões peccatorum ſunt amputāde: ſed dominus deus preſciuit q mulier erat futura viro in occaſionē peccati: igit dñs deus non produxit euam: negatur maior vniuerſaliter: nam certuz eſt q tunc omnes virtutes eſſent auferende et etiam ſcientie: nam ſepenumero ſunt anſa ſuperbie iuxta illud pauli. Scientia inflat: charitas edificat.

¶ Scdo arguitur ſic contra eādem cōclu. ſexus cōmunis eſt hoim cum ceteris animalibus: ſed in brutis femie non ſunt facte ex maribus ergo nec eua facta eſt ex viro. Ad hoc argumentum rñdetur negando pñiam: et ſignantur a doctorib⁹ quatuor rationes pulcherrime. Prima eſt q dominus deus in hoc voluit diſgnificare primū parentem: et facere q homo quoad hoc quod eſt principium ſit magis ymago dei q̄ angelus: vt declaratū eſt in. 3. diſtinctiōe primi ſentētiaꝝ. Scđa ratio eſt iſta: vt vir magis diligeret vxorem. Tertia eſt philoſophi: vt vir haberet ſolatium et ſocietatem cum vxore: nā non producta eſt femina. ſ. eua propter generationem ſicut in alijs animalibus: ſed propter ſocietatem. Quarta ratio eſt iſta ad figurandū mirabile miſteriū et ſacramentū qđ notat aplus ad gala. 5. miſteriū qđ emanauit a latere ſaluatoris noſtri in cruce. ſ. eccleſia ſeu potius ſacramenta eccleſie. Contra iſtaz ſolutionem arguitur. eorum que ſunt eiuſdem ſpeciei eadem eſt materia: ſed adam et eua ſunt eiuſdem ſpeciei. ergo poſtq̄ adam factus eſt de limo terre etiā eua producta eſt de limō terre. Ad hanc replicam rñdetur negando pñiam: ratio eſt: quia materia coſte et materia limi terre ſunt eiuſdem ſpeciei: nā vna eſt materia omnium generabilium et corruptibiliū in ſpecie. Contra iſtam ſolutionē arguitur. ſequeretur q eua non potuiſſet eſſe vxor primi parentis. pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: eua fuit propinqua primo parenti. ergo non potuit eſſe vxor eius. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: et ad probationem negatur añs: nam non ſufficit ad propinquitatem q fuerit producta eua ex ſubſtantia primi parentis: ſed vltra hoc requiritur q fuiſſet pducta a primo parente per rationem ſeminalem.

¶ Tertio arguitur ſic. dominꝰ deus ſimul et ſemel produxit adaz et euam. ergo non produxit eam ex coſta ade: añs patet auctē ſacre pagīe habetur geñ. 1. Fecit deus hominez ad ymaginem et ſimilitudinem ſuaz maſ. et femi. creauit eos: igit ſimul creauit euam cum adam dñs deus. Ad hoc argumentum rñdetur negādo añs: et ad probationem dicitur q illud dictum eſt poſitum per anticipationem. Contra iſtam ſolutionez arguitur: ſi eua fuiſſet producta ex coſta ade: ſequeretur q talis coſta fuiſſet ſuperflua in primo parente. pñs eſt falſuz: igitur ſequela probatur. talis coſta non erat neceſſaria primo parenti. ergo fuit in eo ſuperflua. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: et ad probationez negatur pñia et ratio eſt: qꝛ dominus deus eam poſuerat in adam ad con

ſeruationē ſpeciei: vt ex ipſa produ
ceretur eua: et ex eua producerētur
alij homines et femine. Contra iſtā
ſolutionem arguitur: vel dñs deus
ex ſola coſta produxit euam: vel ex
coſta cum aliqua alia ſubſtātia ſiue
materia nullum iſtorum eſt dicēdū
igitur ꝙ non poſſit dari primū pro
batur: quia tunc corpus eue fuiſſet
nimis rarum: nam pluſꝙ̄ i centuplo
rarius corpore primi parentis: igit
non eſt dandum primum. qd nō poſ
ſit dari ſcdm ꝓbatur: quia talis ma
teria fuiſſet maior ꝙ̄ coſta. ergo cor
pus eue non debet dici productum
ex coſta ade: ſed ex illa materia de
nouo addita. Pro huius replice ſo
lutione eſt aduertendum: ꝙ magi
ſter ſentētiaꝝ in preſenti diſtinctiōe
ſequitur opinionē hugonis: ⁊ ideo
non tenetur a doctoribus theologis
imo reputatur: opinio magiſtri ⁊ hu
gonis de ſctō victore impoſſibilis ⁊
non intelligibilis: nā tenent ambo
ꝙ dñs deus ex ſola coſta ſine extrin
ſeco addito produxit corpus eue: et
ſine rarefactione aliqua: ita ꝙ p di
uinā potentiam tali coſta in ſeip
ſam multiplicata mulieris corpꝰ fa
ctū dicatur eo miraculo quo poſtea
de quinqꝫ panibus ieſu celeſti benedi
ctione multiplicatis. 5000. hominū
ſaciata ſunt. Qd iſta opinio ſit īpoſ
ſibilis probatur: vel in corpore eue
eſt aliquid quod non erat in coſta: vl
non: ſi primū ſequitur manifeſte ꝙ
aliqua materia eſt addita: ⁊ per ꝯñs
non ſine addito extrinſeco formatū
eſt corpus eue: ſi ſcdm ſequitur ꝙ to
tum corpus eue eſt coſta: et nulla eſt
facta rarefactio, ergo corpus eue nō
eſt maius coſta: et per ꝯñs nulla eſt
facta multiplicatio. Inſup miracu
lum quod adducitur cum productio
ne ſegetum eſt contra iſtam opinio
nem de directo: nam in tali ſegetum
productione additur noua materia
ratione nutrimenti cauſati a pluuia
et terra: quare diuꝰ Tho. ⁊ Grego.
de ari. et alij doctores tenent ꝙ non
ex ſola coſta ade: ſed ex coſta cū ali
qua alia materia productum eſt cor
pus eue: et ad argumentū magiſtri
negatur aſſūptum: nam certum ē ꝙ
plante dicuntur produci ex ſemine:
et tamen non producuntur ex ſolo ſe
mine: ſed ex nutrimento recepto a
pluuia aqua et terra. Contra iſtam
opinionem arguitur ſic. dominꝰ deꝰ
ex nihilo cuncta creauit. ergo potuit
ex ſola coſta producere euā ſine ad
dito extrinſeco et ſecluſa rarefactiōe
ꝯña tenet: quia non videtur potior
ratio de vno ꝙ̄ de alio. Ad hoc argu
mentum rñdetur negando ꝯñam in
telligendo nullo poſito in diuerſis
locis: nam ſi dñs deus voluiſſet po
nere coſtam eue in multis locis be
ne potuiſſet ex ſola coſta producere
euam: et ad probationem datur diſ
crimen: quia vnum implicat manife
ſtam contradictionem: vt deductū
eſt: et aliud nullam implicat contra
dictionē. Et ſi vlterius arguas ſal
uator noſter multotiens ex quinqꝫ
panibus et tribus piſcibus ſaciauit
5000. hominū. ergo a fortiori potuit
formare ex ſola coſta ade euam. Ad
hoc rñdetur: ꝙ diuꝰ auguſt. expreſſe
aſſerit ꝙ ſaluator noſter fecit eo mo
do quo producit ſegetes ex tritico ⁊
certum eſt ꝙ in productione ſegetū

adquiritur noua materia ratione nu
trimenti quod indies ſuſcipitur: ni-
hilominus ſi ſaluator noſter voluiſ-
ſet ponere illos panes ⁊ piſces in di
uerſis locis ex illis ſolis ſine aliquo
addito extrinſeco ⁊ rarefactione po
tuiſſet ſaciare illa.5000.hominum ⁊
fortaſſis ꝙ ita fecit. Jam arguitur
contra illud quod dictum eſt: ꝙ dñs
deus ex ſola coſta perpoſitionem in
diuerſis locis potuit producere cor-
pus eue: ſequeretur ꝙ caput eue eſ
ſet pes: ⁊ brachium eſſet tibia: ꝯñs
eſt falſum: igitur ſequela probatur.
in capite eſt eadeʒ materia numero
que eſt in pede: ⁊ eſt eadem anima.
ſimiliter in tibia et brachio: igiẗ ca-
put eſt pes et brachium eſt tibia: iaʒ
probatur falſitas ꝯñtis: ſequeretur
ꝙ eua non eſſet maior entitatiue ꝙ̄
tota coſta ex qua fuit producta. ꝯñs
eſt falſum: igitur ſequela probatur:
non habet eua maiorem materiam
entitatiue ꝙ̄ tota coſta: igitur ſeque
la vera. Ad hanc replicam rñdetur
concedendo ſequelã: ⁊ negando mi
norem: et ad probationem concediẗ
iterum ſequela et negatur minor: ⁊
ad probationem conceditur iterum
ſequela et negatur minor: nec iſta
omnia inconueniunt in illo caſu. Et
ſi vlterius inferas ſequeretur ꝙ pes
videret intelligeret comederet ⁊c.
conceditur ſequela. imo ſequitur ex
poſitorie ſic arguendo hoc videt in-
telligit ⁊ comedit demonſtrando ca
put eue: et hoc eſt pes. ergo pes vi-
det comedit intelligit. ⁊c.

¶ Quarto arguitur ſic. ſequere
tur ꝙ dominus deus magnum dolo
rem intuliſſet primo parenti auferẽ
do ab eo coſtã. ꝯñs eſt falſuʒ: igitur
ſequela probaẗ: non põt auferri co-
ſta ab aliquo hoie niſi aperiatur co-
rium ⁊ caro: ⁊ in tali apertione ſequi
tur dolor: igitur ſeq̄la vera. Ad hoc
argumentũ rñdetur negando ſeque
lam: ⁊ ad probationẽ diſtinguiẗ añs
vel ab agente creato: et ſic conceditẗ
illud ⁊ negatur ꝯña: vel ab agẽte in
creato ⁊ ſic negatur illud: imo nihil
percepit adam in ablatione coſte: et
qđ mirabilius videtur. dñs deus nõ
experrexit adam auferendo coſtam
¶ Contra iſtam ſolu. arguitur. ſeque-
retur ꝙ eua immediate fuiſſet ꝓdu
cta a dño deo ⁊ non mediãte aliqua
creatura: ꝯñs eſt falſum: igitur falſi
tas ꝯñtis ꝓbatur: nulluʒ indiuiduũ
ex ſibi ſimili ſcđm ſpeciẽ productus
immediate ꝓduciẗ a dño deo: ſʒ mu
lier facta eſt de viro eiuſdẽ ſpẽi cum
ipſo. ergo non facta eſt eua ĩmedia
te a deo: maior patet aucẗe Aurelij
auguſt. in.3. de trinit. dicentis. ¶ Cor
poralia diſpẽſantur a deo ꝑ angelos
igẗ. Ad hanc replicã rñdetur cõcedẽ
do ſequelã ⁊ negãdo minorẽ: et ad
probationẽ negatur maior vniuerſa
liter: ſed ſolũ habet veruʒ de indiui
duo qđ producitur per naturalẽ ꝓpa
gationẽ: ⁊ ad ꝓbationẽ negaẗ ꝯña cõ
ceſſa aucẗe Augu. ¶ Contra iſtã ſolu.
replicaẗ. ea que ꝑ̃rtiterũt in creaturi
ſcđm rõnes cãles ꝓducũẗ virtute ali
cuiꝰ creature ⁊ nõ ĩmediate a deo: ſʒ
eua ꝑ̃rtinit ſm rõnẽ cãleʒ. g̃ eua non
fuit ꝓducta ĩmediate a deo. Ad hãc
replicã rñdeẗ ꝙ maior habʒ verũ de
his que prexriterũt ſcđʒ cãm actiuã
nõ aũt de his que prexriterunt ſcđʒ
cauſam paſſiuam.

De prīo hominis ſtatu ante peccatum ſcilicet qualis fuerit ſecundum corpus ⁊ ſecundum animam.

Diſtinctio. XX.

SOlēt queri plura de primo hominis ſtatu antepeccatum: ſcꝫ qualis fuerit hõ priuſ ꝙ peccaret: et in corpore ⁊ in anima mortalis an immortalis paſſibilis an impaſſibilis? De termino inferioris vite ⁊ de tranſitu ad ſuperiorem de modo propagationis filiorum: ⁊ alia multa que non inutiliter ſciuntur: licet aliquando curioſitate querātur. An priuſꝗ ad animi qualitatē pertinētia proſequamur de qualitate eius ſcdm corpus ⁊ modo propagationis filiorū: ⁊ de alijs quibuſdam inſpiciamꝰ. Primꝰ ergo homo ſcdm naturā corporis terreni ⁊ immortalis fuit quodāmodo ſcdꝫ aliquid: qꝛ potuit non mori: ⁊ mortalis quodāmodo qꝛ potuit mori. In illo nāqꝫ primo ſtatu habuit poſſe mori ⁊ poſſe non mori. Et hec fuit prīa humani corporis imortalitas. ſ. poſſe nõ mori. In ſcdo vero ſtatu poſt peccatū habuit poſſe mori ⁊ non poſſe nõ mori: qꝛ in hoc ſtatu moriēdi eſt neceſſitas. In tertio ſtatu habebit poſſe nõ mori ⁊ non poſſe mori: qꝛ ad illum ſtatum pertinet moriendi ipoſſibilitas: qđ ex gratia erit non ex natura. In primo ſtatu fuit corpus hominis animale. i. egens alimonijs ciborum. Unde ⁊ homo factus dicitur in animam viuentem non ſpūalem. i. inanimā corpus ſenſificantem: quod adhuc erat animale non ſpirituale quod egebat cibis vt per animā viueret. Factus eſt ergo i aīam viuentem. i. vitam corpori dantem: tamen per ſuſtentamēta ciborum: ⁊ tunc erat corpus mortale ⁊ immortale: qꝛ poterat mori ⁊ poterat nõ mori. Poſt peccatū vero factū eſt mortuū ſicut dicit aplꝰs. Corpus ꝓpter peccatū mortuū eſt. i. neceſſitatem moriendi in ſe habꝫ. In reſurrectiõe vero erit ſpūale. ſ. agile ⁊ cibis non egēs ⁊ immortale: non ſicut in ſtatu primo fuit. ſ. ꝙ poſſit nõ mori: ſed etiā ꝙ nõ poterit Unde Auguſt. ſuper Geneſim Apoſtolus ait. Corpus quidē

mortuum eſt propter peccatum &c. Prius de limo terre formatum eſt corpus animale non ſpirituale cum quali reſurgemus. Renouabitur enim a vetuſtate: nõ in corpus animale quale fuit ſed in melius: ideſt ſpirituale cũ hoc mortale induet immortale in quod mutandus erat adã: niſi mortẽ corporis animalis peccando meruiſſet. Nõ ait apoſtolus: corpus mortale eſt propter peccatum ſed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale et immortale erat: quia poterat mori & non mori. Aliud autem eſt non poſſe mori aliud poſſe non mori. Ideo factum eſt per peccatum non mortale quod erat: ſed mortuum quod nõ fieret niſi peccaret. Animale enĩ non eſt hoc corpus ſicut primi hominis fuit ſed iam deterius eſt. Habet enĩ neceſſitatem moriendi. Ecce hic euidenter aperit Auguſt. ꝙ corpus hominis ante peccatũ mortale & immortale fuit: ſed nõ qualiter fiet in reſurrectiõe. De hoc eodem Beda ſuper Geñ. ait. Non eſt credendum ante peccatum ita fuiſſe mortua corpora ſicut modo. Ait enim apoſtolus Corpus propter peccatum mortuum eſt: ſed licet fuiſſent animalia nondum ſpiritualia: non tamen mortua que ſcilicet nec eſſe eſſet mori.

Utrum immortalitas quã habuit ante peccatum eſſet de conditiõe nature an gratie beneficio.

¶ Solet hic queri cum homo primus mortale & ĩmortale corpus habuerit: vtrũ ex conditione nature ipſius corporis habuerit vtrumq;: an alterum bñficiũ eſſet gratie. ſ. ĩmortalitas id poſſe nõ mori. Ad quod dici poteſt quia alterum habebat in natura corporis: id eſt poſſe mori. Alterũ vero ſcʒ poſſe non mori erat ei ex ligno vite. ſ. ex dono gratie Unde Auguſtinus ſuper Geneſim. Quodammodo creatus eſt homo immortalis quod erat ei de ligno vite non de conditione nature. Mortalis erat de cõditione corporis animalis: immortalis beneficio conditoris. Non enĩ immortale erat ꝙ omnino mori non poſſet quod non erit niſi cum fuerit ſpũale. Aperte dicit ꝙ nõ natura: ſed ex ligno vite hẽbat poſſe non mori. Propter hoc aliqui dicunt: ꝙ niſi illo ligno vite vteretur: non ſemper

viueret: quia peccaret. Peccaret enim ſi illo ligno nō vteretur: quia preceptum erat ei vt comederet de omni ligno paradiſi: niſi de ligno ſcientie boni et mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum: ita etiam peccaret ſi non comederet quod erat iuſſum.

Si non foret preceptum vt de illo ligno comederet et alijs non illo vteretur an poſſet non mori.

¶ Sed adhuc queritur ſi nō eſſet preceptū vt de ligno vite ederet et alijs et non illo veſceretur: nunquid poſſet non mori. Si ſemper viueret non vtens de illo ligno non erat ei ex illo ligno poſſe non mori. Si vero nō poſſet ſemper viuere id erat ei ex illo ligno poſſe. Aliqui dicunt quod ſi non fuiſſet ei preceptum veſci de illo ligno et alijs et non illo veſceretur viueret ſemper. Sic determinantes illud quod ſupra dixit Auguſtinus. erat ei de ligno vite non de conditione nature tantum. ſ. quaſi non ex conditione nature ſolūmodo erat ei: ſed etiā ex illo ligno. Alijs autem videtur quod ex ligno vite erat ei poſſe non mori: nō ex natura. Ideo enim dicitur potuiſſe non mori: quia poterat vti illo ligno de quo edens non moreretur.

Queſtio Auguſtini: quomodo immortalis factus ſit homo.

¶ De hac vero hominis imortalitate qualis fuerit Auguſtinus ſuper Geneſimqueſtionem mouens ſic ait. Queritur quomodo immortalis factus ſit homo pre alijs animātibus: et quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. Sed alia eſt immortalitas carnis quam in adam accepimus: alia quam in reſurrectione ſperamus per chriſtum. Ille factus eſt homo immortalis vt non poſſet mori ſi non peccaret: moreretur autē ſi peccaret. Filij vero reſurrectionis nec potuerunt vltra peccare nec mori. Caro noſtra: non tunc egebit refectione ciborum: quia nulla poterit eſſe deffectio. Caro ade ante peccatum ita immortalis creata eſt: vt per alimoniam adiuta eſſet mortis et doloris expers. Sic ergo immortalis et incorruptibilis condita eſt

caro hominis: vt ſuam immor-
talitatem et incorruptionem per
obſeruationem mandatorū dei
cuſtodiret. In quibus manda-
tis hoc continebatur: vt de illis
lignis conceſſis manducaret: et
ab iterdicto abſtineret. Per ho
rum edulium immortalitatis do
na conſeruaret: donec corporali
bus incrementis perductus ad
etatem que conditori placeret
multiplicata progenie ipſo iuben
te ſumeret de ligno vite: quo per
fecte immortalitatis factus cibi
alimenta vlterius non requireret

Summatim ſuper ipm ver borum ſententiam perſtringit.

Ecce his verbis videtur Au
guſtin' tradere: ꝙ caro primi ho
minis immortalitatem in ſe ha-
buerit: que per alimoniam cibo-
rum conſeruaretur vſq; ad tem-
pus ſue tranſlationis in melius
quando de ligno vite comede-
ret et fieret omnino immortalis
ita vt non poſſet mori.

Quod ex predictis conſequi videtur hominem de nature ſue cōditione quoquo modo fuiſſe immortalem: ſed non omnino fieret immortalis: niſi participato ligno vite.

Ideo aliqui dicunt: ꝙ imor
talitatē de natura habebat qua
poterat non mori. que aliorum
lignorum eſu poterat conſerua-
ri. ſed non poterat conſummari
niſi per aſſumptionē ligni vite.
Quod videtur Aug'. ſentire ſu
per Gen. dicēs. Hoc quoq; ad
do talem cibum illam arborem
preſtitiſſe. quo corpus hominis
ſtabili ſanitate firmaretur: non ſi
cut ex alio cibo ſed inſpiratione
ſalubritatis occulta. Hoc innue
re videtur ꝙ cum alijs cibis poſ
ſet corpus ſuſtentari hoc cibo in
deficiēte ſanitate firmaretur Ex
quo conſequi videtur. ꝙ ſicut in
natura ſua habuit mortalitatem
quandam ſcʒ aptitudinem mo-
riendi. ita aliquam immortalita
tem in natura ſui habuit. idē ap
titudinem qua poterat non mo
ri. cibis adiutus. ſʒ ſi perſtitiſſet:
immortalitatis perfectio eſſet ei
de ligno vite. Sʒ q̄ hoc tradunt
quomodo ſuperiora Auguſtini
verba. quib' dicit ꝙ erat immor
talis ex ligno vite. huic ſententie
non cōtradicāt diligēter inq̄rāt.

CIrca decimā nonā diſtinctionē queritur primo: vtrū primꝰ parēs in ſtatu innocentie fuerit immortalis a natura. Pro huius queſtionis intelligētia eſt aduertendum: ꝙ tripliciter poteſt cōtingere mors. Primo modo per elementorum pugnam et diſſolutionem.i. elementorū qualitates primas: vt quando vna qualitas intrinſeca ſuperat aliam: ⁊ inde proueniunt febres et morbi qui occidunt homines. Secūdo modo accidit per humidi radicalis conſumptionem: nā continuo conſumitur humidum radicale a calore naturali quo deficiente ſequitur mors: ⁊ licet huiuſmodi humidum radicale reſtauretur per humidum cibale: non tamē in tali puritate qualis fuit inde perdito. Inſuper virtꝰ conuerſiua quia eſt agens phyſicū in agendo repatitur ⁊ debilitatur ſic continuo donec non poteſt conuertere cibum nec reſtaurare deperditū in ea puritate que ſufficit conſeruare vitam: hinc homo deficiendo ſeneſcit ⁊ ſenectā ſequitur mors que etiam ſequitur ſi nullum extrinſecū leſiuum accederet. Tertio modo accidit mors per leſionem extrinſecā vt per aerem ignem vel aquam aut violentiam a cacodemone homine vel beſtiis vel aliquo alio opprimēte ſiue ledente. Scdo eſt aduertendū ꝙ immortale capitur bipharia. Uno modo proprie: ⁊ tunc tantū valet ſicut non potens mori. Alio mō capitur improprie: ⁊ tantū valet ſicut potens non mori. Tertio eſt notandum: ꝙ bipharia poteſt intelligi hominem immortalem eſſe a natura. Primo mō ꝙ natura pmi hoīs erat apta ad nō moriendū. Alio mō pōt itelligi ꝙ hō a natura hēbat ſufficiētē diſpoſitionē ad nō moriēdū.

¶ Iſtis notatis rñdetur ad queſtionem per quatuor conclu. quarū prima eſt iſta. Primus parens nō fuit immortalis primo modo in ſtatu innocentie. iſta cōclu. probatur: q2 poterat mori abſolute loquēdo. Secūda conclu. eſt iſta. Primus parens fuit immortalis ſecūdo modo in ſtatu innocentie: iſta conclu. probatur auctē aplī ad rom. 5. dicentis. Per vnū hoīē intrauit pctm̄ in mūdū ⁊ per peccatum mors: ⁊ 6. ad rom. Stipendiū peccati mors: ⁊ ad ro. 8. Corpus propter peccatū mortuum eſt. Ratione patet: ſi adam permanſiſſet in ſtatu innocentie poterat comedere de ligno vite: et reſtaurare humidū radicale in tanta puritate vel maiori qualis fuit inde perdito igitur poterat ſeipſum perpetuare: et per ꝯñs habebat potētiam ad nō moriendum in ſtatu innocētie. Tertia cōclu. eſt iſta. primꝰ parens fuit imortalis a natura ī ſtatu ino. pmo mō. iſta ꝯclu. pbat: natura. p. p. hūit aptitudinē ad nō moriēdum in ſtatu inocētie: igit ꝯclu. vera. Quarta conclu. eſt iſta. p. p. nō fuit imor. a natura in ſtatu ino. vltio mō. iſta ꝯclu. pꝫ p. p. nō hūit a naīa ſufficiētē diſpōnē ad nō moriēdū: imo oportebat illā cape a ligno vite: igit ꝯclu. vera.

¶ Contra ſcðam conclu. argui tur ſic. adã fuit homo in ſtatu inno centie. ergo adam fuit mortalis in ſtatu innocentie: pña tenet: qꝛ homo eſt animal rónale mortale. Ad hoc argumentũ facile rñdetur ex diſtin. poſita i. 2. notabili: ideo aliter argui tur. ſequereturq̈ homo eſſet nũc im mortalis ꝛ incorruptibilis: pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: in ſtatu innocẽtie homo erat immorta lis ꝛ icorruptibilis. g̃ etiã nũc pña te net per philo. dicẽtẽ: q̈ ſi aliquid eſt incorruptibile ſemp eſt incorruptibi lis: et ſi aliquid eſt immortale ſemp eſt immortale. Ad hanc replicam re ſpondetur negando ſequelam: et ad probationem negatur pña: ꝛ ad pro bationem dico q̈ philo. loquebatur naturaliter: et non cognouit ſtatum innocentie. Contra iſtã ſolu. argui tur: premium non datur ante meri tum: ſed immortalitas eſt premiũ hominis. ergo non fuit data primo parenti in ſtatu innocentie. Ad hanc replicam rñdetur diſtinguendo mi norem: vel de imortalitate glorie: et ſic cõceditur illa ꝛ negatur pña: vel de immortalitate inocentie: ꝛ ſic ne gatur illa.

¶ Scðo arguitur ſic. adam nõ poterat viuere ſine cibo et potu quã tũcũq; permanſiſſet in ſtatu innocẽ tie. ergo poterat mori durante ſtatu innocentie: pña tenet: qꝛ poterat nõ comedere quo dato mortuꝰ fuiſſet. Ad hoc argumentum rñdetur negã do pñam: et ad probationem dico q̈ adueniente tẽpore in quo tenebatur comedere: ſi non comediſſet peccaſ ſet mortalit: et ex pñti pdidiſſet ſta tum innocentie: nimirũ ergo ſi mor tuus fuiſſet poſtq̈ iã erat extra ſta tum innocentie. Contra iſtam ſolu. arguitur: ſi adã tenebatur comede re: vel tenebatur comedere quando habebat famẽ: vel quãdo non habe bat nullum iſtorum eſt dicendũ: igit q̈ non poſſit dari primũ patet: quia tunc adam in ſtatu innocẽtie fuiſſet paſſibilis: ꝛ per pñs mortalis: q̈ nõ poſſit dari ſcðm patet: quia ſuperflue tunc comediſſet ſine fame. Ad hanc replicam reſpondetur: q̈ adã in ſta tu innocentie preueniſſet famẽ per breue tempus: et ad probationẽ ne gatur q̈ ſuperflue comediſſet: nam ideo comediſſet vt non pateretur fa mẽ. Cõtra iſtã ſolu. arguit: adã iſta tu innocẽtie habuiſſet multas paſſio nes. ergo habuiſſet etiã famẽ. añs patet. adam in ſtatu innocentie ha buiſſet ſomnium ꝛ multas alias ſen ſationes. ergo habuiſſet multas paſ ſiones. Ad hanc replicã rñdetur di ſtinguendo añs vel procedendo de paſſione perficiente aut confortante et ſic conceditur illud ꝛ negatur pña vel procedendo de paſſione tollente bonam diſpoſitionẽ: et ſic negatur illud nec probatur in tali ſenſu. Cõ tra iſtam ſolutionẽ arguitur ſeque retur ſi adã comediſſet et bibiſſet q̈ emiſiſſet aliquas ſuperfluitates pñs videtur abſurdũ igitur ſequela pro batur nõ quicquid comediſſet adam cõuerſũ fuiſſet in ſubſtãtiã ipſiꝰ er go aliquas ſuperfluitates eieciſſet. Ad hanc replicã rñdetur cõcedendo ſequelã ꝛ negando minorẽ ꝛ dicitur a doct. q̈ dñs deus dediſſet modũ

emittendi tales ſuperfluitates cōue
niēter q̄uis ignoretur a nobis. Et
ſi vlterius dicas nullum violentum
eſt perpetuū ſed in adā elementa
erant violēter ergo nō poterat adā
perpetuari rñdetur ꝙ maior intelli-
gitur naturaliter ⁊ minor ſimiliter ē
falſa. Et ſi vlterius arguas aliquis
filiorum vt pote chain potuiſſet oc-
cidere patrē ſuū q̄tū cūq̄ manſiſſet
in ſtatu innocētie. Negatur aſſūptū
⁊ rō eſt q2 q̄uis chain voluiſſet occi
dere patrem ſuum dñs deus nunq̄
concurriſſet imo ipſum adā per an-
gelum cuſtodē defendiſſet a quocū-
q̄ diabolo vel homine.

¶ Tertio arguitur oē agēs phi
ſicum teſte philoſopho in primo de
generatiōe in agēdo repatit ⁊ debili
tatur ergo calor naturalis primi pa
rentis q̄tūcunq̄ mā ſiſſet in ſtatu in
nocentie fuiſſet tandē debilitatꝰ ita
ꝙ non potuiſſet reſtaurare hūidum
radicale ⁊ per ꝯñs tandem mortuꝰ
fuiſſet. Propt̄ hoc argumētū tenet
Doctor ſub. in preſenti diſt. ꝙ adā
in ſtatu inno. tandē fuiſſet mortuus
niſi dominus deꝰ preueniſſet ſ3 dñs
deus tranſtuliſſet eum ante mortē
Et ſic ſequitur ex iſta ſolutiōe ꝙ ne
ceſſitate nature fuiſſet mortuus niſi
dñs deus per tranſlationē preueniſ
ſet tal ē mortē ⁊ hoc corelarū. ē dedi
recōtra determiationē ſctē matris
eccleſie in quodam conſilio cui inter
fuit. Diuus auguſtinus ⁊ anſelmus
legatꝰ rōani pōti. ⁊ habet̄ in. ca. pla
cuit de cōſe. Diſtinc. 4. Propterea
aliter reſpōdet̄ ad argumētū cōce
dēdo ꝙ calor naturalis primi parē-
tis fuiſſet debilitatus niſi fuiſſet ad
iutus et confortatus per eſſum ligni
vite nam primus parēs preueniſſet
talem debilitatem per lignum vite
idcirco nunq̄ fuiſſet mortuus q̄uis
dñs deus nunq̄ tranſtuliſſet eū dū
modo permanſiſſet ſemper in ſtatu
innocentie aut non peccaſſet et hec
eſt reſolutio omnium aliorum Do-
ctorū a doctore ſubtili.

¶ Quarto arguitur contra vl-
timam cōcluſionē illud eſt naturale
quod cum natura naſcitur ſ3 immor
talitas ade eſt huiuſmodi igit̄. Ad
hoc argumētū reſpondetur negādo
maiorē multas :eīn habet inſtātias
de gratijs gratis dati q̄s dñs ꝯfert
multis creaturis. Et ſi vlterius di-
cas innocentia eſt a natura ergo im
mortalitas diſtinguitur antecedens
vel capiendo innocentiam pro pri-
uatione peccati ⁊ ſic cōceditur illud
⁊ negatur conſequentia vel capien-
do pro ſtatu includente iuſticiā ori
ginalem ⁊ ſic negatur illud. Et ſi vl
terius dicas idem principium eſt ꝑ
quod dat natura eſſe: et per quod
in eſſe continuatur ſed principiū ho
minis eſt eternum ſcʒ anima ratio-
nalis ergo cōtinuatio hominis quo
ad vitam eſt eterna negatur conſe-
quentia ⁊ ratio eſt q2 talis continua
tio non pō fieri ſine ſumptione cibi
et reſtauratione humidi radicalis
aut caloris naturalis confortatione

¶ Queritur ſecundo circa ean
dem diſtinctionem: vtrū primus pa
rens poſt peccatum potuit per eſſū
ligni vite vitam ſuam perpetuare.

Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum: ꝙ homo in ſtatu innocentie duos habuit effectus cõtra quos duo a domio deo exhibita ſunt remedia ad conſeruationem vite primus deffect⁹ eſt de pditio humidi radicalis per actionem caloris naturalis qui eſt anime inſtrumentum:ꝛ contra hunc deffectum ſubueniebatur homini per eſſum aliorum lignorũ a ligno vite veluti ſubuenit nobis per eſſum ciborũ quos ſumimus:ſcd̃us vero deffectus eſt capt⁹ a philoſopho in primo de geñ. dicẽte: ꝙ illud quod generatur ex aliquo extraneo adiunctũ ei quod pri⁹ erat humido preexiſtenti imminuit virtutem actiuam ſpeciei ſicut aqua admixta vino que primo cõuertitur in saporeꝫ vini:ꝛ ſcd̃m ꝙ magis additur diminuit fortitudinem vini et tantuꝫ aque poteſt addi ꝙ reddetur vinum a quo ſum: ſic igitur videm⁹ in nobis ꝙ in pricipio virtus actiua noſtri caloris eſt adeo fortis ꝙ poteſt conuertere de alimento non ſolum quod ſufficit ad reſtaurationem deperditi: ſed etiam quod ſufficit ad augmẽtum:poſtmodum vero quod conuertitur non ſufficit ad augmentum:ſed ſolum ad reſtauratioṅeꝫ deperditi:tandem vero illud quod conuertitur non ſufficit ad reſtaurationem:quare tunc ſequitur decrementum ꝛ ſenectus: ꝛ deniꝗ ſenectaꝫ ſequitur mors:et contra hũc deffectũ ſubueniebaṫ hoi p lignũ vite qd̃ habebat virtutem fortificandi caloreꝫ naturalem iuxta illud Augu.in.14. lib. de ciuitate dei dicentis. Cibus aderat homini ne eſuriret potus ne ſitiret:et lignum vite ne ſenect⁹ euꝫ diſſolueret:et in queſtionib⁹ veteris et noui teſtamenti ait: ꝙ vite arbor more medicine hominum corruptionem prohibebat: non tamen ſimplr̃ immortalitatem cauſabat quia virtutem habebat finitam:quapropter ſi adam voluiſſet ſeipſum perpetuare:non ſolum ſemel:ſed frequenter oportuiſſet ipſum edere de ligno vite:veluti homo qui frequenter egrotat frequenter medicina vti debet. Ulterius eſt aduertendum: ꝙ ſtante dicto dñi dei Geñ.2.ſcꝫ. In quacũꝗ die comederis ex eo morte morieris:non eſt ambigua huius q̃ſtionis difficultas:nam ſtante tali dicto adam non poterat ſeipſum perpetuare:ſed difficultas eſt ſecluſo illo dicto ſi dominus deus generali concurſu ſe habuiſſet ꝛ reliquiſſet eum in paradiſo ſecluſo quocumꝗ leſiuo extrinſeco:an potuiſſet per eſſum ligni vite frequentem ſeipſum perpetuare:et diuus Bonauẽ. reſpondet negatiue:et cõſequenter tenet:ꝙ dominus abſtuliſſet a ligno vite virtutem fortificandi calorem naturalem ſed de hoc eſt dubium: an dominus deus abſtuliſſet vel non talem virtutem:idcirco ſuppoſito ꝙ lignum vite retinuiſſet eandem virtutem poſt peccatum quam habebat ante peccatum reddit difficultas queſtionis propterea. Jſtis ſuppoſitis rñdetur affirmatiue ad titulum queſtionis.

¶ Que quidem reſponſio probatur auctoritate domini dei dicentis angelis geñ.3.ca. de adaꝫ:ne for

te ſumat de ligno vite ⁊ viuat ineternum. Preterea augu. in lib. de queſtionibus veteris ⁊ noui teſtamenti ait. Guſtus arboris vite corporum inhibebat corruptionē denique ⁊ poſt peccatum potuit inſolubilis manere ſi permiſſum eſſet illi edere de arbore vite. Jtez richardus de ſancto victore inquit. Adam habuit añ peccatum incorruptionem ⁊ poſt peccatum corruptionez: ſed vtroque modo per eſum ligni vite potuit ſuſtentari. Jnſuper elias ⁊ enoch vixerunt iam in paradiſo terreſtri per multa milia annorum ⁊ viuent vſque ad finē mundi: igitur adam ſi mãſiſſet poſt peccatū fuiſſet immortalis. Poſtremo arguitur ſic: helias in fortitudie vnius ſub cinericij panis ambulauit per quadragita dies vſque ad mortē dei oreb: igitur adam poſt peccatuz per eſum ligni vite poterat ſeipſum perpetuare: et per ꝯſis reſpõſio vera. Unum tamen eſt ſumme aduertendum: ꝙ adam per vnicam comeſtionem ligni vite non perpetuaſſet ſeipſum: quoniam virtus ligni vite erat finita et limitata: idcirco nõ fortificabat calorem naturalez niſi per finituz tempus: ſed bene perpetuaſſet ſeipſum per multas comeſtiões imo neceſſarium eſt ſi voluiſſet per infinitum tempus ſeipſum ꝑpetuare: ꝙ infinicies ſumpſiſſet de ligno vite.

De modo procreationis filiorum ſi non peccaſſent primi parentes: et quales naſcerentur filij.

Diſtinctio. XX.


Poſt hec videndum eſt qualiter primi parentes ſi non peccaſſent filios ꝓcreaſſent: et quales ipſi filij naſcerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiſo miſceri nõ potuiſſe niſi poſt peccatum dicentes concubitum ſine corruptiõe vel macula non poſſe fieri. Sed ante peccatuz nec corruptio nec macula in homine eſſe poterat: quoniam ex peccato hec conſecuta ſunt. Ad quod dicendnm eſt quod ſi non peccaſſent primi homines ſine omni peccato et macula in paradiſo carnali copula conueniſſent: et eſſet ibi thorus immaculatus et commixtio ſine cõcupiſcentia atque genitalibus mẽbris ſicut ceteris impaſſet vt ibi nullũ motum illicitum ſentirent: ⁊ ſicut alia mẽbra corpis

alijs admouemus. vt manũ ori ſine ardore libidinis. ita genitali bus vterentur membris ſine ali quo pruritu carnis. Hec eniꝫ le talis egritudo membris huma/ nis ex peccato inheſit. Genuiſ/ ſent itaqꝫ filios in paradiſo per coitum immaculatum ⁊ ſine cor ruptione. Cur non credamꝰ pri mos homines ante peccatũ ge nitalibus membris ad procrea/ tionem imperaſſe potuiſſe: ſicut ceteris in quolibet opere ſine vo luptatis pruritu vtũtur. Incre dibile enim non eſt deũ talia fe/ ciſſe illa corpora. vt ſi nõ peccaſ/ ſent. illis membris ſicut pedibꝰ imperarent. nec cuꝫ ardore ſemi narent. vel cum dolore parerent ſed poſt peccatum motum illuꝫ meruerunt queꝫ nuptie ordinãt continentia cohibet. Infirmitas enim prona in ruinam turpitu/ dinis. excipitur hõeſtate nuptia li. ⁊ qđ ſanis eſt officium. egro/ tis eſt remedium. Emiſſi quidẽ de paradiſo conuenerũt ⁊ genue runt ſed potuerunt in paradiſo eis eſſe nuptie honorabiles: et thorus immaculatus. ſine ardo re libidinis. ſine labore pariendi.

Quare in paradiſo nõ coie runt duobus modis ſoluit.

Tentatio autem carnis interior difficilius vincatur: quia interi⁹ oppugnans de noſtro cōtra nos roboratur. Homo ergo qui ſola exteriori tentatione pulſatus cecidit: tanto grauius plectendus erat quando leuiori impulſu fuerat proſtratus. Et tamen quia aliquam licet modicam cadendi occaſionem habuit. Jdcirco per dei gratiam iuuari potuit ad veniam: vt qui per alium ceciderat per aliū erigeretur. Qui ergo incitationē habuit ad malum: non iniuſte reparatorē habuit ad bonum. Diabolus vero quia ſine alicuius tentatione peccauit per alium vt ſurgeret iuuari non debuit: nec per ſe potuit. Et ideo irremediabile peccatum eius extitit: peccatū vero hominis ſicut per alium habuit initium: ita per aliū nō icōgrue habuit remediū

Quare homo non angelus ſit redemptus.

¶ Preterea angelica natura: qm̄ non tota perierat: ſed ex parte perſtiterat non eſt redēpta: humana vero tota perierat. Et ideo ne penitus perderet ex parte eſt redēpta: vt inde ruina ſuppleretur angelica. Uñ aug⁹. in enchi. Placuit vniuerſitatis creatori et moderatori: vt quoniā non tota multitudo angelorum deum deſerendo perierat ea que perierat in perpetua perditione remaneret. Que autem cum deo illa deſerente perſtiterat: ſua certiſſime cognita ſemper felicitate gauderet. At vero creatura rationalis que in hominibus erat: quoniā peccatis atq; ſupplicijs tota perierat ex parte poterat reparari. Unde angelice ſocietati suppleretur quod ruina illa minuerat: hoc enim promiſſum eſt ſanctis q̄ erunt equales angelis dei.

Quod non ſoli viro preceptum fuit datum.

¶ Jllud etiam notandū eſt q̄ non ſoli viro preceptum videtur eſſe datum cum ipſa mulier teſtatur ſibi etiam eſſe mandatum dicens. Precepit nobis deus ⁊c. Supra tamē legitur ante factā mulierem deum dixiſſe viro. De ligno ſcientie boni et mali ne comedatis. Non dixit ne comedas Forte quia facturus erat mulierem de viro ſic precepit: vt per virum ad mulierē perueniret mā

datum:quia mulier que ſubiecta
viro fuit non niſi mediante viro
diuinum debuit accipere prece/
ptum. Unde apoſtolus. Si qd
diſcere voluerint domi viros ſu
os interrogēt. Si queritur quo
modo loqui potuerunt vel lo/
quentem intelligere qui non di/
dicerant interloquentes creſcen
do vel magiſterio. Dicimus q
deus eos tales fecerat qui poſ/
ſent loqui ⁊ diſcere ab alijs.

CIrca viceſi/
mā primam
diſtinctionez
queritur prio
vtrum demō
ex inuidia pri
mos parētes
tētauit. Pro
huiꝰ queſtio/
nis intelligentia eſt aduertendum
q teſte Aurelio augu. ſuperbia et in
uidia maxime poſſident mentez dia
boli: ideo qui prius lucifer erat effe
ctus eſt diabolus: ⁊ ex ſuperbia orta
eſt inuidia: naz ſuperbus amat pro
priam excellentiam et nullum vult
habere parez: idcirco ſtatim inuidet
vnde diabolus videns hominem in
ſtatu quo poterat aſcēdere ad ſuper
nam felicitatē ex qua ipſe ceciderat
motus eſt ſuperbia et inuidia ad ip
ſum tentandum. Ulterius eſt aduer
uertendum q tentare capitur biphā
riam. Uno modo ſtricte vt idem eſt
q inducere ad malum: et iſto modo
capitur Jacobi. 1. vbi habetur. Ne
mo quum tentatur dicat quoniam a
deo tentatur deus intētator eſt ma/
lorum: ipſe neminem tentat. Alio
modo capitur tentare large: et iſto
modo capitur geñ. 22. cap. vbi habe
tur. Tentauit dñs abraham. Pari
forma habetur deutero. 13. ca. Tēta
uit vos dñs deus veſter: vt palam fi
at vtruz diligatis eum ex toto corde
veſtro. Pari forma Sapien. 3. cap.
Tētauit deus illos ⁊ inuenit eos di/
gnos ſe. In omnibꝰ iſtis auctātibꝰ
et ſimilibus capitur large tentare:
idcirco gloſa ſuper illuz verſiculum
Proba me domine ⁊ tenta me: pſi.
25. inquit. Tentat deus vt erudiat:
homo vt ſciat: diabolus vt ſeducat
Iſtis notatis rñdetur affirmatiue
ad titulum queſtionis: iſta rñſio ptz
auctē ſacre paginie habetur ſapiētie
2. cap. Inuidia diaboli mors introi
uit in orbem terrarum: ideo diuus
Grego. in moralibus inquit. In pa/
radiſo diabolus inuidens homini ſu
perbie vulnus inflixit.

¶ Contra iſtam rñſionez argui
tur ſic. omnis inuidia eſt reſpectu pa
ris vel ſuperioris teſte diuo Grego.
in. 5. lib. moralium ſuper illud Job
Paruulum occidit inuidia: ſed pri/
mus parens non erat par neq ſupe
rior diabolo. ergo diabolus non ha/
buit inuidiā erga primū parentē: mi
nor probatur. primus parēs erat in
ferior demone: iuxta illud pſal. Mi
nuiſti eum paulominus ab angelis.
ergo primꝰ parens non erat par aut
ſuperior demone. Ad hoc argumen
tum rñdetur diſtinguendo minorez

vel quoad naturalia: ⁊ ſic cōceditur
illa et negatur ꝯña: vel quoad dona
gratuita: et ſic negatur illa minoꝛ:
nec pꝛobatur i iſto ſenſu. ¶Cōtra iſtā
ſolutionem arguitur: inuidia eſt re-
ſpectu alicuius boni quod inuidus
poteſt acquirere: ſed demon non po
terat acquirere beatitudinem homi
nis. ergo demon nō habuit inuidiā
reſpectu illius. Ad hoc negatur ma
ioꝛ intelligendo eam vniuerſaliter:
ſed ſatis eſt ꝙ iuidia ſit reſpectu bo
ni: quod aliquis natꝰ eſt habere mo
do licet demon nō poſſit habere bea
titudinem: natus tamen eſt habere
eam et aptus. ¶Contra iſtam ſolutio
nē arguitur: beatitudo humana nō
poteſt deſiderari a demone. ergo de
mon non poteſt inuidere pꝛopter ta
lem beatitudinem: aſñs pꝛobatur. de
mon non poteſt habere talem beati
tudinem. ergo non poteſt eam deſi-
derare. Ad hanc replicā rñdetur ne
gando aſñs: ⁊ ad pꝛobationem nega
tur ꝯña: ratio eſt: quia volūtas teſte
philo. eſt impoſſibilium: inſuper po
teſt deſiderare conditionaliter. ¶Con
tra iſtam ſolutionem arguitur. inui-
dia eſt reſpectu illius quod poteſt di
minuere bonum pꝛopꝛium: ſed bea
titudo pꝛimi parentis non potuerat
diminuere bonum diaboli. ergo de-
mon non inuidit pꝛimo parenti pꝛo
pter eius beatitudinem. Ad hanc re
plicam rñdetur diſtinguendo maio
rem vel ſcḋm rei veritatem: et ſic ne
gatur illa intelligendo vniuerſaliter
vel ſcḋm exiſtimationem: ⁊ ſic cōce
ditur illa et negatur minoꝛ: nam dia
bolꝰ exiſtimabat ꝙ gloꝛia ſua dimi-
nuerē ex pꝛmi parētis ſublimatiōe.

¶Queritur ſcḋo circa eandem
diſtinctionē. vtrum modus quo de-
mon malus tentauit: pꝛimum parē
tem fuit conueniens. Pꝛo huiꝰ que
ſtionis declaratione eſt aduertendū
ꝙ teſte diuo Auguſt. ſuper geneſim
modus quo demon tentauit pꝛimū
parentem non tantum fuit ex diabo
lica electione: ſed etiam ex diuia per
miſſione non potuit diabolus tenta
re omnimodo quo ipſe voluiſſet: ſed
ſolum eo modo quem dñs permiſit
diuina enī ſapīa permiſit ꝙ diabolꝰ
tentaret hominē in effigie animalis
bꝛuti non cuiuſcūꝗ ſed ſerpentis:
vt oſtenderet homini: ꝙ ſi conſenti-
ret relinquebat deum et adherebat
terre. Ulterius eſt aduertendū ꝙ
vt patet ex. 2. ca. geñ. Tentatio dia-
boli a muliere inchoata eſt: ⁊ per eā
peruenit ad virū: ratio huius ſumi
tur ex parte ſapiētie diuine ⁊ ex par
te actꝰ diabolici dñs tali oꝛdine per
miſit tentationem fieri ob viri exer-
citationem: nam adam erat vir foꝛ
tis et ſpiritualī mente pꝛeditus: ita
ꝙ non ſolum poterat reſiſtere ſerpē
tis tentationi: ſed etiam ſuggeſtioni
mulieris: idcirco foꝛtioꝛi tentatione
permiſſus eſt tentari ꝙ̄ mulier. In
ſuper ne mulier haberet excuſationē
ſi ſequta fuiſſet virum peccantem.
Inſup ob noſtram eruditionem: nā
per iſtum modum cognoſcimus mo
dum inuiſibilem quo demon tentat
nos: nam ſicut diabolus mediante
muliere peruenit ad virum: ita me
diante ſenſualitate peruenit ad no
ſtram poꝛtionem ſuperioꝛem ratio
nis mediāte inferioꝛi. ¶Ex parte etiā
aſtutie diaboli ſumitur ratio diabolꝰ

eni cōſiderauit mulierē eſſe minoris ſapientie et debilioris conſtantie: et importunioris adherentie: idcirco mulier facilior fuit ad ſeducendum et facilior ad peruertendum ſeipſam et virum. Ex his patet reſponſio affirmatius ad titulū queſtionis: tam ex parte ſapientie diuine ꝙ aſtutie diabolice.

Contra quā reſponſionē arguitur ſic. quanto aliqua tētatio eſt magis occulta: tanto eſt efficacior ⁊ conuenientior ad decipiendum: ſed diabolus poterat magis occulte tentare primum parentem: igitur ille modus non fuit conueniens: minor patz: potuit demon aſſumere effigiē hipocrite ſicut aſſumpſit tentaturus ſaluatorem noſtrum potuit etiā aſſumere formam vulpis: igitur magis occulte potuit tentare primum parentem. Ad hoc argumentum rñdetur ꝙ quis demon potuiſſet tentare magis occulte primum parentem: ſi dñs permiſiſſet: nō tamē permiſit dñs. Inſuper ille ſerpens quē aſſumpſit demon tentare euam habebat faciem virginis: et in fine caude ſue habebat toxicum: ad denotādum ꝙ opus ad quod inducit tentatio in principio videtur ſuaue: ſed in cauda. i. in cōſummatione habz venenum. i. mortem eternam. Cōtra iſtam ſolutionem arguitur: vir ⁊ mulier erant equales in ſtatu innocētie ergo non debuit tentatio inchoari a muliere. Ad hoc rñdetur diſtinguendo aīs vel quoad naturalia: ⁊ ſic cōceditur illud et negatur ꝯña vel quoad gratuita: et ſic negatur illud: naz ſapientior et ꝯſtantior erat ipſe adā euā. Cōntra iſtam ſolutionem arguitur. vituperabiliꝰ eſt vinci a muliere ꝙ a viro: et glorioſius eſt vincere virum ꝙ feminam: ſed demon maxime refugit vituperium: et auidiſſime querit gloriam. ergo tētationem ſuam inchoauit a viro et non a muliere. Ad hoc rñdetur negando pñam: et ratio eſt: quia nō ſperabat victoriam ſi īchoaſſet a viro: idcirco maluit īchoare a femina: vt per ipſam triumpharet de viro.

Queritur tertio circa eandez diſtinctionem: vtrum omnis tētatio emanet a diabolo. Pro huius q̄ſtionis intelligentia eſt aduertendum: ꝙ in hac queſtione ſolum eſt ſermo de tentatione ſtricte: vt eſt inductio ad malū: ⁊ talis tentatio eſt duplex ſcz exterior et interior. tentatio exterior fit quando nobis extrinſecꝰ malum viſibiliter ſuggeritur: vel verbo ſigno aut facto. Tentatio interior fit quando inuiſibiliter nobis maluz intrinſecus ſuggeritur. Uulteriꝰ eſt aduertendum ꝙ bipharium aliquid dicitur emanare ab aliquo. Uno modo directe et immediate. et alio modo īdirecte ⁊ mediate. His notatis rñdetur ad queſtionem per aliquot conclu. quarum prima eſt iſta. Non omnis tētatio immediate ⁊ directe emanat a diabolo. iſta conclu. probatur: aliqua tentatio immediate et directe oritur ex carne: iuxta illud iacobi pᵒ. Unuſquiſꝗ tentatur a cōcupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Et aliqua etiam oritur ex malis hominibus qui ſunt miniſtri diaboli: igitur ꝯclu. vera. Scđa conclu. ē iſta omnis tētatio mediate vł immediate

emanat a diabolo. Iſta conclu. patʒ
demon fuit cauſa primi peccati pri-
mi parentis: ex cuius corruptione
emanat queuis alia tentatio: igitur
concluſio vera.

¶ Contra primā conclu. argui
tur teſte Hugone de ſctō victore: ten
tare eſt callide experiri quaſi quibuſ
dam blandis conatibus probare: ſʒ
experimentum ſumere eſt creature
tantum rationalis: igitur nulla ten-
tatio poteſt ꝓuenire a carne. Ad hoc
argumentum rñdetur ꝙ Hugo de
ſctō victore ſolum loquitur de tenta
tione diaboli ⁊ nō loquitur de tenta-
tione vniuerſaliter. Contra iſtaʒ ſo
lutionem arguitur. Tentatus debet
differre a tentante: ſed caro. i. homo
carnalis non differt a ſeipſo. ergo i-
poſſibile eſt aliquam tentationē pro
uenire a carne. Ad hanc replicam re
ſpondetur ꝙ licet homo carnalis nō
differat a ſeipſo eſſentialiter ⁊ ſim-
pliciter differt tamen accidentaliter
a ſeipſo ſcđm rationem: et hoc ſuffi-
cit ad hoc ꝙ poſſit homo carnalis tē
tare ſeipſum ſcđm rationem. Con-
tra iſtam ſolutioneʒ arguitur: ſeque
retur ꝙ tentatio carnis poſſet eſſe ſi
ne tētatiōe diaboli ꝯñs eſt contra il
lud gloſe ſuper illum verſiculum di
uerte a malo et fac bonū dicentis: ꝙ
omnia mala ab inſtinctu diaboli ꝓ-
cedunt: igitur ſolutio nulla. Ad hāc
replicam facile rñdetur ꝙ gloſa itel
ligitur mediate vel immediate qđ
eſt pro altera cōclu. Contra iſtā ſolu
tionē arguitur aucte apſi ad gala. 5.
dicentis. Manifeſta ſunt opera car
nis que ſunt fornicatio adulterium:
contentiones emulationes: ire rixe
inuidie ⁊c. igitur omnis tentatio ꝓ-
uenit a carne. Ad hanc replicam rñ-
detur ꝙ apſ̄s capit carnem large ꝓ
quacūqʒ concupiſcentia.

¶ Circa iſtam materiam dubi-
tatur. An tentationi carnis vel de-
monis difficilius eſt reſiſtere. et vi-
detur ꝙ tentationi carnis difficilius
ſit reſiſtere: nam teſte Seneca nul-
la peſtis peior ⁊ efficacior ꝗ̄ familia
ris inimicus. Simil'r augu. de ago-
ne chriſtiano ait: nulla habet chriſti
cola acriora certamina quaʒ carnis
In oppoſitū habetur iob. 40. de de
mone non eſt poteſtas ſuper terraʒ
que poſſit ei comparari. Ad hoc du
biuʒ reſpondetur ꝙ ſi loquamur de
peccato ad quod ꝯcurrit tētatio dia
boli et tentatio carnis non eſt dubiū
quin tentatio carnis ſit difficilior: ſi
vero loquamur ſeparatim de tenta
tione carnis ſola ⁊ de tentatione de
monis ſola tunc ſe habēt ſicut exce
dens et exceſſum: nam aliqui ſūt ꝓ
niores ad ſuperbiam ⁊ ad vanā glo
riam iram et inuidiam: et talibꝰ dif
ficilius eſt reſiſtere tentationi diabo
li ꝗ̄ carnis: alij vero ſunt proniores
ad libidinem et gulam: et talibꝰ dif
ficilius eſt reſiſtere tētationi carnis
ꝗ̄ demonis: et Aurelius auguſtinꝰ
loquitur de tentatione carnis coniū
cta tentationi demonis.

De origine illius.

Diſtinctio. XXII.

Hic videtur diligēter inueſtigandū eſſe que fuerit origo et radix illius peccati. quidam putant quandam elationē in animo hominis preceſſiſſe: ex qua diaboli ſuggeſtioni cōſenſit. Quod videtur Auguſt. inuenire ſuper Geñ. ita inquiens. Nō eſt putandum q̄ homo deijceretur niſi preceſſiſſet in eo quedam elatio comprimenda: vt per humilitatem peccati ſciret q̄ falſo de ſe preſumpſerit: et q̄ non bene ſe habet natura ſi a faciente receſſerit. Item in eodē. Quomodo verba tentatoris crederet mulier deum ſe a re bona τ vtili prohibuiſſe: niſi ineſſet eius mēti amor ille proprie poteſtatis: τ de ſe ſuperba preſumptio que p̄ tentationē fuerat conuincenda aut perimenda. Deniq; non contenta ſuaſione ſerpentis aſpexit lignū bonū eſu decorum aſpectu: nec credens ſe inde poſſe mori: forte putauit deū alicuius cauſa ſignificationis illa dixiſſe: ideo manducauit τ dedit viro ſuo fortaſſis cū aliqua ſuaſione quā ſcriptura intelligendā reliquit. Uel forte non fuit ſuaderi neceſſe: cū eam mortuā eſſe illo cibo non videret vir. Sicut ergo nō eſt permiſſus diabolus tentare feminā niſi per ſerpentem: ita nec virum niſi per feminā: vt ſicut preceptū dei per virum venit ad mulierē ita diaboli tentatio per mulierē tranſiret ad virum. In muliere vero que rationalis erat non eſt ipſe loquutus vt in ſerpente: ſed perſuaſio eius q̄uis inſtictu adiuuaret interius quod per ſerpētem gerebat exterius. Ex predictis tentationibus modus atq; progreſſus inſinuatur: nec non etiam quod prediximus innui videtur. ſ. q̄ tentationem preceſſerat aliqua elatio τ p̄ſumptio in mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem preceſſiſſe in mente.

¶ Quod ſi ita fuit: non ergo alterius ſuggeſtione prius peccauit cū auctoritas tradat: idō peccatū diaboli incurabile eſſe: q2 non ſuggeſtiōe ſed propria ſuperbia cecidit: hoīs vero curabile: quia non per ſe: ſed per aliū cecidit: et ideo per alium reſurgere potuit. Quocirca p̄dicta verba Augu. piū ac diligentē lectorē efflagitāt que ſic intelligere ſane quimus.

Non deijceretur hō in actū illi⁹ peccati: vt.ſ.cʒ lignū vetitū ederet: ⁊ in has miſerias per tentationē diaboli: niſi elatio cōprimēda preceſſiſſet: nō vtiqʒ tentatio ſed opus pctī. Talis enim fuit ordinis proceſſus. Diabolus tentando dixit. Si comederitis eritis ſicut dij ſciētes bonū et malū: quo audito ſtatim mēti mulieris ſurrepſit elatio quedaʒ et amor ꝓprie poteſtatis: ex quo placuit ei facere quod diabolus ſuadebat ⁊ vtiqʒ fecit. Suggeſtione igitur peccauit: quia tentatio preceſſit: ex qua in mente eius orta eſt elatio quam peccatum operis ſequutum eſt ⁊ pena peccati.

Que fuit elatio mulieris.

¶ Et talis quidē elatio in mente mulieris fuit ꝓ certo qua credidit ⁊ voluit habere ſilitudineʒ dei cum equalitate quadā putās eſſe verū qḋ diabolus dicebat. Et ideo ſpecialiter mulierēʒ commemorat Aug⁹. inquiēs. Quo modo crederet mulier diabolo: niſi eſſet in mente eius ſuperba preſumptio. Et quod ibi ſequitur. ſ. que per tentationeē fuerat conuincenda vel perimenda: ad mulierē referendū eſt: vt intelligatur que mulier non elatio fuerat per tentationē ⁊c.

Que fuit elatio viri: an crediderit et voluerit quod mulier.

¶ Solet queri: vtrū illa talis elatio ⁊ amor proprie poteſtatis in viro fuerit ſicut in muliere. Ad qḋ dicimus qꝫ adā non fuit ſeductus eo mō quo mulier. Nō eni putauit eſſe verū qḋ diabol⁹ ſuggerebat. In eo tñ fuiſſe ſeductuʒ credi pōt ꝙ commiſſum veniale putauerit qḋ perēptorium erat. Sed nec prior ſeductus fuit nec in eo in quo mulier vt crederet deū illḋ lignū: ideo tangere ꝓhibuiſſe: qm̄ ſi tangerēt fierēt ſicut dij. Verūtñ ꝑuaricator fuit adā vt teſtatur apoſtolus. Poterat eñ aliqua elatio menti eius ineſſe illico poſt tētationē: ex qua voluit lignū vetitū experiri cū mulierē non videret mortuā eſca illa ꝑcepta. Vñ Aug⁹. ſup Geñ. Cū apl's adam preuaricatorem fuiſſe oñdit dicens. In ſimilitudinem preuaricationis ade: ſeductū tñ negat vbi ait. Adam non eſt ſeductus ſed mulier. Vñ ⁊ interrogatus non ait: mulier ſeduxit me: ſed dedit mihi ⁊ comedi.

mulier vero dixit: ſerpens ſedu-
xit me. Hanc autem ſeductionē
proprie vocauit apl'us per quā
id quod ſuadebatur cum falſum
eſſet verum putatum eſt: ſcʒ ꝙ
deus lignum illud ideo tangere
prohibuerit: quia ſciebat eos ſi
tetigiſſent ſicut futuros deos tā
ꝙ eis diuinitatem inuideret qui
eos homines fecerat. Sed et ſi
virum propter aliquam mentis
elationem que deum latere non
poterat ſolicitauit aliqua expe-
riendi cupiditas cum mulierem
videret accepta illa eſca non eſſe
mortuam. Nec tamen eum arbi
tror ſi iam ſpirituali mente predi
tus erat nullo modo crediſſe
quod diabolus ſuggerebat.

Quis plus peccauit Adam vel eua.

Ex quo manifeſte animad-
uerti poteſt: quis eorū plus pec
cauerit Adam ſcʒ vel eua. Plus
enim videtur peccaſſe mulier q̄
voluit vſurpare diuinitatis equa
litatē ꝛ nimia preſumptione ela
ta credidit ita eſſe futurū. Adā
vero nec illud credidit: ꝛ de peni
tentia ꝛ dei miſericordia cogita-
uit: dum vxori morem gerens
eius perſuaſioni conſenſit: nolēs
eam contriſtari ꝛ a ſe alienatam
relinquere ne periret: arbitratus
illud eſſe veniale non mortale de
lictum. Unde Auguſtinus apo
ſtolus ait. Adam non eſt ſedu-
ctus. Quod vtiqꝫ ita accipi po
teſt vt intelligatur non eſſe ſedu
ctus prior. ſ. vt in eo in quo mu
lier vt ſcʒ crederet illud eſſe verū
Eritis ſicut dij: ſed putauit vtrū
ꝙ poſſe fieri vt vxori morem ge
reret: et per penitentiam veniam
haberet. Minus ergo peccauit
qui de penitentia ꝛ dei miſericor
dia cogitauit. Poſtꝙ enim mu
lier ſeducta manducauit: eiqꝫ de
dit vt ſimul ederent noluit eam
contriſtari quam credebat ſine
ſuo ſolatio contabeſcere: et a ſe
alienatam omnino interire. Nō
quidem carnali victus concupi
ſcentia quam nondum ſenſerat:
ſed amicabili quadam beniuolen
tia qua plerumqꝫ fit vt offenda-
tur deus ne offendatur amicus
quod eum facere non debuiſſe
diuine ſententie iuſtus exitus in
dicauit. Ergo alio quodammo
do ipſe etiam deceptus eſt. In-
expertus enim diuine ſeuerita-
tis in eo falli potuit: vt veniale
crederet eſſe commiſſum. Sed
dolo illo ſerpentino quo mulier
ſeducta eſt nullo modo arbitror
illum potuiſſe ſeduci.

Ex his datur intelligi ꝙ mulier plus peccauerit in qua maioris tumoris preſumptio fuit. Que etiam in ſe ⁊ in proximū ⁊ in deū peccauit. vir autem tantū in ſe ⁊ in deum. Inde etiam colligitur ꝙ mulier plus peccauerit: quia grauius punita eſt cui dictū fuit In dolore paries filios ⁊c.

Quid predicte ſententie aduerſari videtur.

¶ Sed huic videtur contrariū quod Auguſt. ſuper Geñ. de viro et muliere peccatum ſuum excuſantibus ait. Dixit adam mulier quam dediſti mihi dedit mihi de ligno et comedi: non dicit peccaui. Superbia enim habet confuſionis deformitatem: non confeſſionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatū ſed refert in alterum dicēs. Serpens decepit me ⁊ comedi in impari ſexu: ſed pari faſtu. Ecce hic dicit Augu. quia parem faſtuꝫ habuit mulier cum viro. Pariter ergo ſuperbierunt et pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari poteſt vt dicamus pareꝫ vtriuſqꝫ fuiſſe faſtuꝫ in excuſatione peccati: et etiaꝫ in eſu ligni vetiti: ſed diſparem: ⁊ in muliere multo maiorem in eo ꝙ credidit ⁊ voluit eſſe ſicut deus: quod nō vir. Veruntamen ⁊ de viro legitur ꝙ voluit eſſe ſicut deus. Dicit enim Aug⁹. ſuper illum locū ps. Que non rapui tunc exoluebam. Rapuit adam ⁊ eua preſumentes vt diabol⁹ de diuinitate rapere voluerunt diuinitatem: ⁊ perdiderunt felicitatem. Item ſuper illum locum. Deus quis ſimilis tibi. Qui per ſe vult eſſe vt deus: peruerſe vult eſſe ſimilis deo: vt diabolus qui noluit ſub eo eſſe: et homo qui vt ſeru⁹ noluit teneri precepto: ſed voluit vt nullo ſibi dominante eſſet quaſi deus. Item ſuper illum epiſtole locum. Non rapinaꝫ arbitratus eſt ſe eſſe equalem deo: quia non vſurpauit quod ſuum non eſſet: vt diabolus et primus homo.

Quorundam ſententia qd̄ adam ambierit eſſe vt deus ſed non crediderit poſſibile.

¶ Ideo quibuſdam videtur ꝙ etiam Adam ambierit eſſe ſicut deus: non tamen credidit id fieri poſſe: et ideo falſum eſſe quod diabolus promittebāt cognouit

Et licet diuinitatis equalitatem concupierit: non tamen adeo exarſit: nec tanta eſt affectus ambitione ſicut mulier que illud fieri poſſe putauit: et ideo magis illō ambiendo ſuperbiuit. Uirū autem aliqua forte ambitionis ſubreptio mouit: ſed non ita vt illud verum vel poſſibile fore putaret Alijs autem videtur ideo dictū eſſe ꝙ adam illud voluerit: quia mulier de coſumpta illud voluit ſicut inquiunt. Peccatum dicitur per vnum hominem intraſſe in mundum: ideſt in humanam naturam: cum tamen mulier ante virū peccauerit: quia per mulierem intrauerit de viro factam Uel potius ideo per hominem dicitur intraſſe: quia etiam peccante muliere ſi vir non peccaſſet humanum genus minime peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit vir ꝙ̄ mulier.

Obiectio contra id quod dictum eſt virum minus peccaſſe.

¶ His autem opponi ſolet hoc modo. Tribus modis: vt Iſidorus ait: peccatum geritur: ſcʒ ignorantia infirmitate induſtria Et grauius eſt infirmitate peccare ꝙ̄ ignorantia: grauiuſq; induſtria ꝙ̄ infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccaſſe quia ſeducta fuit. Adam vero ex induſtria: qꝛ non fuit ſeductus vt apoſtolus ait. Ad quod dicimus quia licʒ eua in hoc per ignorantiā deliquerit quod putauit verum eſſe quod diabolus ſuadebat: non tamen in hoc qui nouerit illud dei eſſe mandatum et peccatum eſſe cōtra agere. Et ideo excuſari a peccato per ignorantiam non potuit.

Quod ignorantia alia excuſat alia non.

¶ Eſt enim ignorantia que excuſat peccantem: et eſt ignorantia talis que non excuſat. Eſt autem ignorantia vincibilis ⁊ ignorantia inuincibilis. Excuſatio omnis tollitur: vbi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia que excuſat et que non.

¶ Eſt autē ignorantia triplex et eorum. ſ. qui ſcire nolunt cum poſſint que non excuſat: quia et ipſa peccatum eſt. Et eorū qui volunt: ſed non poſſunt que excuſat: et eſt pena peccati non peccatum: et eorū qui quaſi ſimpliciter neſciunt non renuentes vel

pꝛoponentes ſcire: que neminē plene excuſat: ſed ſic foꝛtaſſe vt minus puniatur. Unde Aug. ad Ualentinum. Eis aufertur excuſatio qui mandata dei nouerunt quam ſolent habere homines de ignoꝛantia. Et licet grauius ſit peccare ſcienter ꝗ neſciēter: non ideo tamen fugiendū ē eſt ad ignoꝛantie tenebꝛas: vt in eis quiſꝗ excuſationem requirat. Aliud eſt enim neſciſſe aliud ſcire noluiſſe: quia in eis qui intelligere noluerunt ipſa ignoꝛantia peccatum eſt: in eis vero qui non potuerunt pena peccati. Ignoꝛantia vero que non eſt eorum qui ſcire nolunt: ſed qui tanꝗ ſimpliciter neſciunt: nullū ſic excuſat: vt eterno igne nō ardeat ſed foꝛtaſſe vt minus ardeat. Nō igitur mulier excuſationem habuit de ignoꝛantia: cum ꝛ mandatum nouerit: et peccatum eſſe ꝛ ſecus agere nō ignoꝛauerit.

Unde pꝛoceſſerit conſenſus illius peccati cum natura hominis eſſet incoꝛrupta.

¶ Solet etiam queri cum ſine vitio eſſet natura hominis: vnde cōſenſus mali pꝛoceſſerit. Ad quod reſponderi poteſt: quia ex libero arbitrio pꝛopꝛie voluntatis fuit. In ipſo enim et in alio cauſa extitit vt fieret deterioꝛ. In alio quia in diabolo qui ſuaſit. In ipſo: quia voluntate liberi arbitrij conſenſit: ꝛ cum liberū arbitrium ſit bonum: ex re vtiꝗ bona malus ille conſenſus pꝛouenit: ꝛ ita ex bono malum manauit. De hoc autem in ſequenti plenius tractabimus: cum oꝛigo mali: et in qua re choaleſcat inueſtigabimus.

An voluntas pꝛeceſſerit illud peccatum.

¶ Si vero queritur: vtrum voluntas illud peccatum pꝛeceſſerit? Dicimus quia peccatum illud et in voluntate et in actu cōſiſtit: et voluntas actum pꝛeceſſit: ſed ipſam voluntatem alia hominis voluntas mala non pꝛeceſſit: atqꝫ ex diaboli perſuaſione et hominis arbitrio illa voluntas mala pꝛodijt: qua iuſticiam deſeruit: et iniquitatem inchoauit: et ipſa voluntas iniquitas fuit.

CIrca viceſi-
mā ſecundā3
diſtinctione3
queritur pri-
mo. Utrum
vterq3 parēs
peccauit pec
cato ſuperbie
Pro hui⁹ q̄-
ſtionis intelligentia eſt aduertendū
q̄ diuus Augu. in p̄io lib. de ciuita-
te dei inquit: q̄ non amittitur corpo
ris ſanctitas manente anime ſancti
tate: iuxta illō beate lucie. Si inuitā
me violaueris corona mihi duplica
bitur iuſticie: idcirco prius inuenitur
malicia in actu iteriori q̄ȝ in actu ex-
teriori: et multi actus interiores poſ
ſunt concurrere ad actum exteriorē:
inter quos ille habet ratione3 primi
peccati in quo primo malicia reperi
tur: et q2 in ſtatu innocētie nulla erat
rebellio carnis: ideo inq̄t diu⁹ Tho.
q̄ primus actus malus primi parē-
tis fuit quo voluit inordinate aliq̄d
bonum ſp̄uale: et ex ꝯñti r̄ndet ad q̄
ſtionem motā: q̄ vterq3 parens pec
cauit peccato ſuperbie.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur ſic. peccatum primi parentis
fuit inobedientia. ergo non fuit ſup-
bia: añs pat3 expreſſa aucte apl̄i ad
rom. 5. dicentis. Per inobedientia3
vnius hominis peccatores conſtitu
ti ſunt multi. Ad hoc argumentum
r̄ndetur q̄ primus parens etiā pec-
cauit peccato inobedientie: ſed illud
non fuit primum peccatum: ſed talē
inobedientia3 preceſſit amor ꝓprie
excellentie teſte diuo Tho. qui qui-
dem amor pertinet ad ſuperbiam.

Contra iſtam ſolu. arguitur. primū
peccatum primi parentis fuit pecca
tum gule. ergo non fuit peccatū ſup
bie: añs pat3 expreſſa auctoritate di
ui Ambro. ſuper lucam aſſerentis:
q̄ diabolus eo ordine xp̄m tentauit
quo primū hominem deiecit: ſ3 xp̄s
primo fuit tentatus de gula: nam
math. 4. demon ipſi dixit. Si filius
dei es: dic vt lapides iſti panes fiāt.
ergo primus parēs primo peccauit
peccato gule q̄ȝ ſuperbie. Ad hāc re-
plicam r̄ndetur negando añs: et ad
probationem negatur ꝯña: ratio eſt
nam licet demon tentauerit ambos
parentes de gula: non tamē ipſi pri
mo peccauerunt peccato gule: ſed
peccato proprie excellentie vt dictū
eſt. Contra iſtam ſolutionem argui
tur. primum peccatū primi parētis
fuit peccatum curioſitatis: igit̄ ſolu.
nulla: añs probatur: prima inordina-
tio hominis fuit per appetitū ſcien-
tie que pertinet ad curioſitatem: er-
go primū peccatum fuit curioſitas:
añs probatur: diabolus tentās eua3
ſcientiam repromiſit geñ. 3. dicens.
Eritis ſcientes bonum ⁊ malum: er
go prima inordinatio hominis fuit
per appetitum ſcientie. Ad hanc re-
plicam r̄ndetur negando añs: et ad
probationem negatur iterum añs: ⁊
ad ꝓbationē dr̄ q̄ diabolus pri⁹ pro
miſit diuinitatem: nā dixit illis. Eri
tis ſicut dij ſcientes bonum ⁊ malū
ideo talē curioſitatē preceſſit amor
proprie excellentie qui eſt ſuperbia.
Contra iſtā ſolu. arguitur. primum
peccatū eue fuit infidelitas. ergo ſo
lu. nulla: añs ꝓbat̄ aucte gloſe ſup il
lud ſeducta. 2. ca. p̄ie ad Thimo. di

cētis. Eua credidit ſe fore deū ſi cōmederet: ſed hoc ptinet ad infidelitatem: igit pctūm eue fuit īfidelitas Inſuper eua peccauit pctō auaritie iuxta illud auguſt. ſuper illū verſiculū pſal. Que nō rapui tunc exſoluebā dicētis. Adā ꝛ eua voluerūt rapere diuinitatē ꝛ amiſerunt felicitatē. igr quū rapina expectet ad auariciā primū pctūm primorū parentū fuit auaricia. Ad iſtas duas replicas rñdetur: ꝙ pctūm infidelitatis ꝛ pecca auaritie precesſit amor ꝑprie excellentie ꝛ poteſtatis qui eſt peccatum ſuperbie.

¶ Scdo arguitur ſic. nullus ſapiens pōt velle īpoſſibile: ſed adam erat valde ſapiens: ꝛ equalitas dei erat ſibi īpoſſibilis. ergo non potuit velle equalitatē dei. Pro huius argumēti ſolutione preſupponēda ſūt que dicta ſunt ſuperius de pctō luciferi. ſ. ꝙ duobus modis aliquis pōt appetere equalitatem dei. Uno mō ſcdm equiparātiam: ꝛ alio mō ſcdm quandā ſimilitudinē; ꝛ ſicut lucifer nō appetijt equalitatē dei ſcdm eqparantiā: ſed ſcdm quandā ſimilitudinem: ita etiā prim⁹ parens nō appetijt equalitatem dei ſcdm equiparantiā: ſed ſcdm quandā ſimilitudinē: ꝛ ſic non appetijt: īpoſſibile pōt etiā dici ſcdm alios doctores: ꝙ voluntas eſt impoſſibilium: et ꝙ non inconuenit velle impoſſibile.

¶ Alia eſt opinio aliorum doctorum aſtruentium: ꝙ primū peccatum eue fuit ſuperbie. ſ. amor proprie excellentie ſeu poteſtatis: ſed primum peccatum ade non fuit ſuperbia: verum fuit inordinat⁹ amor erga mulierem: nam teſte diuo Auguſt. ſuper geñ. primus parens ne contriſtaret delitias ſuas. i. vxorem comedit: idcirco diuus Paul⁹ in. 2. cap. 1. ad Thimo. aſſerit: ꝙ adā non fuit ſeductus: ſed mulier fuit ſeducta: et elicuit ex. 3. cap. geñ. vbi adā reſpondens dño deo dixit. Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno et comedi: et non dixit: mulier decepit me veluti eua: reſpōdens dño deo dixit. Serpens decepit me et comedi. Et huius ſententie videtur eſſe magiſter in preſenti diſtinctione inquit magiſter. Poſtꝙ̄ mulier ſeducta manducauit: eiq; dedit vt ſimul ederent noluit eam contriſtari quam credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere: et a ſe alienatā omnino interire: non quidem carnali victus concupiſcentia quam nondum ſenſerat: ſed amicabili quadā beneuolentia qua plerumq; fit vt offendatur deus ne offendatur amic⁹ (vt indies ī hac noſtra vrbe accidit) Et hec opinio videtur eſſe magis cōformis ſacre pagine.

¶ Cōtra iſtā opinionē arguitur aucte diui Aug. alleg. ſup illū verſiculū. Que nō rapui tūc exſoluebā. Si dicas ꝙ intelligit p ſuppoſitionē ſinodochicā: nā mod⁹ ē ſacre pa. aſcribere toti ꝯmunitati qḋ vni ſolū ſuppoſitū facit: vt ptz de murmuratiōe iude ꝑpter vnguētū. d. mag. Replicat p aliā auctem gloſe ordina. ſup illō ad phi. 2. nō rapinā arbitrat⁹ eſt dicētis. Non vſurpauit xp̄s qḋ ſuū non erat. ſcilz equalitatem dei: ſicut diabolus fecit et primus homo.

Inſuper diuus Grego. in moralib⁹
ꝛ ſuper.41.cap. Job inquit. Per ſe
percipere diuinitatem credidit adã
et immortalitatis gloriam amiſit.
Ad iſtas ambas auctẽtes rñdetur:
ꝙ rapere diuinitatem aſcribitur pri
mo parenti:ideo qꝛ conſenſit pecca
to ſue vxoris que voluit rapere diui
nitatem:ꝛ ſcientes ꝛ conſentientes
eodem nomine nominantur:et pari
pena plectendi ſũt: nã cõſentiẽs fur
to latro nũcupatur.nimirum ergo ſi
primus parens dicatur velle rapuiſ
ſe diuinitatem poſtꝙ̃ conſenſit vo-
lenti rapere diuinitatem. Contra
iſtam ſolu.arguitur aucte Eccli.10.
cap. Initium omnis peccati ſupbia
Ad hoc rñdetur:ꝙ itelligitur de pec
cato luciferi ꝛ eue:nam vt ibidẽ ha
betur. Initium peccati fuit mulier
que peccato ſuperbie peccauit. Iaʒ
arguitur ratione cõtra eandẽ opinio
nem. maiorem habuit ſimilitudinẽ
primus parens cũ deo ꝙ̃ eua. ergo
ſi eua appetijt equalitateʒ dei:a for
tiori primus parens appetijt equa
litatem dei:añs probatur teſte aplo
Uir eſt ymago dei ꝛ non mulier. er
go maiorem habet ſimilitudinem
adam cum deo ꝙ̃ eua. Ad hoc argu
mentũ rñdetur negando ꝯñaʒ:ratio
aſſignatur:qꝛ adam erat ſapientior
eua. Contra hoc arguit̃. lucifer erat
ſapientior adam: ꝛ lucifer appetijt
equalitatem dei.ergo etiam adam.
Si dicas vt dicit Bonauen. ꝙ luci-
fer non habuit gratiam gratũ faciẽ-
tem:ſed bene adam imediate mili-
tat replica de bonis angelis qui in
primo inſtanti non habuerunt gr̃am
ꝛ fuerunt minus ſapiẽtes ꝙ̃ lucifer:
ꝛ nõn appetierunt equalitatem dei.
Propterea aliter eſt ſignãda ratio:
ſcʒ qꝛ adam habebat liberum arbi-
triuʒ: ideo in poteſtate ſua habebat
velle ꝛ nolle. et argumentũ ſoluʒ p
bat:ꝙ adam poterat velle equalita-
tem dei ſcḋm ſimilitudinem ꝛ nihil
aliud.

Queritur ſcḋo circa eandem
diſtinctionẽ:quis eorum grauiꝰ pec
cauit. Pro huius queſtionis intelli
gentia eſt aduertendũ: ꝙ tripliciter vnũ
peccatuʒ dicitur eſſe grauius altero
ſcʒ ingratitudine libidine ꝛ ſequela:
ſʒ grauitas pcti principaliꝰ attẽdit̃
ſm pcti ipẽm ꝙ̃ ſm pcti circũſtẽtiã
Iſto notato rñdetur ad queſtionẽ p
quatuor ꝯclu. quarũ prima eſt iſta.
Quantum ad ingratitudinẽ grauiꝰ
peccauit adam ꝙ̃ eua. Iſta cõclu.pʒ
quia adam plura ꝛ potiora bona ac-
cepit a deo. Scḋa ꝯclu.eſt iſta.quã-
tum ad libidinem grauius peccauit
eua ꝙ̃ adam.iſta ꝯclu. patet:qꝛ eua
maiori libidine ꝛ volũtate peccauit
ꝙ̃ adam. Tertia ꝯclu.eſt iſta. reſpi-
ciendo ad ſequelam grauius pecca
uit adam ꝙ̃ eua.iſta ꝯclu. patʒ:quia
ex peccato ade infecta eſt tota poſte
ritas eius:nõ tamen ex peccato eue
Ex iſta ꝯclu.ſequitur :ꝙ ſi adam nõ
peccaſſet eſto eua peccaſſet nõ fuiſſʒ
ĩfecta poſteritas ade. Quarta ꝯclu.
ẽ iſta. ſimpliciter ꝛ abſolute grauiꝰ
peccauit eua ꝙ̃ adam:iſta cõclu.pro
batur.grauitas peccati pñcipaliter
attenditur ſcḋm ſpecieʒ:ſed eua pec
cauit peccato ſupbie appetẽdo equa
litatem dei:ꝛ adam peccauit amore
inordinato quem habuit erga vxorẽ

igitur pclu. vera. Inſuper probatur conclu. per locum a poſteriori. ſ. ab effectu grauius fuit punita eua quā adam: igitur grauius peccauit: aſſis patet ex. 3. ca. geñ. nam dñs de⁹ ſub iecit eam viro: ⁊ promiſit ei multipli care erumnas ⁊ dolores: igitur conclu ſio vera.

¶ Contra iſtam vltimā₃ cōclu. arguitur ſic. grauius peccat qui eſt in altiori gradu: quã qui eſt in gradu inferiori: ſed adam erat in gradu al tiori quā eua. ergo grauius peccauit adam quã eua. Ad hoc argumentum facile rñdetur ꝙ maior intelligitur ceteris alijs paribus. ſ. quando pec catum vnius eſt eiuſdem ſpeciei cu₃ peccato alterius: modo peccatū eue non eſt eiuſdem ſpeciei cu₃ peccato primi parentis: certū enim eſt ꝙ ſi ep̄s mentiatur iocoſe vel officioſe: nō adeo grauiter peccat ſicut ruſti cus qui fornicatur. Contra iſtam ſo lutionē arguitur. vbi eſt maior con tēptus ibi eſt maius peccatu₃ ſed in adam fuit maior contēptus qua₃ in eua ergo grauius peccauit adam quã eua: minor probatur. adam habuit immediate preceptum a deo: et eua habuit ab ipſo ada₃. ergo fuit maior contēptus in ada₃ quã in eua. Ad hāc replicam rñdetur negando minore₃ et ad probationem negaẽ pña: ⁊ ra tio eſt: q₂ cum maiori voluntate ⁊ li bidine eua tranſgreſſa eſt dñi prece ptum. Contra iſtam ſolu. arguitur. peccatum eue fuit ex ignorantia: et peccatum ade fuit ex certa ſcientia: ergo grauius peccauit adam quã eua maior patet cu₃ minori expreſſa au ctoritate pauli ad Thimo. allegata dicentis: ꝙ adam non eſt ſeductus: ſed mulier eſt ſeducta. Ad hāc repli cam rñdetur negando maiorem: et ad probationem dico ꝙ illa ignorā tia eue ſequta eſt peccatu₃ ſuperbie nam prius ſuperbiuit eua quã incurre ret talem ignorantiam. Contra iſtā ſolutionem arguitur: ada₃ peccauit peccato in ſpūm ſctūm. ergo graui⁹ peccauit. Ad hoc rñdetur diſtinguē do añs: vel large: et ſic conceditur il lud ⁊ negatur pña: vel ſtricte: et ſic negatur illud añs. Contra iſtam ſo lutione₃ arguitur. adam ⁊ eua equa liter peccauerunt. ergo eua non gra uius peccauit: añs pat₃ expreſſa au ctoritate Augu. ſuper geñ. dicentis de ambobus parētibus ꝙ peccaue rūt in pari ſexu: ſed pari fauſtu. Ad hanc replicam rñdetur negādo añs et ad probationem dicitur: ꝙ diuus Auguſt. ſolū vult dicere quoad actū exteriorem. ſ. ꝙ ambo comederunt et non intendit loqui de malicia a ctuum interiorum.

¶ Queritur tertio circa eande₃ diſtinctionem: vtrum ignorātia vtri uſqꝫ parentis excuſet peccatum.

Pro huius queſtionis enodatione eſt aduertendum: ꝙ teſte pħo in. 2. lib. priorum duplex eſt ignorantia: ſc₃ praue diſpoſitionis ⁊ negatiōis. Ignorantia praue diſpoſitionis eſt aſſenſus erroneus vel falſus. Igno rantia negationis eſt duplex. ſ. pure negationis ⁊ priuatiue. Ignorantia pure negationis eſt neſcientia. ſed ignorantia negationis priuatiue eſt neſcientia alicuius cum aptitudine ad ſcientia₃ illius. Ex iſtis ſequitur ꝙ in lapide eſt ignorātia pure nega

tionis:non tamen eſt ignorantia ne
gationis priuatiue:q2 lapis non ha
bet aptitudinem ad ſciendum. Et
quelibet iſtarū ignorantiarū adhuc
eſt duplex.ſ.ignorantia ꝓpoſitionis
practice ⁊ ignoran tia ꝓpoſitionis
ſpeculatiue:⁊ quelibet iſtarū adhuc
diuiditur tam ex parte obiecti ꝙ ex
parte voluntatis: vnde ignorantia
ex parte obiecti eſt duplex.ſ.iuris et
facti. Ignorantia facti eſt ignorātia
quando totū factum vel circunſtātia
eius ignoratur:idcirco diuidit̄ igno
rantia facti in ſe:⁊ in ignorantiā cir-
cunſtantie facti. Ignorantia iuris
eſt multiplex.ſ.iuris naturalis iuris
diuini ⁊ iuris humani.ignorantia iu
ris humani adhuc eſt duplex.ſ.iuris
humani pontificij ⁊ iuris humani ce
ſarij. Ex parte voluntatis etiaꝫ eſt
duplex ignorantia.ſ.vincibilis et in
uincibilis. Ignorantia vincibilis nō
dicitur illa quam quis poteſt vince-
re:ſed dicitur illa quaꝫ quis tenetur
vincere. Pari forma ignorantia in-
uincibilis non dicitur illa quaꝫ quis
nequit vincere:ſed dicitur illa quam
quis nō tenet̄ vincere. Ignorātia vi
cibilis adhuc eſt duplex.ſ. affectata
⁊ craſſa ſiue ſupina. Ignorantia af-
fectata eſt quando quis vult ignora
re:vt petrus non vult ire ad eccleſiā
die dñico:vt non ſciat ꝙ in vigilia di
ui Andree ſit ieiunandum: ſed affe-
ctat illō neſcire vt poſſit opipere ce
nare in predicta vigilia diui andree
Ignorantia craſſa ſiue ſupina: eſt
quando aliquis non adhibet tantaꝫ
diligentiam quantam tenetur vt ſci
at illud quod tenetur ſcire.
¶ Sed inſurges contra iſtud notabi
le:nulla eſt dabilis ignorantia inuin
cibilis.ergo notabile fctū: aſñs ꝓbat̄
vel homo qui habet talem ignoran-
tiam inuincibilem facit quod i ſe eſt
vel non:ſi primū non habebit igno-
rantiam inuincibilem: q2 dñs deus
illuminabit eum ⁊ non habebit igno
rantiam quum deus non deſit facie̅
tibus quod in ſe eſt:ſi ſcdm iam ta-
lis ignorantia non eſt inuincibilis.
ergo impoſſibile eſt dare ignorātiaꝫ
inuincibilem. Propter hoc argume̅
tum Guillerm⁹ par.⁊ alij doctores
antiqui negant ignorantiam inuin-
cibilem:ſed hec opinio eſt erronea:
nam ſequeretur ꝙ Jacob peccaſſet
cognoſcendo liā cognoſcens eam in
prima nocte. Et ſi hoc non habeas
pro inconuenienti inferā vnum aliō
abſurdum.ſ.ꝙ omnes cōiugati pec
carent mortaliter cognoſcendo pro
prias vxores ſine lumie. ꝯñs eſt om
nino abſurdū igr̄. Propterea rñdet̄
ad formā argumenti dando primū
membrū.ſ.ꝙ talis facit totū ad qō
tenetur pro tunc:nego tamen ꝙ pro
pterea deus illuminabit eum nam
Jacob fecit totum ad quod tenebat̄
et erat vir ſanct⁹ ⁊ valde grat⁹ deo:
et tamen deus non reuelauit ei:ꝙ il
la cum qua cubabat erat lia quaꝫ ip
ſe credebat eſſe rachelē. Et ſi dicas
facienti ꝙ in ſe eſt deus nunꝙ deeſt
dico ꝙ deus non defuit ei:naꝫ iacob
non peccabat ſed merebatur vitam
eternam. Patet ex his ꝙ parū cre-
dendum eſt mulierculis nonnullis
que paſſim iactant ſe angelos in ra
ptu vidiſſe reuelantes que ipſe poſt
alijs eiuſdem farine referunt: vt eo
fuco non nihil rei corradant. Aliter

rex portugalis cuidã in pugna qua
dam in ſarracenos ymago crucifixi
fulgentiſſima vulneribꝰ appareret
exclamauit: xpicola z hñlis rex: nõ
mihi hec dñe: ſed his vt fideles fiãt
inde ſymbolum luſitanorũ. Circa
hoc notabile queres in quibus inue
niṫur ignorantia iuincibilis. Ad hoc
rñdetur ꝙ non poteſt reperiri in his
que ſunt iuris naturalis: naꝫ ea que
ſunt iuris naturalis ſunt per ſe nota
ſed bene poteſt reperiri in his que
ſunt iuris diuini poſitiui: certum eſt
ꝙ añ promulgationẽ legis euãgeli
ce iudei qui erant remoti a hieroſoli
mis habebant ignorantiam inuinci
bilem legis diuine: nam habebant
ignorantiam quam non tenebantur
vincere: ex ↄſequenti ſequitur ꝙ re-
peritur ignorantia inuincibilis etiã
vtriuſqꝫ iuris humani tã pontificij
ꝗꝫ ceſarij: imo indies talis ignoran
tia inuincibilis accidit: multi inuinci
biliter ignorãt z ius canonicũ z ius
ciuile: nam multi ſunt qui nõ tenent
ſcire talia iura. Ulterius eſt aduer-
tendũ ꝙ quelibet iſtarũ ignorantia
rũ eſt triplex. ſ. precedẽs actũ cõco-
mitans z ſequens ignorãtia dicitur
precedens actũ qñ talis nullo modo
ageret ſi ſciret: verbi gratia: ignorã-
tia quã habuit iacob que fuit ignorã
tia facti: naꝫ ſi ſciuiſſet ꝙ illa que cu
babat ſecum non erat rachel non co
gnouiſſet eam. Ignorãtia concomi
tans eſt qñ talis non minus oparet
ſi ſciret ꝗꝫ nunc operatur z talis non
excuſat: verbi gratia: aliquis eſt ĩ ne
more volẽs occidere hoſtẽ ſuũ z cre
dit ꝙ ceruꝰ eſt hoſtis ſuus z piicit ſa
gitã cõtra eũ volẽs z credẽs occide-
re hoſtẽ z occidit ceruũ: talis nõ minꝰ
peccat ꝗꝫ ſi occidiſſet propriũ hoſtẽ.

¶ Contra hoc inſurgit quidaꝫ
modernus: talis habet ignorãtiã in
uincibilẽ circa hoc. ſ. ꝙ ceruus eſt ho
ſtis ſuus: qꝛ ſupponiṫ ꝙ fecerit tãtã
diligentiã quantã requiriṫ ad inue-
ſtigandũ an erat ceruꝰ vel hoſtis. er
go talis excuſaṫ a pctõ. Propṫ hoc
argu. tenet prefatus modernus con
tra diuũ Tho. ꝙ talis nõ peccat z ꝙ
excuſaṫ per ignorantiã inuincibilem
Et re vera mirandũ eſt de eo niſi qꝛ
qñqꝫ bonus dormitat homerꝰ: nam
certũ eſt ꝙ ſm ipꝫ: ꝙ actus exterior
nõ addit bonitatẽ vel maliciã ſuper
actũ interiorẽ: z ſi vnus aliꝰ ex equa
li conatu voluiſſet occidere hoſtẽ: et
de facto occidiſſet: talis peccaſſet. er
go aliꝰ equalr̃ peccauit cũ iſto poſtꝗ̃
cetera ſũt paria dẽpto actu exteriori
Proptẽa teneo cuꝫ. d. Tho. ꝙ occi-
dẽs ceruũ credẽs inuĩcibilr̃ occidere
hoſtẽ peccat adeo grauiter: ac ſi occi
diſſet ppꝛiũ hoſtẽ z ſciret ipꝫ eẽ hoſtẽ
Alia ẽ ignorãtia ſeqñs actũ: z iſta eſt
pena pcti: vbi gr̃a. qñ aliqs vult ine
briari z de fctõ inebriaṫ: tũc igno. quã
hẽt ipſe iebrietatis dꝛ eẽ ſeqñs actũ

¶ Iſtis notatis ponũtur qua-
tuor ↄclu. quaꝝ pria eſt iſta. Ignorã
tia iuincibilis excuſat pctm̃ a tota cul
pa ſi ſit pcedẽs. iſta ↄclu. pbaṫ: talis
ignorãtia excludit oẽ volũtariũ. g̃ ex
cludit oẽm culpã: ↄña tenet p Aug.
dicẽtẽ: ꝙ pctm̃ ideo dꝛ pctm̃: qꝛ volũ
tariũ: z ſi nõ eẽt volũtariũ nullo mõ
eſſet pctm̃: z añs pꝫ: tali nullo mõ cõ
mitteret talẽ actũ niſi pcederet igno
rãtia. g̃ tali igno. tollit oẽ volũtariũ.

Ex iſta ↄclu. infertur ſolu. ad argumentū̄ prefati moderni: nā illa ↄña non valet habet ignorantiā iuincibilem. ergo non peccat: ſed oportet ꝙ talis ignorātia iuincibilis ſit precedens. Scḋa ↄclu. eſt iſta. ignorantia vincibilis craſſa aut ſupina excuſat a tanto ſed non a toto. Iſta ↄclu. pʒ ratione ⁊ aucte diui Pauli. i. ad Timo. dicens. Miſericordiā conſequtus ſum: quia ignorans feci: ratio talis eſt: ignorantia minuit aliquid de voluntario: ⁊ peccatum quando eſt minus voluntarium eſt minus peccatum. ergo talis ignorātia excuſat a tanto ⁊ non a toto. Tertia ↄclu. eſt iſta. ignorantia vincibilis affectata aggrauat peccatū̄. iſta cōclu. ptʒ: talis ignorantia includit contemptuʒ dei ⁊ auget voluntarium. ergo talis ignorantia aggrauat peccatum. De tali ignorantia loquitur diuus Joānes. xi. cap. dicens. Scientiam viarum tuarum nolumus. et pſal. dicit Noluit intelligere vt bene ageret. Quarta conclu. eſt iſta. nulla ignorātia vtriuſꝙ parentis peccatum excuſauit. iſta cōclu. probatur: aut talis ignorantia fuiſſet peccatum aut pena vltimū̄ non eſt dicendū̄: qꝛ pena non debet precedere culpā: nec peccatum poteſt dari: qꝛ tunc illud non fuiſſet pctū̄m primū̄: ſʒ potiꝰ igno. igitur nulla fuit ignorātia in vtroꝙ parenteque excuſaſſet peccatū̄ igit.

¶ Contra primā cōclu. arguitur ſic. Dabilis eſt aliquis habens ignorantiam inuincibilem que non excuſat eum. ergo prima cōclu. falſa aññs probatur. dabilis eſt aliquis homo in nouis inſulis: vel i india vtēs bene naturalibus ſuis habens ignorantiam inuincibilem legis euangelice: et talis ignorantia non excuſat eum. ergo aſſumptum veruʒ: maior probatur: talis nunꝙ audiuit loqui de lege euangelica vt ſuppono: nec tenebatur audire. ergo talis habet ignorantiam inuincibileʒ legis euāgelice: iam probatur minor: talis eſt in peccato ratione talis ignorantie. ergo talis ignorātia inuincibilis nō excuſat: aññs probatur. talis non habet fidem: et teſte apl̄o ad Heb. xi. ſine fide impoſſibile eſt placere deo ergo talis nō placet deo: et per ↄñs eſt in peccato. Ad hoc argumentum rñdetur negando aññs: et ad probationem negatur minor: et ad probationem negatur aññs: ⁊ ad probationem diſtinguitur maior: ꝙ non habeat fidem vel actualem legis euangelice: et ſic cōceditur illa ⁊ negatur ↄña: vel fidem infuſam ⁊ fidē actualem vnius dei: ⁊ ſic negatur illa: nā ſi talis bene vtitur naturalibus: dominus deus illuminabit ipſuʒ: ⁊ dabit illi fidem gratiam ⁊ ſpem: ⁊ mittet ei angeluʒ vel hominem qui predicabit ei legem euangelicaʒ: veluti miſit cornelio centurioni ⁊ enuncho regine cādacis. Et ſi arguas talis non habet peccatum ex rñſione. ergo ignorantia inuincibilis quam habet non excuſat peccatum. negatur ↄña ⁊ ratio eſt: qꝛ illa. ſ. ignorātia inuincibilis excuſat a peccato capitur loco iſtius ignorātia inuincibilis facit ꝙ illud quod alias eſſet peccatuʒ nunc non eſt peccatum. ¶ Contra iſtā ſolu. arguitur. ſequeretur ꝙ ignorantia inuincibilis tolleret bonitatem

actus.pñs eſt falſum:igitur ſequela
probatur:ignorātia inuincibilis tol
lit maliciam actus. ergo ignorantia
inuincibilis tollit bonitatem actus:
pña tenet: quia non minor libertas
requiritur ad actum bonum moralr
ꝙ requiritur ad actum malum ſiue
peccatum. Propter hanc replicam
tenet martinus de mřis: ꝙ ignoran
tia inuincibilis tollit etiam bonitatē
actus : et ſic concedit ꝙ ille actus
quo Jacob volebat cognoſcere liam
in prima nocte non erat bonus mo
raliter. Contra iſtam opinionem ar
guitur. ſequeretur ꝙ talis fuiſſet p
plexus. pñs eſt abſurdum: igitur ſe
quela patet: poſito ꝙ lia in illa pria
nocte peciſſet debitū a Jacob: tūc
ſi non rediddiſſet debitū egiſſet ma
le moraliter: et reddendo etiam egit
male moraliter. ergo fuiſſet perple
xus. Propterea Guillermus ochaꝫ
et Joannes de gerſono tenent ꝙ ta
lis actus Jacob fuit bonus moralr:
et conſequenter aſtruūt ꝙ talis actꝰ
erat conformis huic dictamini pru
dentiali. ſ. reddendum eſt debitum
huic quam inuincibiliter credo vxo
rem meaꝫ. Sed quia laici ſimplices
neſciunt quid eſt ignorantia inuinci
bilis : nec habent talia dictamina:
propterea ſubtilius dicit dñs duran
dus: ꝙ talis actus eſt cōformis huic
dictamini. ſ. reddendum eſt debitū
huic vxori mee qđ licet ſit falſū ſpe
culatiue: eſt tamen verum practice.
Sed ſupereſt rñdere ad formam re
plice negando ſequelam: et ad pro
bationem negatur pña: et ad proba
tionem concedo ꝙ non minor liber
tas requiritur ad actū moraliter bo
num ꝙ ad actum malum: ſed talis
ignorantia non tollit libertatem ea
ratione qua eſt bonus: ſed ſolum ea
ratione qua eſſet malus niſi adeſſet
talis ignorantia inuincibilis.

¶ Scđo arguitur ſic. dabilis eſt
aliqua ignorantia inuincibilis que
non excuſat. ergo pclu. prima falſa:
aña probatur. volo ꝙ aliquis ex cul
pa incidat in ebrietatē ratiōe cuius
ignorat: ꝙ die dñico audiēda eſt miſ
ſa: tunc talis ignorantia eſt inuinci
bilis et non excuſat: igitur aſſumptū
verum maior probatur: non pōt eaꝫ
vincere ſuppono ꝙ ebrietas duret vſ
ꝙ ad horam duodecimam. ergo ta
lis ignorantia eſt inuincibilis : iam
probatur minor: talis peccat omittē
do audire miſſam ad quam audien
dam tenetur ſub pena peccati mor
talis die dñico: igitur talis ignoran
tia nō excuſat. Pro huius argumē
ti ſolutione eſt aduertēdum ꝙ bipar
tita eſt opinio rñdentium ad ipſum
Una eſt tenentium ꝙ talis ignoran
tia non excuſat: quia prouenit ex cul
pa: et conſequenter concedunt ꝙ nō
inconuenit aliquem obligari ad im
poſſibile ex culpa ſua. Cōtra iſtam
opinionem arguitur ſic. ſequeretur
ꝙ aliquis ſaluaretur et damnaretur
ſimul et ſimul: pñs eſt impoſſibile:
igitur ſequela probatur: volo ꝙ ali
quis incarnis priuio ingurgitet ſeſp
ſum ſicut multi ſolent facere ratione
cuius ingurgitationis incidat i mor
bum ob quem nequeat ieiunare in
quadrageſima et peniteat eum talis
ingurgitationis in die cinerū et mo
riatur in medio quadrageſime: tunc

ſaluabitur talis et damnabitur: igit ſequela vera: maior patet: egit peni tētiā in qua pſeuerauit vſq3 ad mortem vt ſupponitur. ergo ſaluabitur: iam probaf minor: quolibet die peccauit nouo peccato vſq3 ad medium quadrageſime ꝛ non egit penitentiā ergo damnabitur: maior probatur: quolibet die tenebatur ieiunare vſq3 ad mediam quadrage. ꝛ non ieiunauit: igitur peccauit nouo peccato.

Ad hanc replicam rñdetur negādo ſequelam: ꝛ ad probationem admiſſo caſu negatur minor ꝛ ad probationē negatur maior: ꝛ ſi probes talis in potentia ieiunandi emanat ex culpa: igitur talis tenetur ieiunare: negatur ꝯña ꝛ ratio eſt: q: talis in potentia eſt emendata per penitentiā: idcirco non amplius obligatur ad ieiunium quadrageſime. Sed ſi non penituiſſet eum talis ingurgitatiōis quolibet die peccaſſet nouo peccato. Ex iſta opinione ſequitur ꝙ omnia malaque faciūt ebrij tempore ebrietatis ſunt imputabilia ad nouam penam ſi talis ebrietas proueniat ex culpa. Contra primam ſolutionē arguitur. ſequeretur ꝙ in poteſtate petri eſſet facere: ꝙ ioānes ebrius peccet: et in eiuſdem poteſtate eſſet ꝙ ioannes non peccet: ꝯñs videtur abſurdum: igitur ſequela probatur: in poteſtate petri eſt claudere ioannē ebrium intra cameram: ꝛ ſi claudat non peccabit ioannes ebrius: et in poteſtate petri eſt ducere ioannem ebrium ad lupanar: et ſi vadat peccabit: igitur in poteſtate petri eſt facere ꝙ ioānes peccet velit nolit ioānes: et in poteſtate petri eſt facere ꝙ ioannes ebrius nō peccet. Sequela huius replice neceſſario eſt concedenda ſcdm iſtam opinionem: nec habetur pro inconuenienti quando habet in potentiā ex culpa non emēdata. Alia eſt opinio aliorum tenentium: ꝙ talis ignorantia inuincibilis ꝗuis ſit ex culpa excuſatur: et ſcdm iſtam rñdetur ad formam argumenti negando añs: et ad probationem negatur minor: ꝛ ad probationē negatur añs: ſed quando inebriauit ſe peccauit: ſimiliter ille qui ingurgitauit ſe in carnis priuio ꝗuis non ieiunet nec peniteat: talis ingurgitationis excuſatur a ieiunio: ſed quando ingurgitauit ſe tunc peccauit. Et ſi dicas teſte phō noſtro in .3. ethicorū debētur ebrio duplices increpatiōes ergo facta i ebrietate ſunt imputabilia: negatur ꝯña: quia in illa patria erant multi ebrij: idcirco poſite erāt duplices increpationes: vt prohiberent eos ab ebrietate. Et ob eandē cauſam in alemania infliguntur mirabiles pene latronibus: quia olim reputabantur furta licita: nunc vero pauci aut nulli ſunt latrones in alemania.

¶ Tertio arguitur ſic. nullum malum excuſat peccatum: ſed ignorantia inuincibilis eſt quoddā malū ergo ignorantia inuincibilis non excuſat maior probatur: omne malū additum malo auget malum: igitur nullum malum excuſat alterum malum. Ad hoc argumentum rñdetur negando maiorem vniuerſaliter: et ad probationem negatur añs et datur inſtantia de malo pene: naȝ tale

malum pene non auget maliciam: imo diminuit. ¶Contra iſtam ſolu. arguitur auctē diui Ambro. ſuper illud ad rom.2. an ignoras dicentis. Grauiſſime peccas ꝙ ignoras. Inſuper yſidorus in libro de eccleſiaſtica inſtitutione ait. Nullus in culpa maior eſt: ꝗ̄ qui deum neſcit. ergo ignorantia non excuſat. Ad primā auctem rn̄detur ꝙ Ambroſius loquitur de ignorantia affectata. Ad aliā auctem reſpōdetur: ꝙ Iſidorus loquitur de infidelitate et quoad periculum.

¶Quarto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ concupiſcentia diminueret peccatum: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: cōcupiſcentia cauſat in voluntarium: ergo diminuit peccatum: añs probatur: metus diminuit voluntarium: ꝛ concupiſcentia eſt q̄dam paſſio ſicut metus: ergo concupiſcentia diminuit peccatū. Ad hoc argumentū rn̄detur negando ſequelam: ꝛ ad probationē negatur añs: ꝛ ad probationem negatur ꝯña: imo concupiſcentia auget voluntarium: nam ille qui concupiſcit cum maiori voluntate vult. ¶Contra iſtam ſolu. arguitur: ſicut per metum timidus agit contra illud qđ proponebat: ita incontinens propter cōcupiſcentiā agit cōtra illud qđ proponebat: ſed metus cauſat in voluntariū. ergo cōcupiſcentia cauſat in volūtariū. Ad hanc replicā rn̄detur negādo ꝯñam et diſcrimen eſt: nā timidus qui agit ꝓpter metū agit cū quadā triſtitia ꝛ nolitione cōditionata. ſ. ꝙ nollet taliter agere: niſi ei imineret periculum damni: ſed ille qui agit propter concupiſcentiam voluntarie agit ſine triſticia: imo frequenter cum delectatione. ¶Contra iſtam ſolutionē arguitur concupiſcentia diminuit cognitionem. ergo diminuit voluntarium: añcedens probatur auctoritate philo.6.ethi. dicentis: ꝙ delectatio concupiſcentie corrumpit exiſtimationem prudentie: igitur concupiſcentia diminuit voluntarium. Hec replica euidenter concludit: ꝙ aliqua eſt concupiſcētia dabilis que diminuit voluntarium: et ex ꝯſequēti que diminuit culpam: vtpote illa que eſt cum delectatione corrumpēte iudicium rationis ꝛ abſorbente.

¶Quinto arguitur ſic. ſi ignorantia diminueret peccatum maxie eſſet: quia tollit cognitionem: ſꝫ hoc non eſt dicendum: igitur minor probatur: voluntas poteſt cū parua cognitione multum velle: et cum multa cognitione parum velle: igiť ignorantia non diminuit voluntarium. Ad hoc argumentum reſpondeť negando minorem: et ad probationē negatur ꝯña ꝛ ratio eſt: quia ignorātiam totam cognitionem deſtruit. Contra iſtam ſolutionem arguitur ſic. ſequeretur ꝙ aliquis tantū peccaret ex ignorantia ſicut aliquis ex certa malicia: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: ille qui peccat ex ignorantia non in infinitum minus peccat ꝗ̄ ille qui peccat ex certa malicia. ergo poterit dari aliquis peccans ex malicia qui adeo grauiter peccabit ſicut peccans ex ignorantia: et ex conſequenti vnus aliusque minus grauiter peccabit.

Ad hanc replicā rūdetur: ꝙ tot circū ſtantie agrauantes poſſunt poni ex parte peccantis ex ignorantia: ⁊ tot diminuētes ex parte peccātis ex malicia ꝙ ſequela erit concedenda: ſed ceteris paribus grauius peccat ille qui peccat ex malicia ꝙ̄ qui peccat ex ignorantia.

¶ Contra tertiā conclu. arguitur ſic. ſi ignorantia affectata agrauaret maxime eſſet: quia talis ignorantia affectata eſt peccatum: ſ; hoc non eſt dicendum: igitur cōclu. falſa minor probatur. omne peccatu; eſt in voluntate: ſed ignorantia affectata non eſt in voluntate ſed in intellectu. ergo ignorantia affectata nō eſt peccatum. Ad hoc argumentum rūdetur negando minorem: ⁊ ad ꝓbationē diſtinguitur maior: vel loquēdo de peccato intrinſece: ⁊ ſic cōceditur illa cum ꝯña: vel loquēdo de peccato indifferenter intrinſece vel extrinſece: ⁊ ſic negatur illa: nam certū eſt ꝙ aliquod eſt opus exteriꝰ quod eſt peccatum: imo multa ſunt talia. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguit. ſequeretur ꝙ ꝙ̄diu talis haberet illa; ignorantiam affectata; cōtinuo peccaret: ꝯñs eſt falſum igitur ſequela probatur: talis tenetur non habere talem ignorantiam. ergo continuo peccat. Ad hanc replica; rūdetur negando ſequelam: et ad probatione; dico ꝙ licet talis teneatur deponere talem ingnorantiam: tale preceptu; eſt affirmatiuū ⁊ non obligat ꝓ ſemper ſed bene ad ſemper: idcirco non continuo peccat: quia non pro quolibet tempore tenetur deponere talem ignorantiam.

¶ Contra vltimā conclu. arguitur ſic. mulier habuit ignorantiam craſſam. ergo peccatum eius fuit excuſabile per ignorantiam: añs ꝓbat mulier fuit ſeducta: vt allegatum eſt ex apl'o: igitur habuit ignorantiam craſſam. Ad hoc argumentum rūdetur negando ꝯñam procedendo de primo peccato: nam tale peccatum preceſſit ignorantiam. ¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic. Eua rūdit diabolo. Ne forte moriamur. ergo iam habuit dubium circa preceptu; et per ꝯñs errorem. Ad hoc argumētum rūdetur: ꝙ talia verba iam preceſſerat elatio ſiue ſuperbia eue que fuit primū peccatum ipſius.

¶ Scđo arguitur ſic contra eādem ꝯclu. Adam habuit ignorantiā craſſam. ergo peccatum eius fuit excuſabile per ignorantiam. añs ꝓbatur. Ada; credidit peccatū eius eſſe veniale quod tamen erat mortale. ergo habuit ignorantiam craſſam. Ad hoc argumentum rūdetur ꝙ talem ignorantiam preceſſit peccatu; ſc; amor inordinatus vxoris qui fuit primū peccatum primi parentis: vt dictū eſt in precedentibus queſtionibus. ¶ Contra hoc replicatur. ſequeretur ꝙ tale peccatu; fuiſſet pctm̄ in ſpūſ; ſctū. ꝯñs eſt falſu;: igitur ſequela probatur. omne peccatū ex certa malicia eſt pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄: ſed primum pctm̄ primi parentis fuit hmōi: igitur ſequela vera: minor ꝓbatur. primū pctm̄ primi parentis non fuit ex ignorantia ex ſolutione: nec fuit ex infirmitate. ergo fuit ex malicia: minor probatur: nulla erat

inclinatio in primo parēte ad peccādū. ergo illud primū peccatū nō fuit ex infirmitate. Ad hanc replicam rīdetur negando ſequelā: ꝛ ad ꝓbationem negatur minor: ꝛ ad probationem diſtinguitur minor: vel ad iſtuȝ ſenſuȝ ꝙ non fuit ex inclinatione ad peccatum: et ſic conceditur illa et negatur ꝯña: vel ad iſtum ſenſum qꝺ non fuit ex aliqua inclinatiōe ad bonum commutabile: et ſic negatur illa: imo fuit ex amore eue que eſt bonum quoddam commutabile. Inſuper fuit ex quodam metu: nam timebat adam ꝙ ſi nō comederet eua moreretur.

¶ Circa iſtam materiā dubitatur primo: vtrū pctm̄ ex ignorātia ſit grauius peccato ex infirmitate. Ad hoc dubiū rīdetur ꝙ regulariter non eſt grauius ꝛ ceteris paribus: imo eſt minus graue: poſſunt tn̄ variari taliter circunſtantie: ꝙ erit magis graue: ꝛ iſta rīſio intelligitur de ignorantia craſſa ꝛ non de affectata

¶ Scđo dubitatur: vtruȝ illud dictū phī ſit verum .3. ethi. ſ. omnis malus ignorans. Ad hoc dubiuȝ rīdet Alexā. de ales: ꝙ verum eſt de errore practico non tamen eſt verū de errore ſpeculatiuo: naȝ multi ſūt qui ſcienter peccant: vt patet de mulierofis theologis.

¶ Queritur quarto circa eandē diſtin. vtrum primus parens in ſtatu innocentie potuit peccare venialiter. Pro huius difficultatis enodatione eſt aduertendum: ꝙ bipartita eſt opinio rn̄dentiū ad hanc difficultatem. Prima eſt diui Tho. et diui Bonauen. aſtruentiū partem negatiuā: ꝛ hec rn̄ſio ſcđm diuū Tho. nō eſt ſic intelligenda quaſi id quod in nobis eſt veniale fuiſſet mortale in primo parēte ob altitudineȝ ſui ſtatus: nam dignitas perſone bene eſt circunſtantia aggrauans: non tamē tranſfert in aliam ſpeciem: niſi forte ſuperueniente diformitate ſcandali vel voti aut iuramenti quod impropoſito nequit dici: vnde id quod de ſe eſt veniale non potuit immutari in mortale propter dignitatem primi ſtatus. ſic ergo intelligenda eſt hec rīſio ſcđm diuū Tho. ſcȝ ꝙ non fuit poſſibile adā ꝯmittere aliquid quod eſſet de ſe peccatum veniale anteq̄ꝫ integritatem primi ſtatus amitteret peccando mortaliter.

¶ Contra iſtā opinioneȝ arguitur ſic a doct. ſub. donuȝ iuſtitie originalis non coniūgebat perfectius vltimo fini q̄ꝫ gr̄a gratum faciens cōiungit nunc viatorem vltimo fini: ſȝ cum gratia gratum faciente pōt ſtare peccatum veniale. ergo cum iuſtitia originali potuit ſtare peccatū veniale. Ad hoc argumentuȝ facile rīdetur a thomiſtis negando ꝯñam: ꝛ ratio datur: q2 iuſticia originalis aliquas virtutes quas non habet gr̄a gratū faciens. ſ. ſubdere oēs vires inferiores rationi: ꝛ hoc non habet gr̄a gratū faciens.

¶ Scđo arguitur ſic. ſupponēdo ꝙ aliquis act⁹ ex gn̄e pōt eē peccatū veniale: vt puta verbū ocioſuȝ vel mendacium officioſum: ꝛ adam potuit talem actum exercere: igitur adam potuit peccare venialiter.

Ad hoc argumentū rñdetur a diuo Bonauen. negando minorē: ⁊ conſequenter aſtruit: quod illud qđ in nobis eſt veniale fuiſſet mortale ī adā ratione ſtatus: ſed hec opinio nequit defenſari: nam tunc ſequeretur ꝙ ſi epiſcopus aut papa diceret verbum ocioſum aut mētiretur officioſe peccaret mortaliter ratione ſtatus: ꝯſequens eſt falſum: igiť. Idcirco diuꝰ Tho. aliter rñdet. ſ. negando minorem. Sed contra hoc replicať: ſi dñs deus prohibuiſſet verbum ocioſum primo parēti ſub pena peccati mortalis potuiſſet primus parens loqui verbum ocioſum. ergo ſecluſa prohibitiōe etiam potuit loqui: ⁊ per cōſequēs peccare venialiter. Inſuper ſicut dñs precepit ꝙ non comederet de ligno ſcientie boni ⁊ mali ſub pena peccati mortalis: potuit precipere ꝙ non comederet piruȝ ſub pena peccati venialis: ⁊ tunc primus parens potuiſſet velle comedere pirū: ſicut voluit comedere pomum. ergo potuit peccare venialiter. Preterea ſicut prohibuit comedere pomū ſub pena peccati mortalis: potuit prohibere ſolū ſub pena peccati venialis: igitur potuit peccare venialiter ī ſtatu innocentie.

¶ Tertio arguitur ſic. rectitudo innocentie magis repugnat pctō mortali ꝙ̄ veniali. ergo ſi potuit peccare mortalř potuit a fortiori peccare venialiter. Ad hoc argumentum negatur ꝯña et datur diſcrimē: quia peccatum mortale corrumpit ſtatuȝ innocentie: non aūt veniale. Sed ex iſta ſolutione videtur inferri ꝙ poſtꝙ̄ veniale nō corrūpit ꝙ poterit ſtare cum innocentia. Contra iſtā ſolu. arguitur. primus parens peccauit mortaliter. ergo potuit peccare venialiter in ſtatu innocentie: ꝯña tenȝ quia teſte philoſo. non poteſt fieri tranſitꝰ de vno extremo ad aliud: niſi tranſeatur per medium: ſed peccatum veniale eſt medium inter iuſticiam originalem ⁊ peccatum mortale. ergo poſſibile eſt primū parenteȝ peccaſſe venialiter in ſtatu innocentie. Ad hanc replicam rñdetur negādo ꝯñam: ⁊ ad probationem rñdeť ꝙ illa maxima philo. ſolum intelligitur in contrariis naturaliter ⁊ nō intelligitur vniuerſaliter de omnibus extremis. Et ſi arguas: cōtingit aliquid diligere iordinate ⁊ ſupra deū et cōtigit etiam aliquid diligere ſub deo ordinate: et inter hec cadit medium. ſ. diligere aliquid ſub deo iordinate: et talis dilectio eſt peccatum veniale. ergo contingit peccare venialiter in ſtatu innocentie.

Ad hoc negatur ꝯña: ⁊ diſcrimen ſignatur. ſ. ꝙ repugnat ſtatui innocentie. Sed in hac ſolutione petitur principium. Et arguitur vlterius: quicquid poteſt in maius poteſt in minus: ſed adam poteſt in maius. ſ. poteſt peccare mortaliter. ergo poterit minus. ſ. peccare venialiter. Ad hoc negatur maior et datur iſtātia: quia homo poteſt intelligere et non poteſt volare.

¶ Quarto arguitur ab ipſomet diuo Thoma. adam credidit illud quod erat mortale eſſe veniale: ⁊ nō taliter crediſſet niſi potuiſſet peccare venialř. ꝰ potuit pec. venialř.

Ad hoc rńdet ipſemet: q̄ veniale in
illa auct̄e Augu. allegata non capit̄
vt nos capimus in propoſito: ſed ca
pitur vt tantum valet ſicut de facili
remiſſibile. Ulteri° arguit idē diu°
Tho. auct̄e diui Augu. ſuper Geñ.
dicentis. Non eſt arbitrādū q̄ eſſet
hominem deiecturus tentator: niſi
preceſſiſſet in anima hominis que
dam elatio comprimenda: elatio au
tem deiectionem precedens que fa
cta eſt per peccatum mortale nō po
tuit eſſe niſi peccatum veniale: igit̄
de facto primus parens peccauit ve
nialiter. Ad hoc rńdet diuus Tho.
negando minorem loquendo de ele
ctiōe exteriori. Imo dicit q̄ talis ela
tio fuit peccatum mortale. Et ſi ar
guas: conſenſum precedit appetit°:
ſed ante conſenſum nullum eſt pec
catum mortale. ergo appetitus ille
qui precedit conſenſum erat pecca
tu3 veniale. negatur ɔ̄ña et ratio eſt
quia ille appetitus qui preceſſit con
ſenſum mortalem erat naturalis et
nullo modo liber: idcirco nec̄ laudā
dus nec̄ vituperandus.

¶ Alia eſt opinio doctoris ſub
tilis ⁊ nominalium tenētium parte3
affirmatiuam: non tamen aſſerūt q̄
potuit primus parens peccare quo
libet genere peccati venialis: nam
non potuit peccare motu veniali ſur
reptitio: quia nō potuit inſurgere in
ipſo ſenſualitas contra ratione3 du
rante ſtatu innocentie.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur ſic a diuo Tho. et Bonauē.
cuilibet peccato debetur aliqua pe
na: ſed nihil penale potuit eſſe in ſta
tu innocentie. ergo primus parens
non potuit peccare venialiter in ſta
tu innocentie. minor patet expreſſa
auctoritate diui Auguſtini ipſam in
14. lib. de ciuitate dei ponentis: ma
ior probatur: ſi non debeatur cuilib3
peccato aliqua pena: ſequeretur q̄
peccatum veniale non fuiſſet remiſ
ſibile in ſtatu innocentie: ɔſequens
eſt falſum: igitur ſequela probatur:
nulla pena poterat ei dari pro tali
peccato ergo non erat remiſſibile.
Ad hoc argumentum reſpondetur
negando maiorem: et ad probatio
nem negatur ſequela: et ad proba
tionem negatur conſequentia: ratio
eſt: nam potuit remitti per feruore3
charitatis: aut per aliquod opus cō
ſilij: ſiue per aliquam benedictione3

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur:
ſi primus parens potuiſſet peccare
venialiter: ſequeret̄ q̄ potuiſſet pe
nitere: conſequens eſt falſum: igitur
ſequela probatur: potuit habere nol
le reſpectu talis peccati venialis. er
go potuit penitere: ia3 probatur fal
ſitas conſeq̄ūtis: ſequeretur q̄ po
tuiſſet triſtari in ſtatu innocentie: cō
ſequens eſt falſum: igitur ſequela
probatur: potuit habere nolle: et ex
nolitione naturaliter ſequitur triſti
tia. ergo potuit triſtari.
Ad hanc replicam reſpondetur con
cedendo ſequelā ⁊ negando minorē
⁊ ad probationē negat̄ ſequela: ⁊ ad
probationē dico q̄ minor hab3 veri
ſecluſo īpedimento: mō in ada3 erat
impedimentum: ſcilic3 magnū gau
dium quod habebat ex ſua felicitate
humana: et tale gaudium impedie
bat triſtitiam.

¶ Secundo arguitur ſic. pecca
tuꝫ veniale cauſatur propter impul
ſum concupiſcentie: ſed nullus talis
impulſus inſurrexiſſet in adam con
tra rationem. ergo primus parens
non potuit peccare venialiter. Hoc
argumentum ſolum probat ꝙ non
quolibet genere peccati venialis po
tuit primus parẽs peccare: ideo ali-
ter arguitur. omne peccatum venia
le aufert innocentiam. ergo nullo ge
nere peccati venialis potuit primus
parens peccare in ſtatu innocentie.
Pro huius replice ſolutione eſt ad-
uertendum ꝙ ſtatus innocentie po-
teſt bipbariam capi. Uno modo vt
excludit ſolum culpam mortalem:
et iſto modo neganda eſt maior: nã
nulla culpa venialis aufert innocen
tiam iſto modo. Alio modo capitur
innocentia vt excludit omnem cul-
pam tam venialem ꝙ̃ mortalem: et
iſto modo certum eſt ꝙ primus pa-
rens non poteſt peccare venialiter
in ſtatu innocẽtie. imo implicat ma-
nifeſtam contradictionem vt patet
intuenti: nec de innocentia iſto mo-
do eſt controuerſia apud doctores
catholicos. Et ſi arguas: nulla deor
dinatio potuit eſſe in ſtatu innocen-
tie. diſtinguitur aſſumptuꝫ: vel mor
talis: et ſic conceditur: vel venialis:
et ſic negatur illud loquendo ſemꝑ
de innocentia primo modo.

Quare deus permiſerit ho minem tentari ſciens euꝫ eſ ſe caſurum.

Diſtinctio. XXIII.

PReterea q̃ri
ſolet cur deꝰ
hominẽ ten
tari permiſe
rit quem de
cipiendũ fo
re preſciebat
Sed non eſ
ſet laudabile homini ſi ideo bene
viuere poſſet: quia nemo male vi
uere ſuaderet: cum in natura poſ
ſe et in poteſtate haberet velle nõ
conſentire ſuadenti deo iuuante
et eſt glorioſius non conſentire
ꝙ̃ tentari nõ poſſe. Mouentur
etiam quidã dicentes. Cur crea
uit deus quos futuros malos p̃
ſciebat? Quia preuidit quid bo-
ni de malis eorum eſſet facturus
Sic enim eos fecit vt relinque-
ret eis vnde aliquid facerent: et
ſi culpabiliter aliquid facerent: il
lum de ſe laudabiliter operanteꝫ
inuenirent. A ſe habent volun-
tatem malam ab illo naturaꝫ bo
nam et iuſtam penam. Fruſtra
ergo dicitur nõ deberet deꝰ crea
re quos preſciebat malos futu-
ros. ſciebat enim bonis profutu
ros et iuſte pro mala voluntate
puniendos. Addunt etiam ta-
lem hominem deberet facere qui
nollet omnino peccare. Conce-
dimus quidem meliorem natu-

raȝ eſſe que omnino peccare nollet. Concedãt et ipſi non eſſe malam que talis facta eſt vt poſſet non peccare ſi vellet: et iuſte punitam que voluntate non neceſſitate peccauit. Cuȝ ergo hec bona ſit illa melior: cur non vtramqꝫ faceret vt vberius laudaretur de vtraqꝫ. Illa enim de ſanctis angelis: hec de hominibus eſt. Item inquiunt. Si deus vellet et illi boni eſſent. Et hoc quideꝫ concedimus: ſed melius voluit vt quod vellent eſſent. Et boni quidem non infructuoſe: mali vero non impune eſſent. Item inquiunt. Poſſet deus voluntatem eorum vertere in bonum quia omnipotens eſt: poſſet reuera: cur non fecit? quia noluit. cur noluit ipſe nouit. Non debemus plus ſapere ꝙ̃ oportet.

Hic qualis ſcd̃m animam: et agit de ſcientia hominis ante peccatum.

¶ Etquidem ſecundum animã rationalis fuit homo habens diſcretionem boni et mali. Scientiam quoqꝫ rerum creatarum et cognitionem veritatis: que prime perfectioni congruebat: mox conditus non incongrue accepiſſe putatur: et ad illam non ſtudio vel diſciplina aliqua per interualla temporis profeciſſe: ſed ab exordio ſue conditionis diuinitateꝫ illam percepiſſe.

Quod triplicem habuit homo ante lapſum cognitionẽ ſcilicet rerum propter ſe factarum ⁊ creatoris et ſui.

¶ Fuitqꝫ homo primus ante lapſum triplici cognitione preditus: rerum ſcꝫ propter ſe factarũ et creatoris et ſui. Rerum quippe cognitionem hominem accepiſſe perſpicuum eſt: cum non ipſe creator vel angelus aliquis: ſed homo omnibus animantibꝰ nomina impoſuerit: vt oſtenderetur ꝙ ſingulorum noticiaȝ homo ipe habuerit. Que enim propter illum creata erant: et ab illo regenda ⁊ diſponenda erant: horum omnium deus illi et ſcientiam tribuit: et prouidentiam atqꝫ curaȝ reliquit. quia vt ait apoſtolus. Non eſt cura deo de bobus. Quoruȝ aliorumqꝫ animalium deus homini curam reliqt et prouidentiam vt dominatio ni eius ſubijcerentur: et ratione illius gubernarentur: vt ſciret illis neceſſaria prouidere a quibꝰ

emolumentū debebat recipere. Hanc autem ſcientiam homo peccando non perdidit ſicut nec illam qua carnis neceſſaria ꝓui dentur. Et idcirco in ſcriptura homo de huiuſmodi non erudi- tur: ſed de ſcientia anime quam peccando amiſit.

De cognitione creatoris.

¶ Cognitionem quoq͡ʒ creato ris primus homo habuiſſe cre- ditur. Cognouit eni a quo crea tus fuerat: non eo modo cogno ſcendi quo ex auditu ſolo perci- pitur quomodo a credentibꝰ ab ſens queritur: ſed quadam inte- riori aſpiratione qua dei preſen- tiam contemplabatur: nō tamē ita excellenter ſicut poſt hanc vi tā ſcti viſuri ſunt: neq͡ʒ ita in enig mate qualiter ī hac vita videmꝰ

De cognitione ſui.

¶ Porro ſui cognitionem ide homo tale accepiſſe videtur: vt et quid deberet ſuperiori: ⁊ quid equali ⁊ inferiori non ignoraret. Conditionem quoq͡ʒ ſuam ⁊ or dinem: ſcilic qualis factus eſſet ⁊ qualiter incedere deberet quid agere quid cauere intellexit. Si horum noticiam non habuiſſet: non eſſet reus preuaricationis: neq͡ʒ ſeipſum cognouiſſet.

Utrum homo preſcius fue- rit eorū que ſibi futura erāt

¶ Si aūt queritur vtrū hō ſciē tiā habuerit eorū que circa eū fu tura erāt. i. ſi ruinā ſuā preſciue- rit: ⁊ ſimiliter pſcierit bona q̄ ha biturꝰ fuiſſet ſi in obedientia pſti tiſſet. rñderi pōt ꝙ ei magis faciē da idicta ſunt q̄ȝ futura reuelata Accepit eñ ſciam ⁊ preceptū co rū que faciēda fuerant: ſ non ha buit preſcientiā eorū que futura erāt. Nō fuit ergo homo preſciꝰ ſui caſus ſicut ⁊ de āgelo diximꝰ Quod Augꝰ. ſup geñ. aſſerit ra tione vtēs quā ſupra poſuimus Hec de ſcia hoīs q̄ȝtum ad pri- mū ſtatū ptinet dixiſſe ſufficiat.

Circa viceſi- mā tciā diſti ctionē querit primo: vtru dñs deus po teſt produce- re creaturam rationalē im peccabilem. Pro huius. q. declaratiōe eſt aduer tendū: ꝙ duobus modis poteſt capi creatura rōnalis. Uno mō vt eſſen- tialiter includit libertatē: ita ꝙ non ſit poſſibile dare creaturam rationa lem iſto mō ſine libertate. Alio mō capitur vt nō includit libertatē: ſed ſolū vt iportat potentiā intellectiuā Ulterius eſt aduertendū: ꝙ biphā- riā aliqua creatura rationalis dr im

peccabilis. Uno mõ per grãz ⁊ alio modo per naturã. Tertio eſt aduertendũ ꝙ Richardꝰ de me. villa tenet:ꝙ dñs deus non poteſt pducere creaturã rõnabilẽ impeccabilẽ p naturã dicit eñ ꝙ nõ eſt poſſibile dare creaturã rationalẽ ſine libertate:⁊ ꝑ pñs ſi talis creatura eſt libera ſequitur ꝙ eſt peccabilis per naturam.

¶ Contra iſtaz opinionẽ arguitur.potẽtia intellectiua differt a potentia libera.ergo dñs deus põt pducere aliquã creaturã intellectiuaz ſine libertate. Inſuper nullã iplicat ptradictionẽ ꝙ ſit aliqua creatura non libera ⁊ intellectiua: ⁊ quicquid nõ implicat ptradic.eſt deo attribuẽdũ:igr̃ dñs deus põt pducere creaturã rõnalẽ nõ liberã. Iſtis notatis rñdet ad q.p tres pclu. quarũ pria eſt iſta.d.d.pt pducere creaturaz rõnalẽ liberã ⁊ ipeccabilẽ p grãm:imo iã pduxit. Iſta pclu.patet de ſctiſſima aia redẽptoris nr̃i: Scda pclu:ẽ iſta.dñs deꝰ põt pducere creaturaz rõnalẽ nõ liberã ⁊ ipeccabilẽ p naturã.iſta pclu.pbat.d.d.pt producere creaturã rõnalẽ nõ liberã:vtpz ex.5. notabili:⁊ ex hoc qđ nõ hz liber. ſequitur ꝙ eſt ipeccabilis p naturã: nã teſte Augu.iõ dr petũm:qr volũtariũ ſeu liberũ:ita ꝙ ſi non eſſet liberum nullo mõ eſſet petũm.igr̃ pclu.vera Tertia pclu.eſt iſta.d.d.neqt pducere creaturã rõnalẽ liberã ⁊ ipeccabilẽ p naturã.iſta pclu.ptz:nã ſi ẽ libera imediate:ſequit ꝙ dato pcepto põt trãſgredi:⁊ per pñs peccare.

¶ Contra primã conclu. arguitur ſic.ſeqretur ꝙ dñs deꝰ debuiſſet pducere primũ hoiem ipeccabilez: pñs eſt falſuz:igr̃ ſequela pbat.d.d. potuit pducere hominẽ ipeccabilez: ⁊ teſte diuo Dioni. optimi eſt optia adducere ſiue pducere.ergo quũ dominꝰ deꝰ ſit optimꝰ ⁊ hõ ipeccabilis eſt melior hoie peccabili:ſequitur ꝙ dñs deus debuit pducere primũ hominẽ ipeccabilẽ. Ad hoc argu.rñdet negãdo ſequelã:⁊ ad pbationẽ diſtinguit ꝙ hõ ipeccabilis ſit melior altero vl' ſimplr:⁊ ſic pcedo: vl' in ordine ad vniuerſũ:⁊ ſic negat. Cõtra iſtã ſolu.arguit.maioris ſapie eſt mala pcauere ꝙ̃ remediũ adhibere. ḡ melꝰ fuiſſet.d.d.pduxiſſe hoiem ipeccabilẽ. Ad hoc negat añs: naz multi ſciũt pcauere aliq̃ mala: neſciunt tñ adhibere remediũ poſtꝙ̃ talia mala acciderit.

¶ Cõtra ſcdaz pclu.arguitur ſic.data tali creatura ipa pt peccare:igit pclu.falſa.añs pbat.d.d.pt dare pceptũ tali creature:⁊ talis creata pt trãſgredi.ḡ talis creata pt peccare. Ad hoc argu.rñdet negãdo añs: et ad pbationẽ negat añs:⁊ ad pbationẽ negat minor ⁊ rõ eſt:qr.d.d nõ pt dare illi pceptũ:niſi pformẽ ad ſuã naturalẽ opationẽ. Et ſi dic. deꝰ pt nõ manifeſtare ei tale pceptũ. ḡ tũc quicqđ agat neceſſario peccabit.negat pña rõ eſt:qr ſi dñs.d.nõ pmulgat ei pceptũ:talis creatura non eſt obligata ad ſeruãdũ tale preceptũ. Et ſi iterũ arguas dñs deꝰ ptingenter acceptat quẽlibz actũ creature rationalis.ergo põt deacceptare actꝰ talis creature rõnalis ⁊ per pñs peccabit:negat vltima pña ſi li deacceptare tñ valeat ſicut nõ acceptare.

Contra iſtaȝ ſolu. arguitur aucte diui Hiero. de filio prodigo dicentis. Solus deus eſt in quem peccatum cadere non poteſt. Ad hanc auctem facile rñdetur: ꝙ diu⁹ Hiero. loquit de facto ⁊ non de poſſibili: ⁊ ſcḋa cōclu. loquitur de potentia dei.

¶ Scḋo queritur circa eandem diſtinctioneȝ: vtrū dñs deus debuit permittere hominem tentari a diabolo. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum: ꝙ decens fuit hominem tentari propter quatuor. Primo ad oſtendendam potētiam diuinam: voluit dñs deus oſtēdere homini ꝙ ſicut ſine eo fact⁹ nō fuerat: ita ſine eo perſiſtere non poterat. Scḋo propter manifeſtationē diuine ſapientie: voluit dñs deus oſtendere ꝙ ex malis ſcit inferre multa bona. Tertio ad manifeſtandam diuinam miām que potiſſime manifeſtata eſt ꝙ vnigenitum filium ſuū daret ad liberationem ſerui. Quarto ad manifeſtationem diuine iuſtitie: nam ſi omnes fuiſſent boni: tunc non fuiſſet manifeſtata iuſtitia dei erga malos. Iſto notato rñdetur ꝑ vnicam ꝯclu. que talis eſt. Rationabile fuit hominem tentari a diabolo. Iſta ꝯclu. probatur aucte diui Pauli. 2. ad Timo. 1. cap. dicentis. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Inſuper diu⁹ Augu. 7. de ciuitate dei inquit. Sic res quas de⁹ cōdidit adminiſtrat: vt eas agere proprios motus ſinat. Probatur etiaȝ ratione magiſtri: nam non eſſet laudabile bene viuere: niſi eſſet qui male viuere ꝑſuaderet. Inſuper talis pugna potius erat ordiata ad victoriam ⁊ triumphū hominis: ꝙ diaboli: igitur rationabiliter dñs de⁹ permiſit hominem tentari.

¶ Contra iſtam conclu. arguitur ſic. ſequeretur ꝙ dñs deus eſſet impius pater: ꝯñs eſt abſurduȝ igitur ſequela probatur. Impius eſſet pater permittens filium ſuuȝ aggredi belluȝ ī quo ſciret eſſe vincēdū ab alio. ſed dñs deus ſciebat adam fore vincendum a demone. ergo dñs deus fuit impius pater permittēdo tale certamen. Ad hoc argumentuȝ rñdetur negando ſequelam: ⁊ ad ꝓbationem negatur maior vniuerſaliter: et precipue qñ talis pater eſt iudex: modo dñs deus non ſolum eſt pater noſter: ſed iudex. Contra iſtā ſolutionem arguitur. ſi deus eſſet iudex noſter ſequeretur ꝙ non eſſet rectus. ꝯñs eſt falſum et abſurdū: igit ſequela probatur. permittit bellum inter adam ⁊ diabolum ⁊ diabolus eſt fortior adam: igitur dñs de⁹ non eſt rectus iudex minor auct. Job patet penultimo cap. dicentis de diabolo. Non eſt poteſtas ſuper terraȝ que comparetur ei. Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelam: et ad ꝓbationeȝ diſtinguitur minor: vł quo ad naturalia: et ſic conceditur illa et negatur ꝯñs: vel includendo gratiā ⁊ ceteras ꝟtutes quas habebat adā et ſic negatur illa: imo longe fortior erat adam: imo quilibet noſtrum teſte diuo Hiero. debilis eſt hoſtis nō potens vincere niſi volentem. Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur ꝙ dñs deus non eſſet paſtor bonus ꝯñs eſt abſurduȝ igitur ſequela probatur. prelatus non reputaretur bo

nus paſtor qui permitteret lupū venire ad capiendas oues: vbi poſſet eum repellere et arcere: ſed dñs de⁹ potuit arcere et repellere demonem et non fecit: igitur non fuit bon⁹ paſtor reſpectu primi parētis. Ad hāc replicam rñdetur negando ſequelā: et ad probationem negatur pña: ratio eſt: quia prelatus obligatur ad illud non autem dñs de⁹. Contra iſtā ſolutionem arguitur. admin⁹ ſequeretur q dñs deus non fuiſſet fortis poſſeſſor: pña eſt abſurdum: igitur ſequela probatur aucte ſaluatoris noſtri dicentis. Quū fortis armat⁹ cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt omnia que poſſidet: ſed dñs deus pmiſit intrare diabolū. ergo nō fuit fortis armatus. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: et ad pbationem negatur pña: ratio eſt: quia dñs deus non vult poſſidere niſi volentem et ſpontaneum: et nullum inuitū vult poſſidere eo qdiu homo vult a dño deo poſſideri efficaciter dñs poſſidet ipſum: et qñ nō vult nō poſſidet ipſum.

¶ Queritur tertio circa eandē diſtinctionē: vtrum tētatio a viro iuſto deſiderari habeat. Pro hui⁹ queſtionis intelligentia eſt aduertendū q triplex eſt tētatio capiendo large tentationem: quedam eſt a dño deo et alia eſt a carne: tertia eſt a diabolo ¶ Iſto notato rñdetur ad queſtionē per tres conclu. quarum prima eſt iſta Tentatio a dño deo ſimpliciter appetēda eſt. Patet inſup aucte pſal. 25. Proba me domine et tenta me. Iſta pclu. patet: qm dñs deus non tentat nos niſi ad bonum. Scda cōclu. eſt iſta. Tentatio a carne fugienda eſt: iſta pclu. patet: qr teſte magiſtro in. 21. diſtin. huius. 2. huiuſmodi tentatio nunq̄ eſt ſine peccato. Tertia conclu. eſt iſta. Tentatio a demone ab aliquibus eſt appetenda: et ab aliquibus eſt fugienda. Prima ps huius pclu. patet: nam aliqui ſunt ſancti habentes perfectam charitatem et fortes ad reſiſtendum diabolicis tentationibus qui mirabiliter merentur in talibus tentationibus. ergo nō incōuenit q tales viri adeo perfecti appetant huiuſmodi tentationes. patet inſuper de diuo Anthonio et multi alijs heroicis viris qui appetierunt huiuſmodi tentationes et non vituperantur: imo laudantur igitur prima pars concluſio vera. Secunda pars patet: aliqui ſunt a deo fragiles qui de facili ſuccūbunt et vincūtur a demone. ergo tales huiuſmodi tentationes fugere tenent.

¶ Contra tres conclu. arguitur ſic. nihil eſt appetendum cuius contrarium continuo debemus petere a deo: ſed contrariū tentationis diabolice omnes xpiani tenentur petere a deo: igitur nulli catholico licz appetere tentationem a demone: minor probatur. omnes catholici tenentur dicere orationem dñicam in qua habetur. Et ne nos inducas in tētationem. Inſuper Mat. 26. ſaluator noſter dicit aplis. Uigilate et orate: vt non intretis in tentationem: igitur minor vera. Ad hoc argumentū reſpondetur: q illa particula oratiōis dñice intelligitur ad iſtum ſenſuz. ſ. ne vincamur a tentatione. Pari for

ma et alia auctoritas eſt intelligēda
vt gloſa interlinearis aſtruit. Et ſi
dicas: nihil eſt appetenduz q aduer
ſarius noſter appetit: ſz aduerſari⁹
noſter diabolus appetit tentare igr
nullus catholicus debet appetere tē
tationem a diabolo: maior probatur
nullum malum eſt appetendum: ſz
tentatio quam appetit aduerſarius
noſter ē quoddam malum. ergo ta-
lis tētatio nōeſt appetēda. Ad hanc
replicam rñdetur negando maiorez
et ad probationem diſtinguitur ma-
ior: vel ea ratione qua eſt malum: et
ſic conceditur illa cum ꝯſequente in
telligendo ꝯñs eodem modo ſicut
maior: vel ea ratione qua eſt cauſa
maioris meriti: et ſic negatur illa.
Contra ſcd̃am partem eiuſdem cō-
clu. arguitur ſic. omne illud quod fa
cit ad virtutis exercitium eſt appetē
duz a quolibet catholico: ſed tētatio
a demone eſt huiuſmodi: igitur con-
clu. falſa. minor patz expreſſa auctē
diui Grego. dicentis. Sanctus vir
ſetemtari poſt virtutes deſiderat:
ne ex confidentia virtutuz torpeſcat
Ad hoc argumentum rñdetur negā
do minorem intelligendo reſpectu
cuiuſlibet catholici: nec auctas Gre-
gorii probat reſpectu cuiuſlibet: ſed
ſolum reſpectu ſanctorum. Et ſi di
cas quod facit ad gratie augmentū
eſt deſiderandum: ſed tētatio eſt hu
iuſmodi: igitur proportionabiliter
eſt rñdendum. Propterea aliter re
plicatur diuus Jacobus in prio ca.
ſue canonice inquit. Omne gaudiuz
exiſtimate fratres quum in varias
tentationes incideritis: ſed gaudiū
eſt appetendum a quolibet catholi-
co: ergo a quolibet catholicō eſt ap
petenda tentatio a demone. Ad hāc
replicam rñdetur negando ꝯñam ⁊
ratio eſt: q2 diuus Jacobus intelli
git de illo qui habet patientiam et
victoriam in talibus.

Quarto queritur circa eandē
diſtinctionē: vtrum primus parens
deum per eſſentiam viderit. Pro
huius queſtionis intelligētia eſt ad
uertendum q diuus Joannes chri
ſoſtomus inquit. Ipſum qui de⁹ eſt
non ſolum prophete ſed nec angeli
vident: idcirco aliqui heretici hoc di
ctum minime intelligentes dixere
deum nec in via nec in patria imme
diate videri propter improportionalita
tem lucis increate ad oculum mētis
create: ſed ſi aliquando videtur hoc
eſt per aliquas enigmaticas viſiōes
ſiue apparitiones. Sed hec opinio
eſt heretica: nam expreſſe obuiat ſa
cre pagine habetur prie ad corin. 3.
cap. Tunc cognoſcam ſicut ⁊ cogni
tus ſum. et prie Joannis. 3. habetur
Uidebimus eum ſicuti eſt. Propte
rea alij dixere: q de⁹ a purgatis mē
tibus non ſolum in patria: ſed etiaz
in ſtatu innocentie ⁊ vie in ſeipſo vi
deri habet: nec eſt differentia niſi in
gradu quod clarius et perfectius vi
debitur in ſtatu glorie ⁊ i ſtatu inno
centie videbitur minus perfecte: et
in hoc ſtatu nature lapſe minime vi
detur: et differentia iſtorum graduū
emanat ex differentia corporis: naz
in gloria corpus eſt omnino ſpūale
in ſtatu nature lapſe eſt corruptibile
et animale in ſtatu nature integre ſi
ue innocentie ſe habet medio modō

Et iſti innitũtur diuo Augu.q̃ in.15. de trinit.inquit:q etiam in pñtivita notiorem põt homo habere deuz q̃ fratrem. Sed hec opinio etiã eſt heretica:nam obuiat ſacre pagine:habetur exo.33. Nõ videbit me homo ⁊ viuet.et Joan.1. Deum nemo vidit vnq̃. Et eadem verba ponũtur in.4.cap.1.canonice eiuſdẽ ioannis

¶ Propterea aliter dicunt doctores catholici:etpro maiori intelligentia eſt aduertendum: q quadruplex eſt modus cognoſcendi deũ.ſ. per fidem per contemplationez per apparitionem ⁊ per apertam viſionem. Primus iſtorũ modorum eſt gratie cõmunis reſpectu omniũ chriſtianorum. Scdus eſt gratie excellẽtis reſpectu ſolũ bonorũ chriſtianorum. Tertius eſt gratie ſpecialis reſpectu aliquorum ſanctorum. Quartus eſt glorie conſumantis reſpectu beatorum.

¶ Iſtis notatis rñdetur per duas cõclu.ad titulum queſtionis quarum prima eſt iſta. Adam clariorem habuit noticiam de eſſentia diuina q̃ habeamus.iſta cõclu.probatur.primus parens cognoſcebat deum per ſpeculum clarum:quia nulla erat nebula peccati in anima ipſius: in hoc vero ſtatu nature lapſe cognoſcim⁹ deum per ſpeculum obſcuratum ratione peccati originalis: nam ideo dicimur cognoſcere deuz in enigmate teſte diuo Auguſt.in.14.li.de trinitate.Enigma ẽ ſimilitudo obſcura: igitur concluſio vera. Secunda cõcluſio eſt iſta.Adam nõ vidit deũ per eſſentiam.Iſta concluſio patet ex auctoritatibus allegatis.

¶ Contra iſtam ſcdam conclu. arguitur duabus auctoritatib⁹ quaruz.Prima eſt Hugo.de ſancto Victore in libro de ſacramentis dicentis.Adam cognouit creatorem ſuuz non ea cognitione qua modo a credentibus abſens queritur fide: ſed ea qua tunc per preſentiam contemplationis manifeſtatus cernebatur. Secunda eſt magiſtri in prima diſtinctione.4.ſententiaruz dicentis.Homo ante peccatum ſine medio deuz videbat.Ad iſtas duas auctoritates reſpondet:q ambo doctores loquũtur de viſione large pro illa noticia dei quam habebat primus parens per ſpeculum clarum. Ratione arguitur ſic contra eandem cõcluſionẽ Moyſes in dies videbat deum in deſerto.ergo a fortiori adaz habuit noticiam intuitiuam dei: añcedens patet:habetur Exodi.33. cap. Dominus loquebatur ad Moyſem facie ad faciem:ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Si dicas q hoc fuit per angelum repreſentãtem dei perſonam. Contra nu.12.habetur: q Moyſes palam et non per figuras deum videt nec per enigmata.

Ad hoc argumentũ rñdetur negãdo añs:et ad probationẽ bene cõcedit q vidit tranſeunter: ſed nõ permanenter. Et ſi inferas:ergo adã vidit negatur cõña:⁊ ratio eſt: q2 moyſes debebat promulgare legem filijs iſrael:ideo congruũ fuit q deũ videret. Propter eandem cauſam paulus vidit etiam deũ in tranſitu:nam erat promulgaturus legem euangelicam gentilibus.

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur adam fruebatur deo immediate. ergo adam vidit deũ immediate: pña tenet: quia nõ eſt maior ratio de voluntate ꝙ de intellectu. Ad hanc replicam rñdetur negãdo pñam: et ad probationem negatur aſſumptũ: et diſcrimen datur: quia voluntas põt amare abſentia: ſed intellectus non poteſt intueri abſentia. ¶ Contra iſtã ſolutionem arguitur. ſequeretur q͂ adam triſtatus fuiſſet in ſtatu innocentie: pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur. adam deſiderabat videre deum in ſtatu innocentie magis ꝙ nos deſideramus et non vidit: ergo triſtatus fuit. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: et ad probationem negatur pña: ratio eſt: q2 non deſiderabat videre pro illo ſtatu: nam ſolum volebat adam illud quod erat iuſtum pro illo ſtatu innocentie: Et ſi dicas teſte Augu. in. 14 de ciuitate dei. Adam fuit beatus in paradiſo terreſtri: igitur vidit deum diſtinguitur añs: vel de beatitudine naturali: et ſic conceditur illud et negatur pña: vel de beatitudine celeſti: et ſic negatur illud. Et ſi dicas: adam erat propinquior deo ꝙ nos ſumus: igitur vidit deum: añs patz: quia nihil eſt propiquius deo: ꝙ q͂ eſt ab omni peccato imune: negatur pña: ſed bene ſequitur quod habuit clariorem noticiam: vt dicit pria cõcluſio. Et ſi vlterius arguas aucte diui Augu. dicentis in lib. allegato primo homini non oberat quicꝙ: quod bona voluntas adipiſceretur. Rñdetur ꝙ intelligitur de illoquod bona voluntas recte poterat deſiderare prõ illo ſtatu.

¶ Scdo arguitur ſic. prim⁹ parens vidit angelos. ergo etiã vidit deum: añs patet aucte diui Grego. in. 4. dialogorũ illud aſſerentis. In ſuper anima noſtra nunc impeditur ob peccatum videre angelos. ſ3 primus parens nullum habebat peccatum in ſtatu innocẽtie: igitur anima eius non impediebatur videre angelos. Ad hoc argumentum rñdeť negando añs: et ad probationẽ primã dico: ꝙ diu⁹ Grego. procedit de noticia habita per clarũ ſpeculum: ita ꝙ ſolum intendit dicere: ꝙ primus parens habuit clariorem noticiã de angelis ꝙ nos habeamus. Ad aliã probationem dicitur ꝙ non ſolum illa erat cauſa. ſ3 quũ hoc eſt vna alia ſc3 ꝙ angelus non eſt ſufficiens obiectum reſpectu animeꝑ ſtatu vie.

¶ Queritur quinto circa eandem diſtinctionẽ. vtrum primus parens in ſtatu innocentie falli potuit. Pro huius queſtionis enodatione eſt aduertendum: ꝙ aliqui doctores antiqui ante diuũ Bonauen. et diuũ Tho. dicebãt ꝙ duplex eſt deceptio quedam eſt circa ſcibilia et alia circa opinabilia. Circa primã ada3 nequibat decipi. Circa ſcdam diſtingunt: vel capiendo deceptione3 pro falſa exiſtimatione ſiue opinione: et ſic concedunt hominem poſſe decipi in ſtatu innocentie: vel capiendo deceptione3 pro aliqua firma credulitate falſa: et ſic negant hominẽ poſſe decipi. Sed hec opinio non plac3 prefatis doctoribus: na3 nihil aliud eſt errare ꝙ verum putare quod fal

ſum eſt: et ſicut verum eſt bonum intellectus: ita falſum eſt malum intellectus teſte pho in .6. ethicorũ. Jdcirco ponitur ↄclu. rñſiua ad titulũ queſtionis .ſ. Primus parens non potuit decipi in ſtatu innocentie: ptʒ ↄclu. nullus error potuit eſſe in intellectu hominis in ſtatu innocẽtie: igitur non potuit decipi. añs ptʒ expreſſa auctẽ diui Augu. in .3. lib. de libero arbi. dicentis. Approbare vera pro falſis non eſt hominis natura inſtituti: ſed pena damnati.

¶ Contra iſtam conclu. arguitur auctatibꝰ. Prima eſt eue geñ .3. dicentis. Serpẽs decepit me. Scḋa eſt aplĩ prie ad Corin .2. dicentis. Mulier ſeducta in preuaricationeʒ fuit. Tertia eſt magiſtri iii .21. diſti. huius ſcḋi dicẽtis: ꝙ mulier nõ horruit loquentem ſerpenteʒ: quia officiũ loquendi eum accepiſſe adeo putauit. Sed ad iſtas auctates vnico verbo rñdetur vt ſuperius tactuʒ eſt: ꝙ tales deceptiones ſequte ſunt peccatum: et ſic mulier iaʒ non erat in ſtatu innocentie. Propterea ratiõe arguitur ſic. adam poterat ſomniare in ſtatu innocentie. ergo potuit decipi: ↄña tenet: quia ſomniando poterat credere ſe eſſe alibi ꝗ̃ erat. Ad hoc argumentum rñdet diuꝰ Tho. ꝙ talis deceptio non fuiſſet imputata primo parenti: et ſic concedit ꝙ potuit decipi manente ſtatu innocentie. Aliter rñdet diuꝰ Bonauen. negando añs: ratio eius eſt: quia non comediſſet cibaria groſſa ratione quorum habuiſſet fumos ad cerebrum aſcẽdẽtes. Inſuper dormiuiſſet mõ conuenienti: quare nullo mõ ſõniaſſet

¶ Scḋo arguitur ſic. adam poterat videre aliquid a remotis: et tũc iudicaſſet tale eſſe minus ꝗ̃ eſt: ergo potuit decipi. Si dicas ꝙ ratio ipſiꝰ ade non permiſiſſet tale iudicium fieri ſicut ratio in pho non permittit iudicare ſolem eſſe minoreʒ terra ꝗ̃uis appareat. Contra hoc arguitur reſpectu futurorum contingentium potuit decipi: igitur añs patet: ſi habuiſſʒ aſſenſũ alicuiꝰ futuri ↄtigẽtis et tale futurum contingens non eueniſſet. Si dicas ꝙ nunꝗ̃ iudicaſſet tale contingens eſſe veruʒ: ſed bene poſſibile. Contra hoc arguitur: volo ꝙ aliquis affirmaſſet ei vel promiſiſſet dare aliquid ei tunc vel crediḋiſſet vel non: ſi primũ iam fuiſſet deceptus ſi talis homo nõ ſeruaſſet ei promiſſuʒ. Si ſcḋm male feciſſet nõ credendo viro digno fide igitur. Ad hoc argumentum rñſum eſt vſꝗ ad vltimã replicam que magnam habʒ apparentiam: nihilominus rñdetur ꝙ non crediḋiſſet tanꝗ̃ verum: ſed tanꝗ̃ poſſibile: nec propterea male feciſſet ſuſpendendo aſſenſum circa veritatẽ talis futuri ↄtigẽtis: vel habuiſſet ↄditionalẽ et non cathegoricum vel abſolutum circa veritatem talis contingentis.

¶ Tertio arguitur ſic. aliquis ſophiſta poterat ei proponere aliqḋ ſophiſma: vt puta diabolus: et tunc fuiſſet deceptus: igitur potuit decipi minor probatur vi argumentorum apparentium poterat diabolus facere ꝙ adam habuiſſet aſſenſum alicuius propoſitionis falſe: igitur potuit decipi. Ad hoc argumentum rñ

detur negando minorem:et ad pro-
bationem negatur añs et ratio eſt:
quia primus parens erat adeo ſapi
ens ⁊ doctus ꝙ faciliме quodlibꝫ ſo
phiſma q̃tumcũꝙ nodoſum enodaſ
ſet ⁊ ſoluiſſet. Et ſi replices per au-
ctoritatem ph̃i dicentis. Omnis ma
lus ignorans:r̃ndetur ꝙ ignorantia
ipſius mali nõ ſemper precedit ma-
liciam:et maxime ignorantia circa
agibilia de qua loquitur Philoſo-
phus.

¶ Queritur ſextocirca eandem
diſtinctionem:vtrum primus parẽs
profeciſſet per temporum interual-
la vel in primo inſtanti omnium ha
buit ſcientiam. Pro huius queſtio-
nis enodatione eſt aduertendum:ꝙ
res ſcibiles in triplici ſe habent dif-
ferentia:quedam fiunt curſu natura
li:alie vero curſu ſupnaturali ⁊ alie
curſu voluntario. Scd̃o eſt aduertẽ-
dum:ꝙ profectus ſcientie triphariã
poteſt conſiderari. Primo modo re
ſpectu ſcibilium. Scd̃o reſpectu mo
dorum cognoſcendi. Et tertio reſpe
ctu maioris habilitationis et prom
ptitudinis.

¶ Iſtis notatis ponuntur ſex
conclu.r̃ſiue ad titulum queſtionis
quarum prima eſt iſta. Omnium re
rum que naturaľr ſciri poſſunt adaꝫ
habuit ſcientiaꝫ. Iſta conclu.proba
tur expreſſa auct̃e Hugonis de ſctõ
Uictore in libro de ſacramentis di-
centis. Rerum omnium que cuꝫ ho
mine et ob hominem facte ſunt per
fectam cognitionem accepiſſe adaꝫ:
nulli dubium eſſe debet. Probatur
etiam ratione nomen debite impoſi
tum eſt nature expreſſiuum: ſed nul
lus poteſt res omnes nominare de-
bite:niſi is qui omnium rerum ple-
nam habet cognitionem: et adã om
nibus rebus nomina recte impoſuit
igitur omnium rerum habuit plenã
cognitionem. Inſuper nullus bene
gubernat ea quorum naturas igno-
rat:ſed omnia fuere comiſſa regimi
ni primi parentis:vt habetur geñ.1.
et pſaľ.8.i quo habetur. Omnia ſub
ieciſti ſub pedibus eius: igitur con-
clu.vera. Scd̃a ꝯclu.eſt iſta. Adam
rerum ſupernaturalium tantam ha
buit cognitionem quanta erat neceſ
ſaria ad gubernationem vite huma
ne pro ſtatu innocentie. Iſta cõclu.
patet. Adam debebat gubernare ſe
ipſum et docere alios: ſed ad guber
nationem vite proprie: et aliorum
non ſufficit cognitio eoruꝫ que natu-
raliter ſciri poſſunt: verum etiam re
quiritur cognitio eorum que natura
lem excedunt cognitionem eo q̃d̃ vi
ta hominis ordinatur ad finem quẽ
dam ſupernaturalẽ ſicut nobis ne-
ceſſariuꝫ eſt cognoſcere ea que fidei
ſunt:igitur neceſſarium erat adam
ſupernaturalium cognitioneꝫ habe-
re. Tertia conclu.eſt iſta.illarum re
rum que voluntarie fiunt prim⁹ pa-
rens non habuit ſcientiam. iſta con-
clu.patet: quia cogitationes homi-
num et archana ignorauit et multa
futura contingentia et quot lapilli
erant in fluuijs. Quarta conclu. eſt
iſta. Adam non perfeciſſet pro mo-
do reſpectu ſcibilium naturaliter: ſꝫ
bene ſcd̃o aut tertio mõ pria pars
patet ex prima cõclu. et ſcd̃a patet:
quia potuit meliori mõ cognoſcere:

et promptiori: ꝙ cognoſcebat res naturales. Quinta conclu. eſt iſta. reſpectu cognoſcibiliũ ſupernaturaliter adam potuit proficere quolibꝫ trium modorũ. iſta conclu. patet: qꝛ dominus deꝰ potuit ei reuelare plura ꝙ reuelauit et mõclariori. Sexta conclu. eſt iſta. reſpectu illorum que curſu libero fiunt adam poterat proficere quolibet trium modorum. iſta conclu. patet: quia multa talia voluntaria poterat cognoſcere de nouo et meliori modo et promptiori.

¶ Contra primã conclu. arguitur ſic. Adam omnium rerum naturalium habuit ſcientiam: vel habuit ꝑ ſpẽs acqſitas aut ꝯnaturales aut infuſas nullum iſtorum eſt dandum igitur conclu. falſa ꝙ non poſſit dari primũ liquidum eſt quũ loquamur de primo inſtanti ſue creationis: ꝙ non poſſit dari ſcõm patꝫ: quia ſeq̃retur ꝙ nos haberemus tales ſpẽs quod eſt contra experientiam: ꝙ nõ poſſit dari tertiũ probatur: ſequerẽt ꝙ ſcientia primi parentis non eſſet eiuſdem ſpeciei cum noſtra ꝯñs eſt falſum igitur ſequela probatur ſciẽtia primi parentis eſt ꝓducta a ſolo deo: et noſtra ſcientia eſt producta a deo et nobis: ergo non eſt eiuſdem rationis cuꝫ noſtra. Ad hoc argumẽtum rñdetur negando minorem: et datur tertiũ: et ad probationẽ negatur ſequela: et ad probationẽ negatur ꝯſequẽtia: et datur manifeſta inſtantia de ipo primo parente productо a ſolo deo: et tamen eſt eiuſdem ſpeciei nobiſcum. Et ſi dicas in omnibus indiuiduis eiuſdeꝫ ſpeciei eſt idem modus cognoſcendi et conſequendi perfectioneꝫ: negatur aſſumptum: imo pro varijs temporibus varias cognitiones dominus deus tradidit. Contra iſtam ſolutionem arguitur. adam non omnia videbat ergo non habuit omnium ſcientiam Ad hoc negatur ꝯſequentia: qꝛ alio modo cognoſcebat ꝙ per viſum: vt puta per habitum adeo infuſum. Et ſi vlterius arguas profeciſſet in merito. ergo in ſcientia negatur conſequentia intelligendo ſemper de ſcientia rerum naturalium.

De gratia hominis ꝛ de potentia ante caſum.

Diſtinctio. XXIIII

Hunc diligẽter iueſtigari oportet: quam gratiam vel potentiaꝫ habuerit homo ante caſum. Et vtrum per eam potuerit ſtare vel nõ? Sciẽdum eſt ergo ꝙ homini increatione: ſicut de angelis diximus: datũ eſt per gratiã auxiliũ ꝛ collata eſt potẽtia per quaꝫ poterat ſtare. i. non declinare ab eo quod acceperat: ſed non poterat proficere intm̃: vt per gratiã creatiõis ſine alia mereri ſalutem valeret.

Poterat quidem per illud auxilium gratie creationis reſiſtere malo: ſed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene viuere quodammodo: quia poterat viuere ſine peccato: ſed non poterat ſine aliogratie adiutorio ſpũaliter viuere quo vitam mereretur eterna:m. Unde Augu. in enchi. Sicfactus eſt homo rectus: vt et manere in ea rectitudine poſſet: non ſine diuino adiutorio: ꝛ ſuo fieri peruerſus arbitrio. Utrũlibet horum elegiſſet dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo. Et quia ſuam maluit facere voluntatem ꝙ dei: de illo facta eſt voluntas dei. Item in eodem. Sic hominem prius oportebat fieri: vt et bene poſſet velle et male. Nec fruſtra ſi bene: nec impune ſi male. Idem quoqꝫ in libro de correctiõe ꝛ gr̃a ait. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti ſunt defuiſſet: quoniam non talis natura facta erat: vt ſine diuino auxilio poſſet manere ſi vellet: non vtiqꝫ ſua culpa cecidiſſet. Defuiſſet quippe adiutorium ſine quo manere non poſſet. Idem. Dederat deus homini bonam volũtatem: in illa quippe eum fecerat rectum: dederat adiutorium ſine quo nõ poſſet in ea manere ſi vellet: et per quod poſſet. Ut autẽ hoc vellet in eius dimiſit arbitrio In eodẽ. Acceperat poſſe ſi vellet: ſed non habuit velle quo poſſet: nam ſi habuiſſet perſeueraſſet His teſtimonijs euidenter mõſtratur: ꝙ homo rectitudinem ꝛ bonam voluntatem in creatione accepit: atqꝫ auxilium quo ſtare poterat: alioquin non ſua culpa videretur cecidiſſe.

Qualis fuerat illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creatus eſt.

¶ Sed quomodo rectam ꝛ bonam voluntatem habuit homo: ſi per eam nec mereri vitaꝫ valuit nec in ea ſtare voluit. Quia nec aliquid mali ea tunc volebat: et ad tempus ſtare voluit: ſed non perſeueranter: et ideo recta ꝛ bona fuit tunc voluntas hominis

Oppoſitio contra illud qđ dictum eſt hominẽ non potuiſſe proficere.

¶ Ad hoc autem quod diximꝰ hominẽ non poſſe proficere vel mereri per gratiam creationis: ſolet opponi ſic. Per illud auxiliũ gratie creationis potuit ſtare in

bono quod acceperat. Potuit
ergo reſiſtere tentationi. Sed re
ſiſtere tentationibus atq̧ ſugge
ſtionibus malis meritum eſt: ac
bonuꝫ remunerabile. Omne au
tem bonum meritum profectus
eſt. Per gratiam ergo creatiōis
proficere potuit ſine adiectione
alterius gratie. Ad quod dici-
mus quia reſiſtere malo ꝛ nō cō
ſentire tentationi non feciſſet illi
meritum: ꝛ ſi non conſenſiſſet: q̄ꝛ
nihil in eo erat quod ad malū im
pelleret ſicut angelis qui non ce
ciderunt non fuit merituꝫ quod
ſteterunt: id eſt quod non corrue
runt. Nobis autem meritum eſt
aliquando ſi malum non fecim⁹
ſed reſiſtimus: ibi dumtaxat vbi
cauſa ſubeſt q̄ nos id facere mo-
uet: quia ex peccati corruptela p
ni ſunt ad lapſum greſſus no-
ſtri. Ubi autem non interuenit
cauſa nos ad malum impellens
non meremur ſi ab eo declinam⁹
Declinare enim a malo ſemper
vitat penam: ſed non ſemper me
retur palmam.

De adiutorio homini ī creatiōe dato quo ſtare poterat

¶ Hic conſiderandū eſt quod
fuerit illud adiutorium homini
datum in creatione quo poterat
manere ſi vellet. Illud vtiq̧ fuit
libertas arbitrij ab omni labe et
corruptela immunis atq̧ volun
tatis rectitudo ꝛ omnium natu
ralium potentiarum anime ſince
ritas atq̧ viuacitas.

De libero arbitrio.

¶ Liberum vero arbitrium eſt
facultas rationis ꝛ voluntatis
qua bonuꝫ eligitur gratia aſſiſtē
te vel malum eadem deſiſtente.
Et dicitur liberum quantum ad
voluntatem que ad vtrumlibet
flecti poteſt. Arbitriū vero quā
tum ad rationem cuius eſt facul
tas vel potentia illa cuius etiam
eſt diſcernere inter bonum ꝛ ma
lum. Et aliquando quidē diſcre
tionem habens boni et mali: qđ
malum eſt eligit: aliquando ve-
ro quod bonum eſt. Sed quod
bonum eſt: niſi gratia adiuta nō
eligit: malum vero per ſe eligit.
Eſt enim in anima rationali vo
luntas naturalis qua naturaliter
vult bonum: licet tenuiter ꝛ exili
ter niſi gratia iuuet: q̄ adueniēs
iuuat eam et erigit vt efficaciter
velit bonum. Per ſe autem po-
teſt velle malum efficaciter. Illa
ergo rationalis anime potentia

qua bonum vel malũ poteſt velle: vtrũq3 diſcernens liberum arbitrium nũcupatur: quod bruta animalia non habent: qꝛ ratione carent: habent tamen ſenſum et appetitum ſenſualitatis.

De ſenſualitate.

¶ Eſt enim ſenſualitas quedā vis anime inferioꝛ ex qua eſt motus qui intẽditur in coꝛpoꝛis ſenſus atq3 appetitus rerum ad coꝛpus pertinentium. Ratio vero vis anime eſt ſuperioꝛ que: vt ita dicamus duas habet partes vel differentias ſuperioꝛem ꝛ inferiorem. Scdm ſuperioꝛem ſupnis conſpiciendis vel conſulendis intendit. Scdm inferioꝛē ad temporalium diſpoſitionem pꝛoſpicit. Quicquid ergo in anima noſtra nobis conſiderantibꝰ occurrit qd nõ ſit cõmune cũ beſtijs ad rationẽ pertinet. Qd aũt in ea reperis cõmune cũ beluis ad ſẽſualitatẽ pertinet. Et vbi nobis gradatim in conſideratione partiū aie pꝛogredientibꝰ pꝛimũ aliqd occurrit qd nõ eſt cõmune cũ beſtijs: ibi incipit ratio. Hoc autē Auguſt. docet in. xij. lib. de trinitate ita dicens. Uideamus vbi ſit quaſi quoddam hominis exterioꝛis iterioꝛiſq3 confiniũ. Quicquid eñ habemꝰ in aĩo cõmune cũ pecoꝛe: recte dicitur ad exteriorem hoiem ptinere. Non eñ ſolũ coꝛpꝰ exterioꝛ hõ deputabitur ſed adiũcta quadã vita ſua qua cõpages coꝛpis ꝛ oẽs ſenſus vigent quibꝰ inſtructꝰ eſt ad exterioꝛa ſentiẽda. Aſcẽdẽtibꝰ ergo introꝛſũ quibuſdã gradibꝰ conſideratiõis per aĩe partes vbi incipit aliqd occurrere qd nõ ſit nobis cõe cum beſtijs: ibi incipit rõ vbi hõ exterioꝛ iã poſſit agnoſci. Rõnis aũt ps ſupioꝛ eternis rõnibꝰ cõſpiciendis vel conſulẽdis adheret. Poꝛtio iferioꝛ ad temporalia gubernanda deflectitur. Et illa rõnis intẽtio qua ꝯtẽplamur eterna: ſapie deputaꝛ. Illa vo qua bñ vtimur rebꝰ tpalibꝰ: ſcie deputaꝛ. Cũ vo diſſerimꝰ de natura mẽtis hũane: de vna quadã re diſſerimꝰ: nec eã in hec duo q̃ cõmemoꝛauimꝰ niſi p officia geminamꝰ. Carnalis aũt vel ſenſualis aie motꝰ qui in coꝛpis ſenſus intẽditur nobis pecoꝛibuſq3 cõmunis ẽ q̃ ſeduſꝰ eſt a rõne ſapiẽtie: rõni aũt ſciẽtie vicinus eſt.

Quod talis eſt oꝛdo peccandi vel cadendi in nobis qualis fuit in pꝛimis hominibꝰ.

❡ Illud quoq₃ pretermittendū non eſt q̄ talis nunc in vno homine tentationis eſt ordo ꝛ progreſſio qualis tunc in primis p̄ceſſit parentibus. Ut enim tunc ſerpens malum ſuaſit mulieri: ipſaq₃ conſenſit deinde viro ſuo dedit: ſicq₃ conſummatū eſt peccatum. Ita ꝛ nunc in nobis ꝓ ſerpente eſt ſenſualis motus anie: pro muliere inferior portio rationis: pro viro ſuperior rationis portio. Et hec eſt vir qui ſecūdū apoſtolum dicitur ymago ꝛ gloria dei: et illa eſt mulier que ſecūdum eundem dicitur gloria viri Atq₃ inter hunc virum et hanc mulierem eſt velut quoddā ſpirituale coniugiū naturaliſq₃ contractus quo ſuperior rōnis portio quaſi vir debet preeſſe ꝛ dn̄ari. Inferior vero quaſi mulier debet ſubeſſe et obedire. Ideo vir ſcd̄m ap̄lm non debet habere velamē: ſed mulier. Et ſicut in cunctis animātib⁹ nō eſt repertū homini adiutoriū ſimile ſibi: ſed de illo ſumptū qd̄ ei formaretur in cōiugiū ita ī partib⁹ aīe quas cū pecorib⁹ habem⁹ cōmunes: nullum mēti noſtre ſimile eſt adiutorium. vn̄ Aug⁹. in eodē. Illud noſtrū quod in actione temporaliū tractandorum ita verſatur vt non ſit in nobis cōmune cū pecore rōnale eſt quidē: ſed ex illa rōnali mente qua ſubherem⁹ intelligibili ꝛ incōmutabili veritati tanq₃ ductum ꝛ inferioribus tractandis gubernandiſq₃ deputatum eſt. Sicut enim in omnib⁹ pecoribus non eſt inuentum viro adiutorium ſimile ſibi: niſi de illo detractū in coniugiū formaretur: ita menti noſtre qua ſupernam conſulim⁹ veritatē: nullum eſt ad vſum rerum temporaliū q̄tum nature hominis ſatis eſt ſimile adiutoriū ex anime partibus quas cōmunes cū pecorib⁹ habemus. Ideoq₃ rōnale noſtrū non ad vnitatis diuortiū ſeparatū: ſed in auxiliū ſocietatis quaſi deriuatū ī ſuo diſpartitur officio Et ſicut vna caro eſt duorū in maſculo et ī femina: ſic intellectū noſtrū ꝛ actionē ſiue rationem ꝛ appetitū rationalē: vel ſi aliquo mō ſignificantius dici pōt: vna mentis natura cōplectitur: vt ſicut de illis dictū eſt. Erunt duo in carne vna: ſic ꝛ de his dici poſſit: duo in mēte vna. Ecce ex his verbis apte intelligi pōt qualiter in aīa hominis exiſtat ymago illius coniugij: ꝛ qualiter in ſingulis noſtrū ſpūaliter ſint illa tria: ſcʒ vir mulier ſerpens.

Qualiter per illa tria in nobis conſummetur tentatio.

¶ Nunc ſupereſt oſtẽdere quomodo per hec tria in nobis conſumetur peccatum. Ubi agnoſci poterit ſi diligenter intẽdatur quid ſit in anima mortale vel veniale peccatum. Ut enim ibi ſerpens ſuaſit mulieri et mulier viro: ita et in nobis ſenſualis motus cum illecebram peccati conceperit quaſi ſerpẽs ſuggerit mulieri.ſ. inferiori parti rationis.i. rationi ſcientie: que ſi conſenſerit illecebre mulier edit cibum vetitum. Poſt de eodem dat viro cum ſuperiori parti rationis: id eſt rationi ſapientie eandem illecebram ſuggerit quaſi conſentit tunc vir etiam cum femina cibũ vetitum guſtat. Si ergo in motu ſenſuali tantum peccati illecebra teneatur veniale ac leuiſſimũ eſt peccatum. Si vero inferior pars rationis conſenſerit: ita vt ſola cogitationis delectatione ſine voluntate perficiẽdi teneatur mulier ſola manducauit non vir cuius auctoritate cohibetur voluntas: ne ad opus vſq̃ perueniat. Si vero aſſit plena voluntas perficiendi: vt ſi aſſit facultas ad effectum perducatur: vir quoq̃ manducat: quia ſuperior pars rationis illecebre conſenſit et tunc eſt dãnabile et graue peccatum. Quando autem mulier ſine viro guſtat: aliquando eſt mortale aliquando veniale peccatum. Ut enim dictuȝ eſt tunc mulier ſine viro guſtat cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur vt faciendum nõ decernatur: vt cum quidam terminus et menſura peccato adhibetur a viro: vt non liceat mulieri effrenata libertate in peccatũ progredi. Si ergo peccatum nõ diu teneatur delectatione cogitationis: ſed ſtatim vt mulierem tetigit viri auctoritate repellatur veniale eſt. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur: et ſi voluntas perficiendi deſit: mortale eſt: et pro eo damnabitur ſimul vir et mulier: ideſt totus homo: quia et tunc vir non ſicut debuit mulıereȝ cohibuit: vnde poteſt dici conſenſiſſe.

Repetitio ſummam perſtringens.

¶ Itaq̃ vt breuiter ſummam perſtringam quando peccatum ita in anima concipitur vt illud facere diſponat vel etiam perficiat: aliud frequẽter aliud ſemel:

vel etiam quando delectatiõe cogitationis diu teneatur mortale est. Cum vero in sensuali motu tantum est vt prediximus: tunc leuissimuȝ est: quia ratio tunc nõ delectatur. Ideo auteȝ supra dixi aliud frequenter aliud semel: quia quedam sunt que si tantuȝ semel fiant vel facienda disponãtur damnant: quedam vero non nisi sepius fiant vel facienda decernantur: vt de ocioso verbo et huiusmodi. Hec Augustinus in.xij.lib. de trinitate tradit ita. Sicut in illo coniugio primorũ hominum serpens manducandum persuasit. Mulier autẽ nõ manducauit sola: sed viro suo dedit ⁊ simul manducauerunt: ita et in quodam secreto coniugio quod in homine geritur et dino scitur cum ratione scientieque in rebus temporalibus agendis ratiocinandi viuacitate versatur: animalis sensus ingerit quandã illecebram: tunc velut serpens alloquitur feminam. Huic autẽ illecebre consentire de ligno vetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est: superiori vero auctoritate ita retinentur membra vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato: sic habendum esti mo: velut lignum vetitum mulier sola comederit. Si autem in cõsensu illo ita decernitur quodꝙ peccatũ: vt si sit potestas etiã opere impleatur intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edẽdum illicitum cibum. Necꝙ eniȝ potest peccatum non solum cogitandum suauiter verum: etiaȝ perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi et illa mentis intentio penes quã summa potestas est membra in opus mouendi: vel ab opere cohibẽdi male actioni cedat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens esse facienda: tenens tamen et volens libenter que statim vt attigerũt animum respui debuerunt negãdum est esse peccatum: sed longe minus ꝙ̃ si ⁊ opere statuatur implendum. Et ideo de talib⁹ quoꝙ cogitationibus venia petenda est pectusꝙ percutiendum et dicendum. Dimitte nobis debita nostra. Necꝙ enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suaȝ quisꝙ portabat. Et ideo si sola mulier cibum edisset illicituȝ: sola vtiꝙ mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine vno: si delecectationibus illicitis a quibus continuo se de

beret auertere cogitatiõe libẽter ſola paſcatur: nec facienda decernantur mala: ſed tamen ſuauiter in recordatione teneantur quaſi mulierem ſine viro poſſe damnari: abſit hoc credere. Hic quippe vna perſona eſt: vnus homo eſt totuſq; damnabitur: niſi hec que ſine voluntate operandi: ſed tamen cum voluntate animũ talibus oblectandi ſolius cogitationis ſentiuntur eſſe peccata per mediatoris gratiam remittãtur Idem quoq; in libro contra manicheos de hoc eodem ſic ait. Apoſtolus dicit. Secundũ pricipem poteſtatis aeris hui9 ſpiritus qui nunc operatur in filijs diffidentie. Nunquid ergo viſibiliter eis apparet: aut quaſi corporeis locis accedit ad eos et operatur. Sed miris modis per cogitationẽ ſuggerit quicquid poteſt quibus ſuggeſtionibus reſiſtendum eſt. Non enim ignoramus aſtutias eius. Quomodo enim acceſſit ad iudam quando ei perſuaſit vt dñm traderet. Nũquid in locis: aut per hos oculos ei viſus eſt? Sed vtiq; vt dictum eſt in cor eius intrauit. Repellit autem illum homo ſi paradiſum mentis cuſtodiat. Poſuit enim hominem deus in paradiſo vt operaretur & cuſtodiret: quia ſicut eccleſia dicitur in canticis canticorum. Ortus concluſus fons ſignatus: quo vtiq; nõ admittitur peruerſitatis ille perſuaſor: ſed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio noſtra deduci ad conſenſionem peccati poteſt: niſi cũ delectatio mota fuerit in illa pte animi qua deb; obtemperare rationi tanq̃ rectori viro. Etiã in vno quoq; noſtrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quiſq; dilabitur: q̃ tunc actum eſt in illis tribus ſerpente muliere et viro. Nam primo fit ſuggeſtio ſiue per cogitationem ſiue per ſenſus corporis vel videndo vel tangẽdo vel audiendo vel guſtando vel olfaciẽdo. Que ſuggeſtio cũ facta fuerit ſi cupiditas noſtra nõ moueatur ad peccandũ: excluditur ſerpentis aſtutia. Si aũt mota fuerit quaſi iam mulieri perſuaſum erit: ſed aliquando ratio viriliter etiã commotã cupiditatem refrenat & cõpeſcit. Quod cũ fit: nõ labimur in pctũm: ſed cũ aliquãta luctatione coronamur. Si autem ratio conſentiat et quod libido commouerit faciendũ eſſe decernat ab omni vita beata tanq̃ de paradiſo expellitur hõ. Iam

enim peccatum imputatur etiā ſi non ſubſequatur factū: quādo reꝰ tenetur in cōſenſiōe cōſciētie.

Quare hec de anime partibus dixit.

Hec de anime partibus interſeruimus: vt ipſius anime natura plenius cognoſceretur: et ſecūdum quam ſui portionem in ea ſit liberum arbitrium intelligatur ſcꝫ ſcd̄m rationem qua omne peccatum mortale geritur: ſed non omne veniale illud: ſcꝫ quod in ſolo motu ſenſualitatis exiſtit.

Quod ſenſualitas ſepe ī ſcriptura aliter q̄ ſupra accipitur. ſ. vt etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur.

Non eſt autem ſilentio preter eundum quod ſepe in ſcriptura nomine ſenſualitatis: non id ſolum in anima quod eſt nobis cōmune cum pecore: ſed etiam inferior portio rationis que temporalium diſpoſitioni intendit: intelligitur. Quod diligens lector in locis ſcripture: vbi de ipſa fit mentio vigilanter annotet.

Circa viceſimā quartam diſtinctionē q̄ritur primo: vtrum datuꝫ fuerit primo parenti naturale adiutorium per qd̄ poſſet abſqꝫ omni gratia tentationi reſiſtere. Pro huius queſtionis itelligentia eſt aduertendū ꝙ magiſter tenet ꝙ adam non fuit creatus ī gratia gratum faciente: ſicut nec angeli fuerunt creati in gratia gratuꝫ faciēte ſcd̄m ipſum. Vlterius eſt aduertendum ꝙ viatorem poſſe reſiſtere virtute propria tentationi abſqꝫ oī gratia poteſt biphariam intelligi. Vno modo vt excludit omnem gratiam tam gratis datam q̄ʒ gratū facientem: et alio modo vt excluditur ſolum gr̄a gratū faciēs. Iſtis notatiſ rn̄detur p duas ꝯclu. quaꝝ prīa ē iſta. Impoſſibile eſt adā abſqꝫ gr̄a gratiſ data reſiſtere alicui tētationi. iſta cōclu. patet: qꝛ impoſſibile eſt ſine cōcurſu dei gn̄ali aliq̄d facere aut velle aut nolle. Scd̄a ꝯclu. eſt iſta: p̄mꝰ parens potuit reſiſtere oībus tentationibꝰ abſqꝫ gr̄a gratū faciēte. iſta cōclu. probatur: et querit̄ qn̄ primus parēs erat ſine gr̄a gratū faciēte añ pctūm: an potuit tūc reſiſtere ſi dicatur ꝙ nō ſequitur ꝙ non peccaſſet q̄uis ꝯſenſiſſet tentationi. ꝯn̄s ē abſurdū. igr̄ ꝯclu. vera: ſeq̄la pbat̄: nō erat in ptāte eiꝰ nō cōſentire. ḡ non peccaſſet: ꝯn̄s tenꝫ: qꝛ teſte. d. augu. pctm̄ iō d̄r pctm̄: qꝛ volūtariū: ita ꝙ ſi nō eēt. volū. nullo mō eſſet pctūm

¶ Contra iſtam vltimā conclu. arguitur ſic aucte diui Augu. in lib. de vera innocentia dicentis. Humana natura etſi in illa integritate in qua condita eſt permaneret: nullo tamen modo ſeipſam creatore: non adiuuāte ſeruaret. Ad hanc aucte₃ facile rñdetur: ꝙ Augu. loquitur de adiutorio indifferenter tam generali ꝙ̄ ſpeciali. Et ſic hec auctoritas corroborat primam conclu. Ideo ratione arguitur ſic. ſi potuiſſet prim⁹ parens reſiſtere tentationi: ſequitur ꝙ etiam potuiſſet obtinere victoriā de hoſte generis hūani: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur. ſequeretur ꝙ potuiſſet etiam mereri ſine gratia gratum faciente: ꝯñs implicat: igitur ſequela ꝓbatur. Omnis victoria meretur coronam. ergo ſi adam potuit habere victoriam potuit etiam mereri. Ad hoc argumentum rñdet diuus Bonauen. negando ſequelam: ſed ſi obtinere victoriā eſt non conſentire tētationi ⁊ oppoſitum illius quod ſuadet tentatio facere certum eſt ꝙ adam potuit obtinere victoriam de hoſte generis humani. Si vero dicatur ꝙ vltra hoc requiritur ꝙ habeat gratiam gratū facientē: certum eſt ꝙ implicat cōtradictionem obtinere victoriam ſine gratia gratum faciente. Sed ꝙ̄tum ad hoc diſputatio eſt ad nomē. Propterea melius eſt dicere aliter ad argumentū. ſ. concedendo ſequelam et negando minorem: et ad ꝓbationem diſtinguitur ſequela: vel loquēdo de merito vite eterne: et ſic negatur illa: et ad probationem negatur ꝯñs: ſi vero procedatur de merito boni temporaliter conceditur ſequela et negatur minor: imo exiſtentes in peccato mortali meretur talia bona temporalia. Et ſi arguas: reſiſtere diabolice tentationi eſt opus laudabile: ergo meritorium vite eterne negatur ꝯñs: ſed bene ſequitur ꝙ eſt meritorium alicuius boni temporalis. Contra iſtam ſolu. arguitur: ſeq̄retur ꝙ nos etiam poſſemus reſiſtere diabolicis tentationibus ſecluſo dei auxilio ſpeciali: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur. primus parens potuit reſiſtere et nos habem⁹ naturalia eiuſdem ſpeciei cum ipſo ergo nos etiam poſſumus reſiſtere ſecluſo auxilio dei ſpeciali. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelā: et ad probationem negatur ꝯñs: ratio eſt: quia nos habemus naturalia corrupta ⁊ vulnerata: adam vero habuit integra ante peccatum.

¶ Queritur ſcdo circa eandem diſtinctionem: vtrum portio ſuperior et inferior ſint potentie realiter diſtincte. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ ratio hominis diuidit a diuo Augu. in. 12. lib. de trinit. in ſuperiorem ⁊ inferiorem: ſuperior portio ratiōis dicitur illa que verſatur circa eterna conſpicienda aut conſulenda circa vero cōſpicienda intendit ſcdm ꝙ ea in ſeipſis ſpeculatur: circa conſulenda autem ſcdm ꝙ ex eis accipit regulas agendoru₃. Ratio vero inferior aut portio quod idem eſt: eſt que verſat circa res temporales: hec autē duo ſc₃ eterna: et temporalia comparantur ad cognitionem noſtra₃ hoc mō ꝙ ſcdm eſt medium ad cognoſcēdū

primū: nam per cognitionē tempõ ralium deuenimus in notitiam eter norum: iuxta illud apſl ad Rom.1. Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur in via vero iudicij per eterna iam cognita de tē poralibus iudicamus: ꝛ ſcd̃m ratio nes eternorum temporalia diſponi mus. Ulterius eſt aduertendū: ꝙ portio ſuperior capitur ſtricte inter dum vt ſolum reſpicit eterna: ꝛ inter dum capitur large vt non ſolum re ſpicit eterna: ſed temporalia in ordi ne ad eterna.

¶ Iſtis notatis rñdetur p con clu. negatiuam que ꝓbatur expreſſa aucte diui Augu. in.12.lib. de trinit. dicētis: ꝙ ſuperior portio ꝛ inferior non diſtinguntur niſi per officia.

Contra iſtam reſponſionē argui tur ſic aucte eiuſdem Auguſt. in lib. allegato dicentis: ꝙ ymago trinita tis eſt in ſuperiori parte ratiōis: nō autem in inferiori. et in eodem lib. aſſerit ꝙ inter ſuperiorem rationem et inferiorem eſt coniugium. Ad pri mā aucte m rñdetur: ꝙ itelligitur ea ratiōe qua eſt inferior: ita ꝙ ſenſus eſt ymago trinitatis hoc eſt noticia trinitatis eſt in ſuperiori portiōe ea ratione qua ſuperior: et non in infe riori portione ea ratione qua eſt in ferior. Ad aliam auctē rñdetur: ꝙ Augu. capit ibi portiones ꝑ actibus ipſarum portionum. Contra iſtam ſolu. arguitur: nihil oritur a ſeipſo: ſed portio ſuperior oritur ex inferio ri. ergo portio ſuperior ꝛ inferior di ſtinguntur: minor patet aucte pauli allegata ad Rom.1. Ad hanc repli cam rñdetur: ꝙ portio ſuperior dicit oriri ex inferiori: quia actus ipſi⁹ ſu perioris portionis oritur ex actibus inferioris portionis: et ideo prima ꝯña non valet. Et ſi arguas: regens differt a recto: ſed teſte diuo Augu. in lib. citato: portio ſuperior regit in feriorem: igitur diſtinguntur: negat etiam ꝯña: et ratio eſt: quia propor tionabiliter intelligenda eſt minor iſtius replice ſicut alteri⁹ replice ꝙ actus portionis ſuperioris regit et dirigit actus inferioris portionis. Et ſi dicas: nihil idem agit et patit: negatur aſſumptum procedendo de actiōe ſpũali: patet inſtātia de volū tate que agit et patitur ab eadem. Scd̃o arguitur ſic. homo exterior et homo interior diſtingūtur. ergo etiā portio ſuperior et inferior diſtingū tur. Pro huius argumenti ſolutiōe eſt aduertendum: ꝙ homo exterior varie accipitur a doctoribus: nā diuus Augu.12.lib. de trini. Et in.4. et.16. inquit. Quicquid eſt in nobis cōmune cum pecore exterior homo dicitur: is autem qui eſt ymago dei: homo interior vocatur. Sed alexan der de ales ꝛ diu⁹ Ambro. accipiūt hominem exteriorem pro peccatore et hominem interiorem pro homi ne ſpũali. Ex iſta diſtinctione patet rñſio ad argumentum.

¶ Queritur tertio circa eandē diſtinctionē: vtrum in portione ſupe riori poſſit eſſe peccatum. Pro hu ius queſtionis intelligentia ſuppo nenda eſt diſtinctio portionis ſupe rioris in precedenti queſtiōe poſita preſupponendum eſt vlterius ꝙ por tio ſuperior nō eſt cinderesis: vt de

clarabitur in.39.diſtin.huius ſcdi.
¶ Iſtis preſuppoſitis ponitur tres conclu.rñſiue ad titulum queſtionis quarum prima eſt iſta. In ſuperiori portione large:poteſt eſſe peccatū tam veniale ꝙ mortale. Iſta cōclu. probatur:portio ſuperior poteſt cōſentire in peccatum veniale: ſimilit̄ in peccatum mortale portionis inferioris:ſed omnis cōſenſus in peccatum eſt pctm̄:igitur cōclu.vera. Scda ꝯclu.eſt iſta:in portione ſuperiori ſtricte poteſt eſſe pctm̄ veniale.iſta conclu.probatur. in portione ſuperiori ſtricte poteſt inſurgere aliquis motus infidelitatis ſurreptitiꝰ circa ſanctiſſimam trinitatē: igitur poteſt eſſe peccatum veniale in portione ſuperiore ſtricte. Tertia ꝯclu. eſt iſta:in portione ſuperiori ſtricte poteſt reperiri peccatū mortale. ptꝫ iſta conclu.ſi talis deliberate conſētiat in talem motum infidelitatis.

¶ Contra primā conclu. arguitur ſic.nullum peccatum poteſt eſſe in ratione.ergo nec in portione ſuperiori aut inferiori:añs probatur: cuiuſlibet potentie peccatum eſt defectus ipſius: ſed defectus rationis non eſt peccatum:igitur nullū peccatū poteſt eſſe in ratione: minor probatur: defectus rationis excuſat a peccato.ergo defectus rationis non eſt peccatum. Ad hoc argumentum rñdetur negādo añs:et ad probationē negatur minor: intelligendo eā vniuerſaliter. et ad probationem negatur etiam añs vniuerſaliter: imo aliquis defectus aggrauat:vt patet de ignorantia affectata. Et ſi dicas omne peccatum eſt in voluntate:verum eſt de peccato habente maliciā a ſe:non autem habet verum de actibus imperatis.

¶ Contra duas vltimas cōclu. arguitur ſic.nullus actꝰ alicuius potentie dicitur malus:niſi talis potētia ſe habeat deordinate circa ſuum obiectum:ſed portio ſuperior nō poteſt ſe habere deordinate circa ſuum obiectum:igitur non poteſt aliquod peccatum in portione ſuperiori ſtricte eē:minor probatur .portio ſupior ſtricte conſiderat ſolū eterna. ergō non poteſt eſſe aliqua deordinatio circa tale obiectū. Ad hoc argumētum rñdetur negando minorem: et ad probationem negatur ꝯña et ratio eſt: quia poteſt conſiderare ipſa eterna ſub ratione punitiōis. et ideo deordinate poteſt ſe habere circa ſuum obiectum.

¶ Queritur quarto circa eandē diſtin. vtrum in portione inferiori poteſt eſſe peccatum mortale aut veniale abſꝙ ſupiori. Ad hanc diffi.rñdet diuus Tho.affirmatiue. Cōtra quam rñſionem arguit diuus Bonauen.aucte et ratiōe. Auctas eſt diui Augu.12.de trinit.dicētis:ꝙ mēs quū ſola cogitatiōne oblectatur: de talibus cogitationibus veniale petenda:ſed quia hec auctas nōn multum cogit. Ideo ratione arguit ſic: ſeqretur ꝙ poſſibile eſſet portionē inferiorē dānari ſine ſuperiori eiuſdem hominis:ꝯñs implicat ſecūdū legem dei ordinatam: igitur opinio nulla:ſequela probatur: volo ꝙ aliquis viator habeat peccatum ſolum in portione inferiori et nullum aliud

habeat ⁊ moꝛiatur ſtatim: tunc infe
rioꝛ poꝛtio talis hominis erit dãna
ta ſine ſuperioꝛi: igitur ſequela vera
Scḋo arguit̃ ſic ab eodem: ĩpoſſibi-
le eſt eſſe peccatũ moꝛtale ſine ꝯſen
ſu: ſed conſenſus reſidet penes iudi
cē: qui teſte diuo Augu. in loco alle-
gato eſt ſuperioꝛ poꝛtio: igitur ĩpoſ-
ſibile eſt aliquod pctũm eſſe in poꝛ-
tione ĩferioꝛi ſine ſuperioꝛi. Tertio
arguitur ſic ab eodē: ĩpoſſibile ē pec
care moꝛtalr̃ ſine auerſione a dño:
ſed auerſio a dño pertinet ad ſupe
rioꝛē rationē: igit̃ impoſſibile eſt pec
care moꝛtaliter in poꝛtione inferioꝛi
abſq ſuperioꝛi: minoꝛ pꝛobatur: cu-
ius eſt conuerti eiuſdē eſt auerti: ſed
cõuerti ad dñm deũ pertinet ſolũ
ad ſuperioꝛem rationē: ergo auerti
a dño ſolum pertinet ad ſuperio-
rem rationem.

¶ Propter iſta argumenta te-
net diu⁹ Bonauen. partē negatiuã
hui⁹ difficultatis. Contra quã argui
tur auctē diui Augu. quē allegat ma
giſter in pñti diſtin. dicētis. Si pec-
catũ diu cogitatiõe delectationis te
neatur: ⁊ ſi voluntas perficiendi de-
ſit moꝛtale eſt. Ad hãc auctem rñde
tur: ꝙ tunc eſt conſenſus interpꝛeta
tiu⁹ ſuperioꝛis rationis ꝗuis foꝛma
liter non cõſentiat. Contra eandẽ
opinionem arguitur ratione: contin
git peccare moꝛtaliter abſq hoc ꝙ
cogitetur de rebus eternis. ergo cõ-
tingit peccare moꝛtaliter abſq poꝛ-
tione ſuperioꝛi. Ad hanc rationē rñ-
detur: ꝙ ſi talis non cogitet de lege
dei: tenetur tamē cogitare: ⁊ hoc im
putatur ſuperioꝛi rationi. Cõtra iſtã
ſolu. arguitur. contingit aliquē offen
dere pꝛoximũ abſq hoc ꝙ ſuperioꝛ
ratio cogitet ꝙ offenſa pꝛoximi eſt
offenſa dei: ⁊ tunc erit peccatum in
poꝛtiõe inferioꝛi abſq ſuperioꝛi: igi
tur opinio nulla. Ad hanc replicam
rñdetur: ꝙ in tali caſu etiam eſt con
ſenſus interpꝛetatiuus poꝛtionis ſu
perioꝛis: vel ſi nullo modo cogitet
imputabitur ei: quia tenetur cogita
re. Contra iſtam ſolu. arguitur. poꝛ
tio ſuperioꝛ poteſt peccare moꝛtalr̃
abſq inferioꝛi. ergo inferioꝛ poteſt
peccare moꝛtaliter abſq ſuperioꝛi:
ꝯña tenet: quia non videtur potioꝛ
ratio de vno ꝙ̃ de alio. Ad hãc repli
cã rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad pꝛo
bationē negat̃ aſſumptum ⁊ dat̃ diſ
crimen: qꝛ poꝛtio inferioꝛ regulatur
per ſuperioꝛem: poꝛtio autem ſu-
perioꝛ nullo modo eſt regulãda per
inferioꝛem.

¶ Queritur quinto circa eandē
diſtinctionem: vtrum in ſenſualitate
poteſt eſſe vtrũq peccatum: ſcilꝫ
moꝛtale ⁊ veniale. Ad hanc difficul-
tatem rñdent diu⁹ Bonauē. ⁊ diu⁹
Tho. ꝙ i ſenſualitate bñ poteſt eſſe
peccatum veniale: ſed non poteſt re-
periri moꝛtale.

¶ Contra iſtam opinionem et
pꝛecipue contra diuum Tho. argui
tur ſic. Due virtutes cardinales re-
periuntur in parte ſenſitiua. ergo
vitia oppoſita poſſunt reperiri in ea
dem parte ſenſitiua: et multa talia
vitia ſunt moꝛtalia. ergo multa moꝛ
talia poſſunt reperiri in parte ſenſi-
tiua: pꝛima conſequentia tenet per
Philoſophum dicentem: ꝙ oppoſi
ta nata ſunt fieri circa idē ſubiectũ.

Inſuper idem diuus Tho. vtitur ſi
mili ꝯña ad probanduꝫ veniale poſ
ſe reperiri in parte ſenſitiua: naꝫ ſe-
cundū eum fortitudo ⁊ temperantia
collocātur in parte ſenſitiua. Scđo
arguitur etiam ſpecialiter cōtra eun
dem diuum Tho. inquit in. 2. arti. 74
queſtionis ſcđe ſcđe: ꝙ non ſolum
actus eliciti ab ipſa voluntate dicun
tur voluntarij: ſed etiam omnes im
perati: ſed ſic eſt ꝙ aliqua operatio
partis ſenſitiue poteſt īperari a vo-
litione mortali: et tunc talis opera-
tio erit libera ⁊ circa obiectum prohi
bituꝫ ſub pena peccati mortalis: igi
tur talis operatio ꝑtis ſenſitiue erit
peccatum mortale: ⁊ per ꝯñs reperi
bile eſt peccatum mortale in parte
ſenſitiua ſiue ſenſualitate.

¶ Iam arguitur contra amboſ
doctores. volo ꝙ in ſenſualitate in-
ſurgat aliquis motus circa obiectuꝫ
prohibitum ſub pena eterna ⁊ poſt-
ea libere continuetur: tunc dabitur
peccatuꝫ mortale in ſenſualitate: igi
tur opinió nulla: aña probatur: talis
operatio eſt mere libera: et eſt circa
obiectum prohibitum ſub pena eter
na. ergo eſt peccatum mortale.

¶ Scđo arguitur contra amboſ
ſic: operatio ſenſualitatis poteſt im
perari a voluntate propter finē mor
talem: et tunc talis operatio ſenſua-
litatis erit peccatuꝫ mortale: igitur
reperibile eſt peccatum mortale in
ſenſualitate. Si dicas veluti dicit di
uꝯ Tho queſtione allegata: ꝙ tale
peccatuꝫ non erit mortale: qꝛ eſt ſen
ſualitatis: ſed ex eo quod eſt ratiōis
Contra hoc arguitur: ſequeretur ꝙ
nulluꝫ eſſet veniale dabile in ſenſua
litate: ꝯñs eſt contra ambos docto-
res: igitur ſolutio nulla: ſequela pro
batur: nullum eſt veniale: quia ē ſen
ſualitatis: ſed quia ratio aliqualiter
conſentit: ergo ſi propter talem cau
ſam non eſt reperibile mortale in ſē
ſualitate: non erit etiam reperibile
veniale propter eandem cauſam in
ſenſualitate: aña probatur: dato op-
poſito ſequeretur ſi nō requireretur
aliqualis conſenſus rationis reſpe-
ctu venialis: qđ pueri ante vſum ra-
tionis ⁊ dementes peccarent venia-
liter: ꝯñs eſt contra ipſos ⁊ omnes
doctores catholicos: igitur ſequela
probatur: tales pueri et dementes
agunt operationes malas ex obie-
cto ſiue ex genere ⁊ nō requiritur cō
ſenſus ratiōis. ergo adminꝯ peccāt
venialiter.

¶ Tertio arguitur ſic teſte phō
noſtro in. 2. lib. ethicoꝝ: habitus ⁊ di
ſpoſitio habent fieri circa idem ſub-
iectum: ſed veniale eſt diſpoſitio ad
mortale ſcđm eoſdē doctores: ergo
ſi veniale reperitur in ſenſualitate:
etiam et mortale.

¶ Propter iſta argumenta re-
ſpondetur ad queſtionem: ꝙ vtrum
qꝫ peccatum eſt reperibile in ſenſua
litate. Sed pro maiori intelligentia
eſt aduertendum: ꝙ ſoli actus volū
tatis habent bonitatem vel maliciā
a ſeipſis omnes alij vero actus alia
rum potentiarū a voluntate capiūt
bonitatem vel maliciam ab ipſa vo-
luntate vel actibus eius: idcirco ſi
actus ſenſualitatis eſt malus venia
liter aut mortalr: ideo eſt malus: qꝛ

voluntas non repugnat: nam ſi volūtas repugnaret talis operatio ſenſualitatis nullomodo eſſet mala moraliter: imo violator habens talez operationem in ſenſualitate circa obiectum mortale ⁊ voluntatē repugnātem meretur vitam eternam ſi ſit in gratia: ſed ſi talis voluntas nō repugnet vel conſentiat: tunc talis operatio efficitur venialis aut mortalis. ¶Ex iſtis ſequitur ꝙ quelibet operatio mala ſenſualitatis eſt extrinſece mala moraliter. Sequitur ſcḋo qḋ quelibet operatio alia a voluntate ſi ſit bona eſt extrinſece bona: et ſi ſit mala eſt extrinſece mala. Sequitur tertio ꝙ nullum peccatum mortale aut veniale intrinſece malum eſt reperibile in ſenſualitate.

¶Contra iſtam reſpōſionez arguitur ſic. ſolus conſenſus facit peccatum mortale: ſed talis conſenſus eſt rationis ⁊ nō ſenſualitatis. ergo nullum eſt peccatum mortale reperibile i ſenſualitate. Hec replica ſoluz probat ꝙ non eſt reperibile peccatū mortale intrinſece in ſenſualitate quod conceditur: non tamen probat ꝙ non ſit reperibile peccatum mortale extrinſece in ſenſualitate quod oporteret probare ad habenduz oppoſitum huius opinionis.

Redit ad liberi arbitrij cōſiderationem.

Diſtinctio. XXV.



Az vero ad propoſitum redeam⁹: ſcz ad liberi arbitrij tractatuz. Quod philoſophi diffinientes dixerunt liberuz de voluntate iudicium: quia poteſtas ipſa ⁊ habilitas voluntatis et rationis quam ſupra diximus eſſe liberum arbitrium libera eſt ad vtrumlibet: quia libere poteſt moueri ad hoc vel ad illud. liberum ergo dicitur arbitrium quātum ad voluntatem: quia voluntarie moueri et ſpontaneo appetitu ferri poteſt ad ea que bona vel mala iudicat: vel iudicare valet.

Quod liberum arbitrium non pertinet niſi ad futurū nec ad omne futurum.

¶Hoc autem ſciendum eſt ꝙ liberum arbitriuz ad preſens vel ad preteritum non refertur: ſed ad futura contingentia. Quod enim in preſenti eſt determinatū eſt: nec in poteſtate noſtra eſt vt tunc ſit vel non ſit quādo eſt: poteſt enim non eſſe: vel aliud eſſe poſtea: ſed non poteſt nō eſſe dū eſt: vel aliud eſſe duz id eſt quod

eſt: ſed in futuro an hoc ſit vel illud ad poteſtatem liberi arbitrij ſpectat. Nec tamen omnia futura ſub poteſtate liberi arbitrij veniunt: ſed ea tantum que per liberum arbitriuȝ poſſunt fieri vel non fieri. Si quis eniȝ tale quid velit ac diſponat facere quod in eius nullatenus ſit poteſtate: vel quia ſine ipſius diſpoſitione eque fieret in hoc ipſe liberum non habet arbitrium.

Quod ſupraposita deſcriptio liberi arbitrij non conuenit deo: nec his qui gloꝛificati ſunt.

¶ Et quideȝ ſecundū pꝛedictaȝ aſſignationem in his tantum videtur eſſe liberum arbitrium qui voluntatem mutare et in contraria poſſunt deflectere. In quorum videlicet poteſtate eſt eligere bonum vel malum: ꝛ vtrumlibet ſcōm electionem facere vel dimittere. Scōm qꝫ nec in deo nec in his omnibus qui tanta beatitudinis gratia ſunt roboꝛati: vt iam peccare nequeant liberū arbitrium eſſe nequit. Sed qꝫ deꝰ liberum arbitriuȝ habeat Auguſtinꝰ docet in lib. xxij. de ciui. dei ita inquiens. Certe deus ipſe nū quid: quoniam peccare non poteſt: ideo liberum arbitrium habere negandus eſt. Ambꝛo. quoqꝫ in lib. de trinit. ait. Paulꝰ dicit: quia omnia operatur vnus atqꝫ idem ſpūs diuidens ſingulis ꝓut vult: id eſt pꝛo libere voluntatis arbitrio: non pꝛo neceſſitatis obſequio.

Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium.

¶ Sed aliter accipitur liberū arbitrium in creatoꝛe qꝫ in creaturis. Dei etenim liberuȝ arbitriū dicitur eius ſapientiſſima ꝛ omnipotens voluntas que non neceſſitate: ſed libera bonitate omnia facit pꝛout vult. Ideoqꝫ hieroni. attendens non ita eſſe liberum arbitrium in deo ſicut eſt in creaturis: ab ipſo videtur liberū arbitriū excludere in omelia quadam de filio pꝛodigo dicēs. Solus deus eſt in quem peccatū nō cadit nec cadere poteſt. Cetera cum ſint liberi arbitrij in vtramqꝫ partem flecti poſſunt. Dum ait: cetera indicat liberum arbitrium ſicut eſt in ceteris non ita eſſe in deo.

Quod angeli et ſancti qui iam beati ſunt habent liberum arbitrium.

¶ Angeli vero et ſancti qui iam cum domino feliciter viuūt: atq; ita gratia beatitudinis confirmati ſunt vt ad malum flecti nō velint nec poſſūt libero arbitrio nō carent. Unde Aug⁹. in lib. xxij. de ciuitate dei ait. Sicut prima immortalitas fuit quam peccando adam perdidit poſſe non mori: ita primū liberū arbitriū poſſe non peccare: nouiſſimū non poſſe peccare. Idem in enchi. Sic oportebat prius hominem fieri: vt bū velle poſſet et male. Poſtea vero ſic erit vt male velle non poſſit: nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino nō poterit ſeruire peccato: neq; aut voluntas non eſt aut libera dicenda non eſt qua beati ſic eſſe volumus: vt eſſe miſeri non ſolū nolimus: ſed nequaq; prorſus velle poſſimus. Sicut ergo anima noſtra nunc habet nolle infelicitatem: ita nolle iniquitatem ſemper habitura eſt. Sed ordo ſeruand⁹ fuit quo deus voluit oſtēdere q; bonum ſit animal rationale quod etiam peccare poſſit: q; ſuis ſit meli⁹ quod peccare nō poſſit. Ecce his verbis euidēter aſtruitur q; poſt beatitudinis cōfirmationem erit in homine liberum arbitrium quo peccare non poterit: et nunc in angelis eſt et i ſanctis qui cum domino ſunt: et tanto vtiq; liberius quāto a peccato immunius et ad bonū pronius. Quo enī quiſq; ab illa ſeruitute de qua ſcriptum eſt. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati longius abſiſtit: tanto in eligēdo bonum liberius habet iudicium. Unde ſi diligenter inſpiciatur liberum videtur dici arbitrium: quia ſine coactione et neceſſitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

De libertatis arbitrij differentia ſcd̄m diuerſa tēpora.

¶ Ex predictis perſpicuum ſit q; maior fuit libertas arbitrij prima q; ſecunda: et tertia multo maior q; ſecunda vel prima. Prima enim libertas arbitrij fuit in qua poterat peccare et nō peccare. Ultima vero erit i qua poterit non peccare: et non poterit peccare: media vero in qua poteſt peccare et non poteſt non peccare: ante reparationem etiā mortaliter: poſt reparationē vero ſaltem venialiter.

De quatuor ſtatibus liberi arbitrij.

Et poſſunt in homine notari quatuor ſtat⁹ liberi arbitrij. An te peccatũ enim ad bonũ nil im/pediebat ad malum nil ĩpellebat Non habuit infirmitatẽ ad ma lum ⁊ habuit adiutorium ad bo num. Tunc ſine errore ratio iu/dicare ⁊ voluntas ſine difficulta te bonũ appetere poterat. Poſt peccatum vero ante reparatione gratie premitur a cõcupiſcentia ⁊ vincitur ⁊ habet infirmitatẽ in malo: ſed non habet gratiã in bo no: et ideo poteſt peccare ⁊ non poteſt non peccare etiã dãnabili ter. Poſt reparationem vero an te confirmationẽ premitur a con cupiſcentia: ſed non vincitur: et habet quidem infirmitatẽ in ma lo: ſed gratiam in bono: vt poſſit peccare propter libertatem et in firmitatem: et poſſit non peccare ad mortem propter libertatem ⁊ gratiam adiuuantem: nondũ ta men habet poſſe omnino nõ pec care vel non poſſe peccare ꝓpter infirmitatem nondum perfecte abſorptam: et propter gratiam nondum plene conſummatam. Poſt confirmationem vero in/firmitate penitus conſumpta et gratia cõſummata: nec vinci po terit nec premi: et tunc habebit non poſſe peccare.

De corruptione liberi arbi trij per peccatum.

Unde manifeſtum eſt ꝙ pre ter alias penalitates pro peccato illo incurrit homo penam in cor ruptione et depreſſione liberi ar bitrij. Per illud namq̧ peccatũ naturalia bona in ĩpo homĩe cor rupta ſunt et gratuita detracta. Hic eſt enim ille qui a latronib⁹ vulneratus eſt ⁊ ſpoliatus. Uul neratus quidem in naturalibus bonis quibus non eſt priuatus alioquin non poſſet fieri repara/tio. Spoliatus vero gratuitis q̃ per gratiã naturalib⁹ addita fue rãt. Hec ſunt data optima ⁊ do na perfecta: quorũ alia ſunt cor rupta per peccatum. i. naturalia vt ingenium memoria intellect⁹ alia ſubtracta. i. gratuita quanq̧ ⁊ naturalia ex gratia ſint. Ad ge neralem dei quippe gratiam per tinent. Sepe tamen huiuſmodi fit diſtinctio cum gratie vocabu lum ad ſpẽm non ad genus refer tur. Corrupta eſt ergo libertas per peccatum et ex parte perdita Unde Aug⁹. in enchi. Libero arbitrio male vtens homo: et ſe

perdidit ⁊ ipſum. Cum enim li-
bero arbitrio peccaretur: victore
peccato amiſſum eſt ⁊ liberuꝫ ar
bitrium. A quo enim quis devi
ctus eſt huic ſeruus addict⁹ eſt.
Ecce liberum arbitriu dicit ho
minem amiſiſſe: non qꝛ poſt pec
catum non habuerit liberum ar
bitrium: ſed quia libertatem arbi
trij perdidit: non quidem omneꝫ
ſed libertatem a miſeria ⁊ a pctō.

De trib⁹ modis libertatis arbitrij.

¶ Eſt namqꝫ libertas triplex. ſ.
a neceſſitate a peccato a miſeria.
A neceſſitate ⁊ ante peccatum ⁊
poſt eque liberum eſt arbitrium
Sicut enim tunc cogi non pote
rat ita nec modo. Ideoqꝫ volun
tas merito apud deuꝫ iudicatur
que ſemꝑ a neceſſitate libera eſt:
⁊ nunqꝫ cogi poteſt: vbi neceſſi-
tas ibi non eſt libertas: vbi non
eſt libertas nec voluntas: ⁊ ideo
nec merituꝫ. Hec libertas in om
nibus eſt tam in malis qꝫ in bo-
nis. Eſt ⁊ alia libertas a peccato
ſcꝫ de qua dicit apoſtolus. Ubi
ſpūs dñi ibi libertas. Et veritas
in euangelio. Si filius vos libe
rauerit vere liberi eritis. Hec li-
bertas a ſeruitute peccati liberat
⁊ ſeruos iuſticie facit ſicut econ-
uerſo ſeruitus peccati liberos iu
ſticie facit. Unde apoſtolus. Li
berati a peccato ſerui facti eſtis
iuſtitie. et item. Cum ſerui eſſetis
peccati liberi fuiſtis iuſticie. hāc
libertatem peccando homo ami
ſit. Ideoqꝫ Auguſt. dicit: ꝙ ho
mo male vtens libero arbitrio: ⁊
ſe perdit et ipſum: quia perdita
eſt per peccatum libertas: non a
neceſſitate ſed a peccato. Qui
enim facit peccatum ſeruus eſt
peccati.

Qui habent hanc libertatē ſcꝫ a peccato et per quid.

¶ Iſtam libertatem que eſt a
peccato illi ſoli nūc habent quos
filius per gratiam liberat ⁊ repa
rat: non ita ꝙ penitus ſint ſine
peccato in hac mortali carne: ſꝫ
vt in eis peccatum non domine
tur neqꝫ regnet. Et hec eſt vera
et bona libertas que bonam pa-
rit ſeruitutem ſcꝫ iuſticie. Unde
Auguſtinus in enchi. ait. Ad
iuſticiam faciendam non erit ali
quis liber niſi a peccato liberat⁹.
eſſe iuſticie ceperit ſeruus: ⁊ ipſa
eſt vera libertas propter recti fa
cti letitiam ſimul et pia ſeruitus
propter precepti obedientiam.
Eſt alia libertas non vera male
ſeruituti adiuncta que eſt ad ma

lum faciendum vbi ratio diſſentit a voluntate iudicans non eſſe faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendū concordat ratio volūtati ⁊ ideo ibi vera libertas eſt ⁊ pia. De libertate autem ad malum et ſeruitute mala ait Auguſt. in enchi. Serui addicti peccato. ſ. que poteſt eſſe libertas niſi quando cuʒ peccare delectat. Liberaliter em̄ ſeruit qui ſui domini voluntateʒ libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber eſt: qui peccati ſeruus eſt.

Queſtio de libertate ad malum an ſit ipſa libertas liberi arbitrij an alia.

Hic queri poteſt: vtrum hec libertas qua quis liber eſt ad malum ſit libertas arbitrij ⁊ bonum quidem eſt: quia libertas arbitrij bonum naturale eſt. Quibuſdaʒ videtur ꝙ ſit ipā libertas arbitrij que ſemper bona eſt: ſed propter peccati ſeruitutem ad malum ſit liberior ⁊ pronior: ⁊ ideo dicitur non eſſe vera libertas: qꝛ ad malum eſt. Alijs autem videtur ꝙ hec libertas ad malum quam ſupra commemorauit Auguſtinus non ſit ipſa libertas arbitrij: ſed ſit quedam pronitas peccandi: et curuitas que ex peccato eſt: et mala eſt.

Queſtio alia de libertate ad bonum: an ipſa ſit libertas arbitrij an non.

Similiter etiam queri ſolet: vtrum illa libertas vera que eſt ad iuſticiam faciendam ſit ipſa libertas arbitrij. Quidam dicunt illam eandem eſſe: ſed reparataʒ per gratiam: quia iuuante libera eſt ad bonum: ſine gratia vero non eſt libera ad bonum. Unde Auguſtinus in enchiridiō. Iſta libertas ad bene faciendum vnde erit homini addicto ⁊ vendito ſub peccato: niſi euʒ redimat qui dicit. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Quod anteꝗ̄ fieri in homine incipiat: quomodo quiſquam de libero arbitrio gloriatur: qui nondum eſt liber ad operandum bene. Ecce aperte oſtendit liberum arbitriuʒ per gratiam liberari: vt per illud bene operetur quis. Ideoq; dicūt illam libertateʒ veram que eſt ad bene faciendum cuius ſupra meminit Augu. eſſe libertatē ipſam

arbitrij gratia dei liberatam ⁊ adiutam. Alij vero putant non eſſe ipſam arbitrij libertatem: ſ; alia; quandam que ex gratia ⁊ libero arbitrio in mente hominis deo operãte icipit eſſe cũ reparat⁹ eſt

Certa determinatio vtriuſq; queſtionis qua dicitur libertas ad bonum ⁊ ad malum eſſe libertas arbitrij.

¶ Uerum nobis magis placet vt ipſa libertas arbitrij ſit: et illa qua prius liber eſt ad malum: et illa qua quis liber eſt ad bonũ faciendum. Ex cauſis enim varijs ſortitur diuerſa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum anteꝗ̃ per gratiam ſit reparata: ſed cum per gratiã fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum: q2 ante gratiam libera eſt volũtas ad malũ per grãm võ libera fit ab bonu;. Semp ergo volũtas hoïs aliquo mõ libera eſt: ſ; nõ ſemp bona eſt Nõ eñ eſt bona niſi a pctõ liberata: eſt tñ a neceſſitate libera. vñ Aug⁹. in li. de grã ⁊ libero arbitrio. Semp in nobis volũtas libera eſt: ſ; nõ ſp bona ẽ. Aut eñ libera eſt iuſtitie qñ ſeruit peccato: et tunc eſt mala: aut a peccato libera eſt quando ſeruit iuſtitie: et tunc eſt bona.

De libertate a miſeria.

¶ Eſt iterum libertas a miſeria de qua apl's ait. Et ipa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum: q2 omni carebat miſeria ⁊ nulla tangebatur moleſtia: et plenius habebit in futura beatitudine vbi miſer eſſe nõ poterit. Sed in hac vita que eſt inter primũ peccatum ⁊ vltimã cõfirmatione; nemo a miſeria liber eſt: q2 pena peccati non caret.

Repetit de corruptiõe liberi arbitrij: vt addat alia.

¶ Ex predictis apparet in quo per peccatum ſit imminutu; vel corruptum liberum arbitrium: quia ante peccatu; nulla erat homini difficultas: nullumꝗ; impedimentum de lege membrorum ad bonum: nulla impulſio vel inſtigatio ad malum. Nunc aute; per legẽ carnis ad bonum impeditur ⁊ ad malũ inſtigatur vt nõ poſſit velle et perficere bonu; niſi p gratiã liberetur et adiuuetur

quia ait Apoſtolus. Peccatuꝫ habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum ſemper ꝛ in ſingulis ſit liberum: non eſt tamen pariter liberum in bonis ꝛ in malis ꝛ ad bona ꝛ ad mala. liberius eſt enim in bonis vbi liberatum eſt: ꝙ̄ in malis vbi liberatum nõ eſt. Et liberius eſt ad malum quod per ſe poteſt ꝙ̄ ad bonum: quod niſi gratia liberetur et adiuuetur non poteſt.

De libertate que fit ex gratia: et que ex natura.

¶ Libertas ergo a peccato ꝛ a miſeria per gratiam eſt: libertas vero a neceſſitate per naturam. Utramqꝫ libertatem nature: ſcꝫ ꝛ gratie notat apoſtolus cum ex perſona hominis non redempti ait. Uelle adiacet mihi perficere autem bonum non inuenio: ac ſi diceret: habeo libertatem gratie Jdeo nõ eſt apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum: niſi per gratiam liberetur ꝛ adiuuetur. Liberetur quidem vt velit: et adiuuetur vt pficiat. Quia vt ait Apoſtolus. Non eſt volentis velle neqꝫ currentis currere: id eſt operari ſed miſerētis dei qui operatur in nobis velle ꝛ operari bona: cuius gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio: ſed ipſa gratia voluntatem preuenit preparando vt velit bonum: et preparatam adiuuat vt perficiat.

Circa viceſimã quintam diſtinctioneꝫ queritur pꝛio vtrum liberũ arbitrium ſit aliquid a voluntate et ratione realiter diſtinctum. Pꝛo huius queſtionis enodatione eſt aduertenduꝫ: ꝙ liberum arbitrium ſiue potentia libera vario modo a doctoꝛibus ſanctis deſcribitur: nam Augu. diffinit ſic liberum arbitrium eſt facultas rationis et voluntatis qua bonum eligitꝰ gratia aſſiſtente vel malum ea deſiſtēte et hec diffinitio ſcđm magiſtrum intelligitur de libero arbitrio viatoris Anſelmus vero ſic deſcribit liberuꝫ arbitrium eſt poteſtas voluntatis et rationis ſeruandi ſcđm ſuam naturam rectitudinem voluntatis ꝑpter ipſam rectitudinem: et hec deſcriptio nõ ſolũ cõuenit creature: ſed etiã creatoꝛi: ſed vt clarius intelligatur: ſic deſcribitur a modernis doctoꝛibus. Liberum arbitrium ſiue potētia libera eſt potentia q̄ omnibꝰ ad

productionem alicuius effectus requiſitis eodemmodo ſe habentibus nullo variato ex parte ipſius vel alterius habet in poteſtate ſua ita nō producere ſicut producere. Potētia vero naturalis eſt potentia que poſitis omnibus ad productionem alicuius effectus requiſitis non poteſt non producere: imo de neceſſitate producit ſuum effectum: vt patet de igni: cui ſi applicetur debite aliquod paſſum ſecluſo impedimento de neceſſitate agit in tale paſſuꝫ. Ex iſtis deſcriptionibus ſequitur primo: qḋ ſola voluntas eſt potētia libera: iſta conclu. patet: quia ſoli volūtati competit deſcriptio potentie libere. Sequitur ſcḋo ꝙ non quelibet volūtas eſt libera omnium ſuorum effectuū reſpectu: patet iſta conclu. de voluntate beati vel dānati. Sequitur tertio: ꝙ reſpectu diuerſorum eadem potentia eſt libera et naturalis: patet de potentia rationali q̄ reſpectu notitiarum eſt naturalis: et reſpectu volitionum eſt libera: patet inſuper de voluntate beati aut damnati que reſpectu beatitudinis aut pene eſſētialis non eſt libera: ſed naturalis et reſpectu aliorum eſt libera. Sequit quarto ꝙ nulla potētia reſpectu eiuſdem effectus eſt potentia libera et naturalis. iſta conclu. patet: quia implicat manifeſtam contradictionem vt patet intelligenti prefatas diffinitiones potentie libere et naturalis.

¶ Contra diffinitionem potentie libere arguitur ſic. ſi aliqua eſſet potentia libera maxime eſſet voluntas creata: ſed talis voluntas nō eſt potentia libera: igitur nulla eſt dabilis potētia libera: minor probatur falſum eſt dicere ꝙ omnibus poſiſ ad alicuius effectus productionem requiſitis voluntas creata habeat ſua in poteſtate agere ſicut non agere: igitur non eſt potētia libera: añs probatur: concurſus dei generalis eſt neceſſario requiſitus ad hoc qḋ voluntas agat et ipſo poſito voluntas neceſſario agit igitur non eſt in ſua poteſtate nō agere. Si dicas ꝙ diffinitio intelligitur de preuijs requiſitis et non de concomitantibus ¶ Contra hoc arguitur prius natura eſt dñm deum velle talem voluntatem producere talem actum. ergo concurſus dei generalis eſt preuius et non concomittans. Ad hoc facile rñdetur; ꝙ talis concurſus dei generalis licet prior ſit natura non tamē tempore: et intelligitur de preuijs tempore vel extra concurſum dei generalem. ¶ Contra hoc arguitur: bene ſequitur deus vult talē actū eſſe pro iſto iſtāti. ergo talis actus eſt in iſto iſtanti: et añs non eſt ſitum in poteſtate volūtatis create. ergo nec pñs minor probatur: ſequeretur ꝙ volūtas dei dependeret a volūtate creata: pñs eſt abſurdum: igitur. Ad hāc replicam rñdetur negando minorē: et ad probationem negatur ſequela ſed hoc eſt ex ordinatiōe diuina: nā dñs deus ſemper eſt paratus coagere voluntati: ſi velit ipſa producere et ſi ipſa non vult dñs deus etiā non vult ipſi coagere.

¶ Scḋo arguitur ſic. ſi voluntas eſſet libera: vel eſſet libera in inſtanti in quo agit: vel ante tale iſtās

nullum iſtorum eſt dicendum: igitur ꝙ non poſſit dari primum probatur voluntas in tali inſtanti in quo agit non habet in ſua poteſtate non agere. ergo non eſt libera pro tali inſtanti: añs patet expreſſa aucte philoſo. dicentis in. 2. lib. perie. Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe ꝙ non poſſit dari vltimũ patet: quia tũc ſe queretur ꝙ non poſſet creatura rationalis mereri aut demereri in primo inſtanti ſui eſſe: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: in primo inſtanti ſui eſſe nulla creatura rationalis eſt libera: et libertas requiritur ad meritum ⁊ demeritum. ergo nulla creatura rationalis poteſt mereri aut demereri in primo inſtanti ſui eſſe. Pro ſolutiõe huius argumẽti eſt aduertendum: ꝙ Guillerm⁹ ocham tenet ꝙ voluntas pro inſtanti in quo agit non habet in ſua poteſtate non agere: idcirco infert contra eũ Gregori⁹ de arimino: ꝙ ipſe ſibi contradicit: nam tenet ipſe Guillerm⁹ ochã ꝙ angelus potuit mereri in pr̃io inſtanti ſui eſſe: ⁊ etiã potuit demereri: et iſta duo ſibi inuicem repugnãt nam ſcd̃m diuum Auguſt. ⁊ omnes doctores catholicos: libertas eſt neceſſaria ad meritum vel demeritum Propterea aliter rñdetur ad argumentum dando primum membrũ: et ad probationem negatur añs: et ad probationẽ dico ꝙ illa maxima Philoſophi intelligitur in ſenſu cõpoſito: ſcilꝫ ꝙ illa eſt neceſſaria omne quod eſt quando eſt: eſt.

¶ Iſtis notatis reſpõdetur ad queſtionem per duas conclu. quarũ prima eſt iſta. Liberum arbitrium non eſt intellectus ea ratiõe qua eſt intellectus. Iſta conclu. patet: q: intellectus non eſt potentia libera ea ratione qua eſt intellectus. Secũda conclu. eſt iſta. liberum arbitrium eſt voluntas rationalis. iſta conclu. pꝫ expreſſa aucte diui Auguſt. in ſcd̃o ca. de eccleſiaſticis dogmatib⁹: ſiue definitionib⁹ orthodoxe fidei dicẽtis Arbitrij libertas eſt rationalis volũtas: inſuper ſi libertas diſtingueret a voluntate: tũc d̃ns deus poſſet eã ſeparare a voluntate: et ſic daretur libertas que non eſſet voluntas: qđ implicat contradictionem. Et ſi arguas contra iſtã conclu. per aliquas experientias brutorũ: et precipue de cane venatico ⁊ vulpe facile rñdetur: ꝙ talia animalia et ſibi ſimilia operantur ex quodam iſtinctu nature et non ex libertate.

¶ Circa iſtam materiam dubitatur primo: vtrum poſſimus probare nos habere libertatem. Ad hoc reſpondetur affirmatiue duplici via. Prima eſt per experientiam: docet experientia eſſe ſitum in voluntate noſtra demonſtrato aliquo obiecto illud acceptare vel reſpuere omnib⁹ modo eodem ſe habentibus. Ratione probatur etiam: nam ſequeretur alias ꝙ nemo eſt laudandus aut vituperandus et ex ꝯſequẽti ſequeret ꝙ de⁹ iniuſte puniret homines. iſta ſunt omnino abſurda: igitur ſequela patet: quia homines non dicuntur laudabiles aut vituperabiles: niſi quia poſſunt vel habent libertatem contradictiõis circa virtutes ⁊ vitia

nam alias pueri ꝛ dementes eſſent laudabiles: imo etiam bruta ſi libertas non requiritur ad actum ſtudioſum et laudabilem.

¶ Dubitatur ſecundo quod eſt obiectum voluntatis: an ſit bonum preciſe verum vel apparens ſub ratione bonitatis vere vel apparentis. Ad hoc dubium reſpõdet diu' Thomas affirmatiue: doctor vero ſubtilis et nominales negatiue: vt tactuꝫ eſt in.8.queſtione prime diſtinctionis primi libri ſententiarum.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtinctionem: vtrum liberum arbitrium ſiue voluntas poteſt producere actum in inſtanti. Ad hanc difficultatem reſpondet rob. olchot negatiue: et cõſequẽter dicit ꝙ ſicut calor producitur ſucceſſiue: ita volitio aut nolitio producitur partibiliter ſiue ſucceſſiue. Et vlterius aſtruit ꝙ angelus non potuit mereri aut demereri in primo inſtanti ſui eſſe nec ꝙ homo.

¶ Contra iſtam opinionem eſt auctoritas Philoſophi in.3.de anima dicentis: ꝙ ſenſatio ꝛ intellectio fiunt in non tempore: et in.10.ethicorũ idem aſſerit de delectatione ꝙ fit in non tempore. Sꝫ ad iſtas auctoritates facile poteſt reſponderi: ꝙ Philoſophus vocat tempus imperceptibile non tempus: nã quod parum diſtat nihil diſtare videtur. Ratione arguit Gregorius contra eandem opinionem. Poſſibile eſt charitatem ſiue gratiam corrumpi in inſtanti vel ſubito. ergo poſſibile eſt voluntatẽ producere actum ſuuꝫ in inſtanti.

Sed hec ratio nullius eſt valoris: nam gratia ſiue charitas a ſolo deo producitur et corrũpitur. Propterea aliter ar. volũtas agit ſine reſiſtẽtia: ergo agit ſubito vel in inſtanti: ꝯſequentia tenet per philoſophum in tractatu de vacuo.4.lib. phiſicorum probantem mobile moueri in inſtanti per vacuum: quia nulla eſt reſiſtentia in vacuo. Inſuper infinita grauitas ſi eſſet faceret mobile moueri in inſtanti: ideo quia eſſet infinita proportio inter corpus infinite graue: et ſuam reſiſtentiam: ſed etiam eſt infinita proportio inter actiuitatem voluntatis ꝛ non reſiſtentiam: ergo voluntas agit in inſtanti.

Tertio arguitur. viſio fit in inſtanti ergo ꝛ volitio: ꝯſequẽtia tenet: quia non eſt potior ratio de potentia viſiua ꝙ̃ de potentia volitiua: et antecedens probatur: dato oppoſito ſequeretur ꝙ citius per diem vel annuꝫ videremus auẽ ꝙ̃ celum: ꝯſequens eſt contra experientiam igitur.

Hec ratio facile poteſt ſolui dicẽdo ꝙ ſpecies celi iam ſunt producte in medio eo non inconuenit adeo cito videre celum ſicut auem.

Quarto arguitur ſic. dabile eſt minimũ naturale: et minimum naturale producitur in inſtanti vel ſubito: igitur voluntas poteſt producere minimam volitionem ſubito vel in inſtãti. Hec ratio non militat ſi negatur minimũ naturale. Quinto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ aliquis aſſentiret

aſcedēti ⁊ bonitati pñe et non pclu. pñs eſt contra philoſo. in pzio ca.1. lib. poſterioꝝ: igitur opinio nulla.
Hec ratio etiam non cōcludit: nam ſucceſſiue debet produci aſſenſus bonitatis pñe et etiam ſucceſſiue producetur aſſenſus cōclu. Sexto arguitur ſic. corpus luminoſum producit lumen ſuum in inſtanti. ergo voluntas poteſt producere actum ſuum in inſtanti. Hec ratio non cogit: naȝ dicetur ꝙ corpus luminoſum producit lumen ſuum in tempore imperceptibili. Poſtremo arguitur ſic. ſanctiſſima anima chriſti in pzimo inſtanti ſue creationis produxit dilectioneȝ dei ſuper omnia. ergo quelibet alia anima poteſt producere actum ſuuȝ in inſtanti: ſi neges añs ſicut negat rob. olchot infero duo inconueniētia pzimū ꝙ anima xp̄i in pzimo inſtanti ſue creationis non fuit beata: ſecūdū ꝙ anima xp̄i profecit in merito: quod eſt contra diuū Grego. quem allegat magiſter in .3. ſententiarū: ⁊ probatur iſtud ſcōm inconueniens: nam pzimū clare ſequitur ex negatione añtis: anima xp̄i ſucceſſiue elicuit dilectionem dei ſuper omnia. ſi gnemus ergo ꝙ elicuit per vnā quartam hore: tunc in maiozi merito fuit in inſtanti terminatiuo illius quarte ꝙ̄ in inſtanti medio illius quartè: igitur anima xp̄i profecit in merito.
Propter iſta argumēta eſt alia opinio diui Tho. ⁊ diui Bonauen. ⁊ docto. ſub. ⁊ Guiller. ockā: ⁊ Grego. de arimino: rñdentiū per duas conclu. quarum pzima eſt iſta. Voluntas poteſt producere actuȝ ſuum in inſtanti vel ſubito: iſta conclu. patet ex argumentis in rōb. olchot deductis. Scd̄a conclu. eſt iſta. voluntas pōt elicere actū ſuum ſucceſſiue et partibiliter. iſta conclu. probatur: voluntas poteſt augere amorem queȝ habet circa aliquod obiectum: ergo tūc producet vnam partem amoris ante aliam: ⁊ per pñs ſucceſſiue. Inſuper volūtas poteſt diminuere amorem quem habet erga proximuȝ. ergo tunc deſtruet vnam partem amoris ante aliaȝ: ⁊ per pñs partibiliter ſiue ſucceſſiue.

¶ Contra pzimā conclu. arguitur ſic. ſequeretur ꝙ creatura rationalis poſſet peccare in pzimo inſtanti ſui eſſe: pñs eſt falſum: igitur falſitas pñtis probatur dupliciter. pzio ſequeretur ꝙ in voluntate eſſet aliqua transmutatio indiuiſibilis que non eſſet finis transmutationis ſucceſſiue: pñs eſt contra commentatorem. 6. phiſicoꝝ: igitur. ſcd̄o probatur ſic. ſequeretur ꝙ tale peccatum noceret voluntati talis creature rationalis: pñs eſt falſum: igitur falſitas pñtis probatur: tale peccatum non adimit aliquod bonuȝ. ergo nō nocet: añs probatur: tale bonum nō eſt in illo pzimo inſtanti: et non prefuit: quia iam non eſſet illud pzimū inſtans talis creature rationalis: igitur nullum bonum adimit in illo inſtanti pzimo. Ad hoc argumentum rñdetur negando minorem: ⁊ ad probationem pzimā negatur minoz: nā cōmentatoz loquitur ibi de tranſmutationibus corpoꝛalibus ⁊ non ſpiritualibus. Ad aliam probationeȝ negatur minoz: et ad probationem ne

gatur aſſ.s: ⁊ ad pꝛobationem negat ꝯñs: et ratio eſt: quia adimit bonum quod haberet niſi peccaſſet. ſ. aptitudinem ad gratiam ⁊ gloꝛiaʒ: nec iſte modꝰ arguendi eſt ſimilis modo arguendi diui Auguſt. in. 2. de ciuita. dei: et in. 12. eiuſdem libꝛi: naʒ ibi arguit diuus Augu. contra pelagium qui aſſerebat maliciam diaboli eſſe ſibi connaturalem ⁊ ſcđm iſtum hereſiarchā: malitia diaboli ſiue peccatum nullum bonum ademiſſet poſtꝙ̄ tale peccatum erat connaturale ipſi diabolo.

¶ Secundo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ creatura ratiōalis poſſʒ mereri in pꝛimo inſtāti ſui eſſe: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis pꝛobat nullus poteſt mereri: niſi quādo poteſt amittere iuſticiam: ſed creatura rationalis non poteſt amittere iuſticiam in pꝛimo inſtanti ſui eſſe: igitur non poteſt mereri in pꝛimo inſtanti ſui eſſe: minoꝛ pꝛobatur: non amittit iuſticiam quaʒ habuit: quia illud eſt pꝛimum inſtans ſui eſſe: nec amittit iuſticiam quam habet: quia ſi amittit in illo inſtanti non habet illam. ergo non poteſt amittere iuſticiam in illo pꝛimo inſtanti. Ad hoc argumētuʒ pꝛopoꝛtionabiliter rñdetur ſicut ad aliud. ſ. ꝙ ſatis eſt ꝙ amittat iuſticiam quam habuiſſet niſi peccaſſet: vnde ſcđm diuū Augu. in. 2. ſup geſi. duobus modis creatura rationalis poteſt amittere iuſticiaʒ. Uno modo iuſtitiam quam habuit vł habet: et alio modo iuſtitiā quā habuiſſet niſi peccaſſet.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur ꝙ aliquis inuitus peccaret: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela pꝛobatur: poſito caſu ꝙ deus pꝛoducat vnum angeluʒ in hoc inſtanti: ⁊ det illi pꝛeceptum ꝙ eliciat actū diligendi deū quo citius poterit ⁊ quū hoc ſuſpendat actiuitatem voluntatis pꝛo iſto inſtanti p̄ſenti: tunc talis angelꝰ in aliquo inſtanti poſt hoc diliget deuʒ vocetur. a. tunc inter. a. inſtans: ⁊ inſtans pꝛeſens mediat aliquod tempus in quo talis angelus nō diliget deum: igitur peccabit quicquid agat. Ad hoc argumentum rñdetur negādo ſequelam: et ad pꝛobationem admiſſo toto caſu nego ꝙ in tempoꝛe medio inter. a. inſtans ⁊ inſtans pꝛeſens talis angelus non diligat deuʒ imo dico ꝙ ſubito eliciet dilectionē dei ⁊ illam continuabit vſqꝫ ad illud inſtans. a. ſignatum incluſiue. Sed ſi tu aſſumeres in argumēto ad habendam aliquam apparentiam ī aliquo poſt hoc inſtanti pꝛimo diliget nego illud aſſumptum: imo dico qđ quocūqꝫ inſtanti poſt hoc dato ante illud erunt infinita inſtātia in quibꝰ talis angelus diliget deum.

¶ Quarto arguitur: ſequeretur ꝙ meritum inſtantaneū poſſet equari merito tempoꝛaneo: ꝯñs eſt falſū igitur falſitas ꝯñtis pꝛobatur: infinita eſt pꝛopoꝛtio tempoꝛis ad inſtās ergo impoſſibile eſt ꝙ talia merita ſint equalia. Ad hoc argumentum rñdetur negando minoꝛeʒ: ⁊ ad pꝛobationeʒ negatur cōſequētia ⁊ ratio eſt: quia dñs deus magis reſpicit ad feruoꝛem ⁊ conatum ꝙ̄ ad continuationem tempoꝛis: idcirco poſſibile eſt: ꝙ ioannes magis mereatur in

inſtanti ꝙ bartholomeus in tempo‑re: vt puta ſi ioannes ex toto conatu et magno feruore eliciat dilectionē dei ſuper omnia. Bartholome⁹ aūt valde remiſſe et cum paruo feruo‑re eliciat.

¶ Quinto arguitur ſic. ſequere‑tur ꝙ viator mereref maiorē penā ꝙ poſſit pati: ꝯñs eſt falſū: igitur ſe‑quela probatur. pro peccato inſtāta‑neo meretur aliquā penam: ponatur ergo ꝙ talis pena ad maximam pe‑nam quam poteſt pati ſit ſubdecu‑pla proportio: tunc talis viator pote‑rit elicere duodecī talia peccata ī. 12. inſtantibus: et tunc merebitur maio‑rem penam quam poteſt pati. ergo ſequela vera. Hoc argumentū adeo bene militat contra rober. holcot ſi‑cut contra Tho. et alios: nam ſicut deducitur de inſtātibus poteſt dedu‑ci de diebus vel horis: ꝛ rñſio quam ipſe dabit ſatis faciet huic argumen‑to. Propterea pro omnibus reſpon‑detur ad formam negando ſequelā: et ad probationem nego ꝙ pene ta‑lis peccati inſtantanei ſit ſubdecu‑pla ad maximam penam quam po‑teſt pati: ratio eſt quia maxima pena eſt infinita ponendo infinitum ꝛ ip‑ſum negando non eſt dabilis maxia pena quam viator poteſt pati: ſed quacūꝗ ſignata dabilis eſt alia ma‑ior quam poteſt pati.

¶ Sexto arguitur ſic. ſi volun‑tas poteſt mereri in inſtanti: ſeque‑retur ꝙ poſſet de lege ordinata via‑tor mereri infinitum premium: ꝯñs eſt abſurdū: igitur ſequela probatur volo ꝙ viator in hoc inſtanti preſen‑ti eliciat dilectionem dei ſuper oīa: et continuet per aliquod temp⁹ quā‑tumcūꝗ breue: tunc in quolibet iſtā‑ti talis temporis viator meretur tā‑tum ſicut in inſtanti preſenti: ꝛ ī quo‑libet tempore quantumcūꝗ breui ſunt infinita inſtantia. ergo infinitū premium meretur viator in tali tem‑pore quātumcūꝗ paruo. Ad hoc ar‑gumentum rñdet Grego. de arimi. ꝙ immediate poſt inſtans preſens: ſequitur vnum tempus impercepti‑bile quod ipſe vocat tempus neceſſa‑rie continuationis: ꝛ in tali tempore viator non meretur nec in aliquo in‑ſtanti ipſius temporis imperceptibi‑lis: ſed poſt tale tempus imperce‑ptibile: ſequitur vnum inſtans quod ipſe vocat inſtans libere continuatio‑nis: ꝛ tunc meretur: et quia talia iſtā‑tia ſolum ſunt finita: ideo ſolum fini‑te meretur: et poſt inſtans libere cō‑tinuationis iterum ſequitur aliud tē‑pus imperceptibile neceſſarie conti‑nuationis et poſtea vnum inſtans li‑bere continuationis: et ſic conſequē‑ter. Contra iſtam ſolu. arguitur du‑pliciter: primo ſic. Sequeref ꝙ nul‑lus viator mereretur in tempore: ſꝫ ſolum per inſtātia. ꝯñs eſt abſurdū: igitur ſequela probatur: quodlibꝫ tē‑pus componitur ex talibus tempori‑bus imperceptibilibus: verbi gratia. ex. 4. ex. 5. ex. 6. et ſic de alijs: ꝛ in ta‑libus non meretur ex opinione: igꝫ ſequela vera. Scdo arguitur ſic. fal‑ſum eſt ꝙ in illo inſtanti libere conti‑nuationis poſſit deſiſtere a tali actu igitur rñſio nulla: aſñs probatur: non poteſt deſiſtere immediate poſt in‑ſtans primum elicitionis. ergo nec

poteſt deſiſtere in inſtanti libere continuationis:pña probatur:tota cauſa quare non poteſt deſiſtere in illo tempore neceſſarie continuationis eſt ne detur vltimũ inſtans eſſe rei permanentis:ſed idem inconueniẽs: ſequitur de inſtanti libere continuationis igr̃. Inſup volũtas viatoris in corruptione actus patitur reſiſtẽtiam:quia teſte pħo noſtro: oẽe ens appetit ſeipſum cõſeruare. ergo nõ poteſt corrũpere actum in inſtanti vl' ſubito poſtq̃ eſt finite actiuitatis ⁊ in tali corruptione agit cum reſiſtẽtia. Preterea ſequeretur ꝙ voluntas viatoris poſſet illum actum deſtruere immediate poſt inſtans elicitionis:pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur:non eſt talis actus maioris reſiſtentie in tali primo inſtanti: q̃ in inſtanti libere continuationis: ergo ſi poteſt deſtruere in inſtanti libere continuationis talem actum:potuit etiam in primo inſtanti elicitionis ipſum corrumpere.

¶ Propterea aliter reſpondetur ad formã argumenti negãdo ſequelam: ⁊ ad probationem dato caſu negatur ꝙ in aliquo inſtanti illi' temporis intrinſeco mereatur: et ſi probes in inſtanti elicitionis meret ergo etiam meretur in quolibet iſtãti continuationis:negatur pña: ⁊ diſcrimen eſt:quia in inſtanti elicitionis voluntas eſt libera:ita ꝙ poteſt talem actum elicere ⁊ habere: ⁊ põt etiam non habere: ſed in nullo alio inſtanti eſt voluntas taliter libera: immo in quolibet alio inſtanti illi' tẽporis neceſſario continuatur poſt tale inſtans:nec volũtas poteſt illũ relinquere in aliquo tali inſtanti:ratio eſt:quia omne ens reſiſtit ſue corruptioni:quare neceſſario continuatur per inſtantia ⁊ libere per temp':nam quocũq tempore quantumcũq breui dato poteſt voluntas aliquã portionem talis actus deſtruere licet nõ poſſit deſtruere totum actum: idcirco in quolibet tempore quantũcũq paruo meretur nouũ premium vltra illud premiũ quod merebatur in inſtanti elicitionis propter liberã continuationem talis partis quam voluntas poteſt deſtruere in tali tempore. Et ſi dicas talis actus producitur a voluntate in inſtanti:ergo poteſt ab eadem voluntate reſecari in inſtanti:negatur pñs et ſignatur ratio:quia voluntas in eliciendo actum ſuum nullam patitur reſiſtentiã:ſed in corrumpendo patitur reſiſtentiam ideo nullum actum quantumcunq paruum poteſt voluntas corrumpere in inſtanti. Ex iſtis infertur primo ꝙ ſi volũtas in inſtãti preſenti elicit aliquem actum neceſſario continuat ipſum ſecundũ ſe vel aliquid ſui per aliquod tempus patet cor. quia nõ poteſt deſtruere talem actum ſubito Sequitur ſecundo ꝙ ſi voluntas elicit actum in hoc inſtanti preſenti:nõ neceſſario continuat ipſum ſecundũ ſe totũ ſincathegorematice.i. ſecundum ſe et quodlibet ſui:iſtud corre. patet:quia quocũq tali actu demonſtrato verum eſt dicere: ꝙ voluntas immediate poſt hoc poteſt deſtruere aliquam partem talis actus: quãuis nullam partem immediate poſt hoc poſſit deſtruere.

Sequitur tertio q in ea proportiõe in qua vnum tempus eſt maius alio magis meretur voluntas conti nuando actum ſuuz: probatur iſtud cor. quia in ea pportione in qua vnũ tempus eſt maius alio voluntas po teſt deſtruere maiorem partem act[9] et ideo magis meretur continuãdo per mediam horam q̃ per quartam partem hore: ratio eſt: quia in duplo maiorem partem actus libere conti nuat in media hora q̃ in quarta par te hore. ¶Contra iſtaz ſolu. arguitur: ſequeretur q aliquis habens vſum rationis in via eſſet extra ſtatum ſa lutis: ita q non poſſet conſequi ſalu tem quicquid faceret: pñs eſt cõtra diuũ Augu. dicentem: q non eſt de ſperandum de aliquo q̃diu eſt i hac via: igitur ſolu. nulla ſequela proba tur. volo q aliquis viator ſit adeo propinquus morti q non remaneat ei vita niſi per octauam partem ho re: et eliciat vnã volitionez mortalẽ ad cui[9] remiſſionẽ requirit vna quar ta pars hore: tunc talis viator non poteſt relinquere talem volitionem mortalem. ergo eſt extra ſtatum ſa lutis. Ad hanc replicam rñdetur ne gando ſequelam: et ad probationem negatur pña: et ratio eſt: quia lz non poſſit talem volitionem mortalẽ de ſtruere propter eius naturalem con tinuationem: poteſt tamen dolere q habeat talem actuz et querere veniã a dño: ratione cuius doloris cõnſe quetur ſalutem. ¶Contra iſtam ſolu. arguitur: anima xpi poterat deſtrue re volitiones in inſtanti. ergo et que libet alia anima rationalis. añs pro batur. aliquam volitionem aĩa xpi potuit deſtruere in inſtanti: et nõ eſt maior ratio de vna q̃ de alia, ergo quamlibet maior probatur: circa in ſtãs ſue mortis anima chriſti habuit iſtam volitionez. ſ. volo mori pro re demptione generis humani: et iſtaz deſtruxit in inſtanti mortis xpi: igit aliquam volitionem potuit deſtrue re in inſtanti: minor probatur: nam alias ſequeretur q anima xpi poſt ſeparationẽ a corpore voluiſſet mo ri pro redemptione generis huma ni quod eſt abſurdum. Ad hãc repli cam rñdetur negando añs: et ad pro bationem negatur maior: et ad pba tionem dicendum eſt vno modo: q verbum diuinum deſtruxit talem vo litionem et non anima xpi. Alio mõ do poteſt dici: q anima xpi remitte bat per tempus ante inſtãs mortis talem volitionem: nam ſciebat pun ctualiter et clare inſtans ſeparatiõis a corpore. ¶Et ſi inferas contra hoc q meritum et demeritum in viatore eſſent immediata: non habetur pro inconuenienti: imo omnes tenentur hoc concedere.

¶Septimo arguitur ſic. ſeque retur q aliquis viator damnaretur q nunq̃ fuit in peccato mortali: imo q̃diu vixit fuit in gratia: pñs eſt im poſſibile: igitur ſequela pbatur: poſi to caſu q dñs deus in hoc inſtãti p ducat vnum hominem in grã et det illi preceptum q diligat euz ante in ſtans terminatiuũ hore future quod quidem inſtans terminat: erit pri mũ non eſſe ipſius: et talis homo nõ diligat eum: tunc ſequela eſt vera. Ad hoc argumentuz rñdetur duob[9]

modis. Uno modo negando ſequelam: et ad probationē dicitur q i quolibet tempore terminato ad inſtans terminatiuū hore future fuit in peccato mortali: ſed concedendum eſt q in nullo inſtanti fuit in peccato mortali. Alio modo rn̄detur concedēdo ſequelam: nec illud inconuenit quando ſi talis vixiſſet in illo inſtanti habuiſſet peccatum mortale.

¶ Octauo arguitur ſic. ſequeretur q ſi viator eliceret in hoc inſtanti aliquod peccatū mortale et continuaret per aliquod tempus quantumcūq breue mereretur infinitam penā pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: in quolibet inſtanti talis temporis intrinſeco tantam penam meretur ſicut in inſtanti initiatiuo: et i quolibet tempore quantumcūq paruo ſunt infinita inſtātia: igitur ſequela vera. Si dicas q in nullo tali inſtanti intrinſeco meretur vel demeretur penam: quia neceſſario continuat et non libere. Contra hoc arguitur: talis neceſſitas prouenit ex culpa ipi⁹ ergo talis neceſſitas eſt imputanda ad nouam penā: pñs tenet: qr ideo facta inebrietate culpabili ſunt imputanda ad nouam penam. Hec replica habet magnam apparentiam contra illos dicētes: q facta inebrietate ſunt imputabilia et indementia et in infirmitate quādo talia puenīūt ex culpa: ſed talis opinio pter hāc replicam non reputatur probabilis ideo negatur illa pña. ſ. talis neceſſitas prouenit ex culpa: ergo eſt imputabilis: et ad probationem negatur aſſumptum propter cauſam datam Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur q actus voluntatis efficeretur naturalis: pñs eſt cōtra diuū Auguſtinū in libro de libero arbitrio: igit ſolutio nulla ſequela probatur: in tēpore neceſſarie continuationis talis actus eſt naturalis: igitur ſequela vera. Ad hanc replicam rn̄detur concedendo ſequelam et negando minorē procedendo ſemper de inſtantibus talis temporis: nam procedendo de ipſo tempore falſum eſt q ſit naturalis: imo in quolibet tempore q̄tumcūq paruo talis actus eſt liber ſaltē ſcd̄m aliquid ſui. et Aurelius augu. loquitur quoad productionem: et nō quoad continuationem. ¶ Contra iſtā ſolu. arguitur: ſequeret ſi talis act⁹ eſſet naturalis immediate poſt hoc q voluntas poſſet habere actus cōtrarios naturaliter: pñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: talis actus immediate poſt hoc erit naturalis et voluntas eſt libera reſpectu productionis. ergo poterit imediate poſt hoc producere actum contrarium. Ad hanc replicam rn̄detur ab aliquibus concedendo ſequelam: et dicitur ab eis q non inconuenit quādo vn⁹ actus eſt naturalis et alius liber. Sed hec ſolutio nequit defenſari: nam ſequitur q actus liberi contrarij etiā poterunt eſſe in voluntate quod probatur: nam ille actus naturalis ſcd̄m aliquam partem eſt liber: et eſt ſimul cum altero libero de nouo producto igitur illa pars liberi primi act⁹ erit ſimul cum altero actu de nouo producto et contrariātur: igitur dabiles erunt duo actus liberi contrarij in voluntate.

¶ Propterea aliter reſpōdetur

negando ſequelam: et ad probationẽ negatur cõſequentia: ratio eſt: quia licet ſit libera voluntas reſpectu productiõis alicuius actus: non tamen reſpectu cuiuſlibet et pro quolibet tempore: imo ſi vult habere actum contrariũ actui quẽ modo habet: neceſſarium eſt quod deſtruat iſtum quem modo habet et poſtea eliciet actum contrariũ. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur quod ſemper quõ voluntas elicit aliquem actum et continuat per aliquod tempus diſſormiter mereretur aut demereretur: cõſequens eſt falſum: igitur ſequela patet: ſemper magis meretur vel demeretur in tempore includente inſtans elicitionis quam in alio tempore: igitur ſequela vera. Ad hãc replicam rñdetur concedendo ſequelam et negando minorem: ſed ſi non procederetur de tempore includẽte inſtãs elicitionis: tunc vniformiter mereretur vel demereretur.

¶ Jam arguitur contra ſolutionem ſeptimi argumenti: ſequeretur quod eſſet poſſibile viatorem fuiſſe in gratia et poſtea peccaſſe mortaliter et nunquam amiſiſſe gratiam de lege ordinata: cõſequens videtur abſurdum: igitur ſequela patet: addẽdo caſui argumẽti: quod vltimũ inſtans terminatiuũ hore ſit vltimũ eſſe talis viatoris: et in tali inſtanti vltimo conteratur de illa omiſſione qua omiſit diligere deũ ante vltimũ inſtans terminatiuum hore: tunc habetur ſequela que re vera neceſſario eſt concedenda: vt patet intelligenti caſum.

¶ Contra ſecũdam conclu. arguitur ſic: ſequeretur quod in dilectiõe dei vna pars eſſet altera remiſſior et imperfectior: cõſequens eſt falſum: igitur falſitas cõſequentis probatur: ſequeretur quod idem obiectum ab eadem voluntate et mediante eodem actu diligeretur perfecte et imperfecte: cõſequens eſt falſũ igitur. Ad hoc argumentum reſpondetur concedendo ſequelam et negãdo minorem: et ad probationem conceditur ſequela loquendo de perfectione accidentali: non autem loquẽdo de eſſentiali perfectione. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur quod aliqua dilectio dei eſſet imperfectior dilectione formice: cõſequens eſt abſurdum igitur ſequela patet: capiendo vnam partem valde remiſſam dilectionis dei: et vnam dilectionem formice valde intenſam: tunc talis dilectio dei eſt imperfectior tali dilectione formice: igitur ſequela vera: aſſumptum probatur talis dilectio dei eſt remiſſior dilectione formice. ergo eſt imperfectior. Ad hanc replicam rñdetur negãdo ſequelam: et ad probationem negatur aſſumptum: et ad probationem negatur cõſequentia: imo quelibet dilectio dei quantumcunque remiſſa in infinitum eſt perfectior dilectione formice: veluti quilibet homo quantumcunque paruus in infinitum eſt perfectior aſino.

¶ Queritur tertio circa eandem diſtinctionẽ: vtrum voluntas ſit cauſa immediata productiua ſuorum actuum. Pro ſolutione huius queſtionis eſt aduertendum quod duplex ponitur actus voluntatis. ſ. elicitus et imperatus: ſed reuera ponendus eſt triplex: nam iſtis duobus mẽbris oportet addere tertiũ. ſ. mixtum: qui eſt elicitus et imperatus. Actus elicitus dr

dicitur ille actus qui ſubiectatur in ipſa volūtate: ⁊ ſi non imperetur ab ipſa volūtate dicitur actus ſolū elicitus. Actus imꝑatus dr̄ ille actus q̄ precipitur a volūtate: ⁊ ſi non ſubiectatur in volūtate dr̄ ſolū imperatꝰ Actꝰ vero elicitus ⁊ imperatꝰ ſimul dicit̄ ille actus qui ſubiectat̄ in ipſa volūtate ⁊ ab eadem imperatur.

¶ Iſto notato ponūtur.4.cōclu. rñſiue ad titulū.q.quarū prima ē iſta. Volūtas eſt cā imediata ꝓductiua oīm actuū elicitoꝝ: ⁊ actuū elicitorū ⁊ imperatoꝝ ſimul: ſed nō eſt cā immediate ꝓductiua actuū oīm iperatoꝝ. Prima pars huiꝰ cōclu. ptꝫ aucte diui Augu.in.5.lib.de ciui.dei ⁊ in p̄ıo lib.retractationū dicentis. Nihil eſt tā in ptāte noſtra q̄ ipā voluntas.i.volitio. Et ratione probat̄ ſic. omnes volitiones ⁊ nolitiones ſunt in mera poteſtate ipſius voluntatis immediate. ergo omnium ipārum voluntas eſt cauſa immediate productiua. Inſuper ſi non eſſet cā immediate productiua volūtas producerentur tales volitiones mediāte aliquo alio: ⁊ tunc queremus de illo an mediante ſe vel alio mediāte: et ſic erit abitio in infinituꝫ. Preterea ſi negaretur iſta pars ꝯdu. maxime eſſet: quia tunc idem ageret ī ſe ipſum: ſed hoc neceſſario eſt concedendum: vt diuꝰ Augu. aſſerit in.9. lib.de trinitate exemplificans de mēte quando amat ſeipſam: igitur prima pars cōclu. vera. Secūda pars patꝫ de ambulatio comeſtione ⁊ potu:⁊c. que non immediate producūtur a voluntate: ſed a pedibus ore ⁊ manibus. Secūda cōclu. eſt iſta: nō ſola voluntas eſt cauſa immediata volitionum aut nolitionum: iſta conclu. patet: notitia ſimul cum voluntate eſt cauſa immediata volitionū aut nolitionum: igitur non ſola voluntas eſt cauſa immediata: aſis patet: dato oppoſito ſequeretur ꝙ voluntas poſſet velle incognitum: ꝯſis eſt contra diuū Auguſt.in.8.9.⁊.10. lib. de trinitate dicenteꝫ. In viſa diligere poſſumus: incognita vero nequaq̄. Tertia cōclu. ē iſta: notitia eſt partialis cauſa immediata omniuꝫ actuū voluntatis: iſta conclu. ſequit̄ ex precedenti. Quarta concluſio eſt iſta. obiectum volitionis aut nolitionis non eſt cauſa immediata cuiuſlibet volitionis aut nolitionis: licꝫ bene alicuius volitionis aut nolitiōis Prima pars huius conclu. probatur. Frequenter voluntas amat res abſentem: imo rem que non eſt fuit nec erit: et talis res que nec eſt fuit nec erit non eſt cauſa efficiens: igit̄ prima pars vera. Secūda pars patet de volitione aut nolitione que ꝓducitur a noticia intuitiua ipſius obiecti.

¶ Contra primā conclu. arguitur aucte phī in.5. metha. dicentis. ꝙ potentia actiua eſt principiū trāſmutandi aliud. Ad hanc aucteм facile rńdetur cum cōmentatore quod philo. diffinit potentiā corporaleſ ⁊ non ſpirituale. Et ſi replices qđ.2. phiſicorum idem philoſo. inquit: ꝙ materia et efficiens non incidunt. Rńdetur ꝙ intelligit philo. ꝙ nō coincidūt in rationibꝰ formalibꝰ: nō tñ incōuenit ꝙ coincidāt in ſuppoſitis.

Ratione arguitur ſic: ſequeretur ꝙ principium eſſet pars illius qđ producitur: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: voluntas eſt pars illius quod reſultat ex ipſa ⁊ volitione aut nolitione: igitur ſequela vera. Ad hoc rñdetur concedendo ſequelã intelligendo de aggregato: ſed ſi procedas de aliquo ente qđ reſultet negatur illa nec in iſto ſenſu probatur: nam ex talibus non reſultat vnũ de per ſe ens: ſed vnum aggregatum.

¶ Contra ſcđam ⁊ tertiã ꝯclu. arguitur ſic: ſequeretur ꝙ eadẽ cauſa naturalis eſſet ꝓductiua effectuum contrariorum: ꝯñs eſt cõtra philoſophũ: igitur ſequela probatur: eadem notitia petri eſt cauſa odij imediata: et amoris ⁊ odium ⁊ amor ſũt effectus ꝯtrarij: igitur ſequela vera Ad hoc argumentum rñdetur cõcedendo ſequelam de cauſa partiali q̃ concurrit cũ potentia libera: ⁊ negatur minor: nam philo. non procedit de talibus cauſis naturalibus que concurrunt cum potentia libera. Cõtra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur ꝙ quicũꝙ intenſius cognoſceret aliquod obiectum intenſius amaret ꝙ̃ alius minus cognoſcens tale obiectum: ꝯñs eſt contra experientiam: nam frequenter ille qui minꝰ cognoſcit magis amat: igitur ſolu. nulla ſequela probatur: talis magis cognoſcens habꝫ maiorem cauſam ꝙ̃ aliꝰ minus cognoſcens: quia maiorẽ hꝫ noticiam. ergo magis cognoſcens maiorem amorem producit: ⁊ per ꝯñs magis amat. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: ⁊ ad ꝓbationẽ diſtinguitur añs: vel intelligẽdo de aliqua cauſa partiali: ⁊ ſic cõnceditur ꝙ magis cognoſcens habet aliquam cauſam partialẽ maiorem: et negatur ꝯñ: ratio eſt: quia alius minus cognoſcens habet etiam vnã aliam cauſam partialem maiorẽ. ſ. conatum voluntatis. Contra iſtam ſolu. arguitur: adminus ſequeret ꝙ ſi amboequaliter conarentur: ꝙ ille qui maiorem habet noticiã magis amaret: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela eſt lucida: quia qui magis cognoſcit ⁊ equaliter conatur habꝫ cauſam totalem maiorẽ reſpectu talis amoris ꝙ̃ alius. Jam probatur falſitas ꝯñtis: ſequeretur ꝙ eſſent duo viatores qui haberent duos amores inequales reſpectu dei ⁊ equaliter mererentur: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: poſito ꝙ ſint duo viatores qui equaliter conantur ad deum amandum: vnus tamen habet meliora naturalia ꝙ̃ alius: et ideo habꝫ maiorem noticiã dei: tunc ille qui habet maiorem noticiam dei habet maiorem amorem dei ꝙ̃ alius: ⁊ equaliter meretur: igitur ſequela vera: minor probatur: tantum facit qui minora habet naturalia ꝙ̃ qui maiora: et propter ea que inſunt nobis a natura nec laudamur nec vituperamur: igitur ſequela vera. Ad hanc replicã rñdetur ꝯcedendo ſequelã ⁊ negãdo minorẽ: ⁊ ad probationẽ iterũ negatur minor: ſequela ꝯceſſa: imo dico ꝙ pariforma eſt poſſibile ꝙ duo viatores habeant equales amores dei et inequaliter merentur.

¶ Scđo arguitur ſic. poſſibile eſt volitionẽ precedere noticiã. ergo noticia non eſt cauſa imediata voli-

tionis: aňs probatur: poſſibile ꝙ aliquis velit cognoſcere aliqđ obiectū cuius non habet noticiā: igitur poſſibile eſt volitionē precedere oēm noticiam. Ad hoc argumentū: rńdetur negando aňs ꝓcedendo de quacūqꝫ noticia vniuerſalr̄ ⁊: ad probationē dico ꝙ talis qui vult cognoſcere aliquod obiectū iā habet noticiā in confuſo: vult tamē diſtincte cognoſcere illud obiectū: et ſi dicas: volūtas poteſt iperare intellectui ꝙ nullā noticiam habeat: ⁊ ſi intellectus obediat dabitur volitio ſine noticia: igit̄ poſſibile eſt volitionē precedere omneꝫ noticiā. Ad hoc rńdetur ꝙ ſi intellectus debeat obedire neceſſarium eſt ꝙ voluntas deponat omnem actuꝫ alias non poterit ei obedire.

¶ Contra quartā conclu. arguitur: ſequeretur ꝙ volitiones non diſtinguerētur per obiecta. ꝯňs eſt contra philo. in .2. ethicoꝝ: igitur cōclu. falſa ſequela probatur: obiecta non ſunt cauſe effectiue volitionum aut nolitionū: ergo volitiones aut nolitiones non diſtinguūtur per obiecta. Ad hoc argumētū rńdetur negando ſequelā: ⁊ ad ꝓbationē negatur ꝯňa imo ſi eſſent cauſe effectiue nō oporteret ꝙ diſtinguerent̄ per obiecta ea ratione qua ſunt cauſe effectiue: naꝫ res naturales nō diſtinguūtur ꝑ cāas efficiētes: ſed ꝑ ſuas cauſas formales vt patet intuenti. Et ſi arguas: ſequeret̄ ꝙ actus nobilioris obiecti nō eſſet perfectior actu ignobilioris obiecti: negatur aſſumptum: imo ſequitur oppoſitū ex ſolutione: veluti illud aīal dicitur nobilius qđ habet nobiliorē formā. Et ſi iteꝝ aſſumas ꝙ actus volendi lapidē dependet a lapide: negatur etiam hoc: nā docet experientia ꝙ poſſumus velle lapidem: quāuis lapis non ſit in rerūꝫ natura. Poſtremo argues: docet experientia ꝙ in preſentia obiecti magis poſſumus diligere ipſuꝫ ꝙ̄ in abſentia: negatur hoc vniuerſaliter: imo ſepe accidit ꝙ minus amamus aliqđ obiectum qñ eſt preſens ꝙ̄ quando eſt abſens.

¶ Queritur quarto circa eandē diſtinctionē: vtrū volūtas poteſt cogi aut neceſſitari. Pro huius q̄ſtionis enodatione eſt aduertendum ꝙ differentia eſt inter cogi ⁊ neceſſitari: vnde voluntas tunc dicitur neceſſitari qñ aliquid habꝫ aut facit quod nollet facere ſi relinqueretur in ſuo libero arbitrio. ſed cogi idē eſt ꝙ violētari ſcđm diuū Tho. ⁊ Bonauē. ⁊ teſte philoſo. noſtro illđ dicitur eſſe violentū qđ eſt a principio extrinſeco paſſo non conferente: vim vt quādo graue aſcendit ſurſum aut quando leue proijcitur deorſum. Iſto notato rńdetur ad .q. per .4. cōclu. quarū prima eſt iſta. Voluntas pōt cogi a creatura q̄tū ad actus imperatos: iſta conclu. patet: nam aliquis pōt impediri ne loquatur aut ambulet aut comedat vel bibat: ſimiliter pōt cogi ad ambulanduꝫ comedēdū ⁊c. Et ſi dicas: ſi talis cōgitur ad ambūlandū vel comedendū: talis act⁹ ſcꝫ ambulatio ⁊ comeſtio nō erunt act⁹ imperati: igitur cōclu. falſa. negatur ꝯňa ratio eſt: quia ꝯclu. intelligitur ad act⁹ imperatos vel ſibi ſimiles. Scđa conclu. eſt iſta. voluntas neqt cogi a ſuo creatore quantum ad act⁹

elicitos:iſta conclu.patet: nā quocūq; actu ſuppoſito in voluntate falſū eſt dicere ꝙ ſit ab extriſeco paſſo nō conferente vim:igitur nō eſt violentus:ꝛ per ꝯñs volūtas nequit cogi. Tertia conclu.eſt iſta. voluntas nō poteſt neceſſitari a creatura. Iſta cō clu.probatur:non obſtante quacūq; creatura volūtas poteſt elicere act⁹ ſuos ꝛ poteſt non elicere:igitur volūtas nequit neceſſitari a creatura. Quarta conclu.eſt iſta. voluntas poteſt neceſſitari a ſuo creatore:iſta cō clu.patet:nam iam actualiter voluntas demonis neceſſitatur a dño deo vt habeat penalitatem quam nollēt habere.

¶Contra ſcdām conclu. arguitur ſic aucte ſaluatoris Luce.13.dicentis. Exi in vias ꝛ ſepes ꝛ cōpelle eos intrare vt impleatur domus mea. Ad hanc auctem rñdetur ꝙ ly compelle non valet tantū ſicut ly coge:ſed ſolū ſicut li perſuade ꝛ ꝙ hoc ſit verū patet:qꝛ per illā parabolaꝫ ſaluator intelligebat aplos qui pri⁹ inuitauerant iudeos ad conuiuium legis euangelice:ꝛ quia iudei noluerunt venire:tranſierunt ad gentiles ꝛ eos inuitarunt ad conuiuiuꝫ legis euangelice:et certum eſt ꝙ apli neminem cogerunt ad legem euangelicam: ſed multos induxerunt: imo tandem totum orbem per ipſos vel ſuos diſcipulos. Contra iſtam ſolu. arguitur aucte ſaluatoris Joan.6. dicētis. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit eum. Ad hanc auctem rñdetur ꝙ ly traxerit non importat ibi violentiam:ſed loco de li induxerit vnde dñs deus ſolet frequenter immittere bonas cogitationes ꝛ inclinationes: idcirco dicitur trahere: non tamen dicitur cogere:ꝛ iſto modo capitur illō Puer. 20. ſicut diuiſiones aquarum:ita cor regis in manu domini quocūq; voluerit inclinabit illud: ſed non propterea coget. Ratione arguitur contra eandeꝫ ꝯcluſionē ſic. domin⁹ de⁹ eſt potentior voluntate in infinitum ergo poteſt ipſam cogere:ꝯſequētia probatur: vnumquodq; poteſt cogi a potentiori: ſed dominus deus eſt potentior voluntate:igitur poteſt ipſam cogere.

Ad hoc argumentum rñdetur negādo cōſequentiam:et ad probationeꝫ negatur maior:ſed bene conceditur ꝙ dominus deus poteſt inducere ꝛ inclinare voluntatem et multas volitiones producere: ſed quāuis producat aut dimittat tales volitiones aut nolitiones:non propterea cogit ipſam voluntateꝫ. Contra iſtā ſolu. arguitur:datur caſus in quo domin⁹ de⁹ volūtatē:igitur ſolu.nulla : añs probatur:poſito caſu ꝙ voluntas velit amare Joannem ꝛ dominus de⁹ non concurrat ad talem amorem: tunc dñs deus cogit talem voluntatem:igitur aſſumptum verum: añs probatur:dñs deus tunc impedit ne talis amor producatur. ergo cogit talem voluntatem:ꝯſequētia probatur:ſi aliquis impediat alterum ne exeat domum dicitur eum cogere: igit dñs de⁹ in caſu dato dr̄ cogere talē volūtatē. Si dicas ꝙ ꝯcedēdū ē d.d. poſſe cogere volūtatē q̄ad p̄uſtionē alicui⁹ act⁹:ſꝫ nō q̄ad poſitionē

Contra hoc arguitur: datur caſus in
quo dominus deus cogit voluntatē
igitur ſolu.nulla: aſſ̄s ꝓbatur: volo
ꝙ aliqua voluntas nollit amare pe-
trū: ⁊ dominus deus producat in ip
ſā amorē petri: tunc talis cogitur a
deo: igitur aſſumptum verum: aſſ̄s
probatur: ſi aliquis faceret ambula
re aliquem nolentem ambulare dici
tur cogere talem. ergo eodemmodo
poſtꝙ̄ dominus deꝰ facit amare vo-
luntatem nolenteȝ amare dicitur co
gere talem voluntateȝ. Pro huius
replice ſolutione eſt aduertendum:
ꝙ duplex eſt inclinatio voluntatis:
ſcȝ naturalis ⁊ libera: ⁊ ideo ſi proce
datur de inclinatione naturali: nulla
volitio aut nolitio eſt contra ipſam:
ſed procedendo de inclinatione libe
ra: dabilis eſt nolitio ꝗ eſt contra ta
lem liberam inclinationem: ſimilr̄ ⁊
nolitio. Iſto notato facile eſt reſpon
dere ad ambas replicas: ſ. ꝙ volun-
tas poteſt cogi a ſuo creatore quoad
inclinationem liberam: non tamen
pōteſt cogi quoad inclinationem na
turalem: ſed difficultas eſt maior cō
tra Guillermum ocham tenentem:
ꝙ dominus deus ſe ſolo poteſt pro-
ducere notitias et nolitiones in ani-
ma: nam videtur tunc ꝙ voluntas
cogit quoad naturalem inclinationē
nam tales volitiones que a ſolo deo
producuntur in ipſa anima rationa-
li producuntur ab extrinſeco paſſō
non cō ferente vim: igitur tales po-
tentie: ſcilicet intellectus ⁊ voluntas
poſſunt cogi a ſuo creatore. Secūdū
ocham non poteſt euitari hec diffi-
cultas niſi dicatur ꝙ quāuis tales
potentie non concurrant ad tales
actus: habēt tamen naturales incli
nationes ad tales actus a ſolo deo
productos: idcirco dicitur conferre
vim: licet non effectiue concurrant
ad tales actus: et propterea non co-
guntur a ſuo creatore propter taleȝ
naturalem inclinationem.

Secundo arguitur ſic. domi
nus deꝰ poteſt cogere bruta ⁊ alias
creaturas. ergo poteſt etiam cogere
liberum arbitrium. ꝯſequentia pro-
batur. liberum arbitrium non eſt in
minori potentia obedientiali erga
deuȝ ꝙ̄ alie creature: igitur ſi poteſt
alias creaturas cogere: poterit etiaȝ
cogere ipſum liberum arbitrium.
Ad hoc argumentum reſpondetur
negando ꝯſequentiā: ⁊ ad probatio-
nem negatur iterum ꝯſequentia: et
ratio eſt: quia vnum implicat contra
dictionem ⁊ aliud non: imo ex hoc
ꝙ eſt liberū arbitriū ſequitur ꝙ nō
poteſt cogi a ſuo creatore. Et ſi ar-
guas. intellectus poteſt cogi: ergo li
berum arbitrium. Hec replica ma-
ioreȝ habet apparentiā contra diuū
Tho. ꝙ̄ contra doctorē ſubtilē et no
minales: nam diuꝰ Tho. tenet intel
lectum nobiliorem eſſe potentiam
voluntate: idcirco replica militat cō
tra eum per locum a fortiori. Sed
contra doctorem ſubtilem ⁊ nomina
les non habet magnā apparentiam
hec replica qꝛ doct. ſub. ⁊ nomiales
tenent voluntatem eſſe nobiliorem
potentiam intellectu: nihilominus
non conceditur aſſ̄s quoad poſitio-
nem actus: ratio eſt: quia ad omneȝ
actum intelligendi intellectus habȝ
naturalem inclinationem.

Contra iſtã ſolu. arguitur. domin⁹
deus quoad poſitionẽ actus poteſt
cogere intellectum ⁊ voluntateȝ: igi
tur ſolutio nulla: aña probatur: dñs
deus poteſt producere duos actus
contrarios in volũtate. ſ. velle ⁊ nol
le reſpectu eiuſdeȝ obiecti: igitur po
teſt cogere ambas potentias. Si di
cas ꝙ dominus de⁹ poteſt bene po
nere aliquas qualitates contrarias
in eodem ſubiecto: non tamen omẽs
facile replicatur ꝙ non eſt potior ra
tio de vnis ꝙ̃ de alijs. ergo de om
nibus eſt concedendum vel de omni
bus eſt negandum: et ſi admittatur
voluntas: tunc inuite volet: igitur
cogetur tunc. Ad hanc replicam rñ
detur admittendo caſum: ⁊ negatur
ꝙ tunc voluntas cogatur: et ad pro
bationem diſtiguẽdũ eſt ꝙ inuit⁹ ve
lit in illo caſu vel contra naturalẽ in
clinationem: ⁊ ſic negatur: vel cõtra
liberam: et ſic conceditur illud ⁊ ne
gatur ꝯña procedẽdo ſemper de na
turali inclinatione. Contra iſtam ſo
lutionem arguitur auctẽ phi ponen
tis in. 3. ethicoꝝ. Quaſdaȝ operatio
nes voluntarias ⁊ quaſdam inuolũ
tarias ⁊ quaſdam mixtas: et dat ex
emplũ de iſto tertio membro de vo
litione qua mercator vult proijcere
merces ob procellam marinã: talis
volitio eſt mixta ergo habet aliquid
de inuoluntario: ⁊ ex ꝯñti habet vio
lentiam ⁊ coactioneȝ. Ad hanc repli
cam rñdetur ꝙ talis volitio proijciẽ
di merces non eſt etiaȝ contra natu
ralem inclinationẽ: ſed ſolum eſt cõ
tra liberam inclinationeȝ: quare etiã
non debet dici violẽta ſiue coacta, p
cedẽdo ſemꝑ de naturali inclinatiõe

Contra tertiã conclu. argui
tur ſic: dabile eſt aliquod obiectum
quod neceſſitat voluntatem: igr ter
tia conclu. falſa aña probatur: dabi
le eſt aliqđ obiectuȝ aliqualr mouẽs
voluntatem: ⁊ vnũ. aliud quod i du
plo magis mouet: et ſic conſequẽter
ergo deueniendum erit ad aliquod
obiectum quod infinite mouebit: et
per ꝯñs neceſſitabit voluntateȝ. In
ſuper finis neceſſario eſt volitus: igi
tur finis neceſſitat voluntatem: aña
patet: finis ſe habet in agibilibus ſi
cut principium in ſpeculabilibus: ſȝ
neceſſario aſſentimus principio: igi
tur neceſſario volum⁹ finem vltimũ
Iſta duo argumenta non militãt cõ
tra conclu. nam cõclu. loquiť de crea
tura et non de creatore. Propterea
aliter arguitur. volũtas humana ex
neceſſitate mouetur ab appetitu ſen
ſitiuo: igitur conclu. falſa: aña proba
tur auctẽ et ratione. Auctoritas eſt
apľi ad rom. 7. dicentis. Non qđ
volo bonum hoc ago ſed quod odi
maluȝ hoc facio. Ratio talis eſt: paſ
ſio appetitus ſenſitiui aliqualiť mo
uet ipſam voluntatem: et dabilis eſt
vna alia in duplo maior: ⁊ ſic conſe
quenter. ergo tandeȝ deuenietur ad
aliquam paſſionem adeo vehemen
tem quod neceſſitabit ipſam volũta
tem. Ad hoc argumentũ rñdetur ne
gando aña: et ad probationẽ primã
dicitur ꝙ apľs ſolum vult dicere qđ
non erat in eius poteſtate facere ꝙ
non inſurgerent paſſiones in eo: ni
hilominus in mera poteſtate ipſius
apľi erat non conſentire talibus con
cupiſcẽtijs ſiue paſſionibus: ⁊ habe
re nolle reſpectu taliũ: ⁊ ꝙ hoc ſit

veruꝫ patet expreſſa auctoritate dñi
dei dicentis chaim geñ. 4. Sub te
erit appetitus tuus ⁊ dominaberis
tu illi. Pro ſolutiõe alterius proba-
tionis eſt aduertenduꝫ ꝙ duplex eſt
modus reſpondendi ad ipſam. Pri
mus eſt concedendo ꝙ dabilis eſt
paſſio ſiue concupiſcentia que neceſ
ſitaret niſi dominus impediret eam
ſed dominus non permittit tales cõ
cupiſcẽtias inſurgere iuxta illð apli
prie ad corin. 10. Fidelis autem deꝰ
eſt qui non patietur vos tẽtari ſupra
id quod poteſtis: ſed faciet etiam cū
tentatione prouentum vt poſſitis ſu
ſtinere. Secundus modus rñdendi
eſt ꝙ quantumcūꝗ inſurgat paſſio
vehemens aut concupiſcentia dum
modo maneat iudicium rationis vo
luntas eſt adeo libera ꝙ poteſt elice
re actum contrarium concupiſcentie
adeo intenſum ſicut placuerit ipſi ⁊
ſicut nullam haberet concupiſcentiā
⁊ notanter dicitur dūmodo maneat
iudicium rationis: nam ſi paſſið aut
concupiſcentia eſſet adeo vehemēs
ꝙ abſorbeat totam rationem: vt in
demente vel ebrio: tunc non inconue
nit ꝙ talis paſſio vel concupiſcentia
neceſſitet voluntatem. Contra iſtaꝫ
vltimam ſolu. arguitur ſic. docet ex-
perientia ꝙ voluntas aliquam diffi
cultatem patitur circa opera ſtudio-
ſa quando inſurgunt concupiſcentie
aut paſſiones oppoſite talibus acti-
bus ſtudioſis: vel quando voluntas
eſt male habituata: ergo tandem da
bilis erit aliqua paſſio vel habitus
adeo ingens quod poterit neceſſita
re voluntatem.

¶ Pro huius replice ſolutione eſt
aduertendum ꝙ quando inſurgit cõ
cupiſcentia duo debet agere volun-
tas. Unum eſt elicere actum contra
rium: ⁊ quantum ad hoc nullam pa-
titur difficultatem quantumcūꝗ in-
ſurgant vehementiſſime paſſiones:
et ꝗ̃tumcūꝗ ſit male habituatꝰ mo
do maneat iudicium rationis: nam
conſuetudo ſiue mala habituatio po
teſt facere quod eſt maluꝫ non appa
reat malum iuxta illud diui Augu.
in. 57. cap. enchiridiõ dicentis. Pec
cata ꝗ̃uis magna ⁊ horrenda quum
in conſuetudinem venerint: aut par
ua aut nulla videntur aut creduntur
vſꝗ adeo: vt non ſolum non occultan
da: verumetiam predicanda aut fa-
manda videātur: et ſuper ps. 89. idē
Augu. inquit. Omne peccatum con-
ſuetudine vileſcit ⁊ neſcit homo quā
tum ſit: et Grego. in regiſtro. ſi pra
ue rei anteꝗ̃ vileſcat aditꝰ non clau
datur: fit latior et fit conſuetudine li
citum quod conſtat ratione eſſe ꝓhi
bitum: docet etiaꝫ experientia quod
in anglia et ſcotia nunc reputatur li-
citum furari et rapere merces a na-
ui que patitur naufragium: et olim
in germania reputabantur furta lici
ta: et ſodome ⁊ gomorre olim repu-
tabatur peccatum ſodomiticum eſſe
licitū. Scđm quod habet agere vo-
luntas eſt deſtruere talem concupi-
ſcentiam ſiue paſſionem: et quantuꝫ
ad hoc voluntas patitur difficultatē
nam teſte philo. Omnis res reſiſtit
ſue corruptiõi. Iſto notato rñdetur
ad formaꝫ replice diſtinguēdo ſic:
vel quātū ad elicitionē actuū ſtudio-
ſorum et ſic negatur illud: vel quātū
ad corruptionem et deſtructionem

talium paſſionum aut concupiſcẽtia
rum: et ſic conceditur illud ⁊ nega
tur ꝯſequentia.

¶ Tertio arguitur: volitio finis
neceſſitat voluntatem ad volendum
medium neceſſario requiſitū ad ta
lem finem: igitur voluntas poteſt ne
ceſſitari a creatura: aña patet: ſi vo
luntas velit efficaciter ſanari: ⁊ iudi
cat ꝙ non eſt niſi vnum medium: ſcꝫ
potio amara: tunc talis voluntas ne
ceſſario vult potionem amaram: igi
tur aſſumptum verū. Ad hoc argu
mentū bipharieꝫ ſolet rñderi. Uno
modo concedendo totum argumen
tum: ſed tunc voluntas a ſeipſa ne
ceſſitatur propter illam volitionem
efficacem quā habet reſpectu finis
Sed contra iſtam ſolutionem argui
tur: ſequeretur ꝙ talis volitio medij
neceſſario requiſiti non eſſet merito
ria quātumcūꝙ eſſet in gratia talis
volūtas: et ordinaret talem actum
in vltimū finem: ꝯñs eſt falſum: igit
ſequela ꝓbatur: talis volitio medij
neceſſario ſequitur ad volitionē effi
cacem finis. ergo non eſt meritoria
ſaltem noui meriti: ꝯña tenet: quia
ideo continuatio naturalis act⁹ me
ritorij non eſt meritoria: iam proba
tur falſitas ꝯſequentis: ſequeret ꝙ
ſi volūtas viatoris vellet efficaciter
diligere deum ſuper omnia dilectio
dei ſuper oīa ſequens talem volitio
nem efficacem nō eſſet meritoria no
ui meriti diſtincti a volitione effica
ci qua vult diligere deum ſuper om
nia. Ad hanc replicā rñdetur conce
dendo ſequelā et negando minorē
⁊ ad ꝓbationem conceditur iterū
ſequela ⁊ negatur minor: nec hoc eſt
inconueniens poſtꝙ̄ neceſſario ſequi
tur ad talem volitionem efficacem.
Alio modo poteſt reſponderi ad ar
gumentum negando aña: et ad pro
bationem negatur iterum aña: imo
volūtas eſt adeo libera ꝙ poteſt nol
le medium neceſſario requiſitū: nec
mirandum eſt de hoc q2 voluntas te
ſte philoſopho noſtro eſt impoſſibi
lium in .3. ethicorum.

¶ Circa iſtam materiam dubi
tatur: vnde prouenit ꝙ ſi homo dor
miat liberum arbitrium nequit exer
cere ſuas operationes poſtꝙ̄ nō eſt
potētia alligata organo. Ad hoc du
bium rñdetur ab aliquibus ꝙ hoc ꝓ
uenit propter anime conuerſionem
ad exteriora vel phantaſmata: ſed
hec reſponſio non valet: naꝫ accidit
ꝙ anima nihil cogitet. Propterea
ab alijs reſpondetur ꝙ hoc prouenit
propter corporalis obſequij priua
tionem. Sed hec etiaꝫ reſponſio nō
valet: nam contingit frequenter libe
rum arbitrium exercere ſuas opera
tiones abſꝙ̄ hoc ꝙ corpus ſibi i ali
quo ſeruiat. Propterea ab alijs rñ
detur: ꝙ hoc prouenit propter quan
dam cōmunicationem: ſed hec rñſio
omnib⁹ alijs eſt peior: nā libe. arbi.
nō pōt cōlcare ſuas oꝑationes corpi
eo dicendū eſt ꝙ hoc ꝓuenit propter
corporis ⁊ animi vnionē ad vni⁹ tertij
cōſtitutionē ⁊ operationes lib. arbi.
teſte pho nr̄o maxime dicunt huma
ne: nam ſunt ipſius hominis qui ex
libero arbitrio ⁊ corpore cōponitur.

De gratia operante ⁊ coo-
perante.

Diſtinctio. XXVI.

Hec eſt gra/
tia operans
ꝛ cooperãs
Operãs ei
gratia ꝑpa/
rat hoīs vo
luntatem vt
velit bonū. Gratia cooperans
adiuuat ne fruſtra velit. Unde
Aug⁹. in lib. de gr̃a ꝛ libero arbi
trio. Cooperãdo de⁹ in nobis ꝑ
ficit quod operãdo incipit: qꝛ ip
ſe vt velim⁹ opatur incipiẽs: qui
volentib⁹ coopatur ꝑficiẽs. Ut
ergo velim⁹ opatur. Cū autem
volumus: ꝛ ſic volumus vt ꝑfi/
ciamus nobis cooperatur: ꝛ tñ
ſine illo vel operãte vt velimus:
vel cooperãte cū volumus bona
pietatis opa nihil valem⁹. Ecce
his verbis ſatis apitur q̃ ſit ope
rãs gr̃a: ꝛ que cooperãs. Ope/
rans eñi gr̃a eſt que ꝑuenit volū
tatē bonã: ea ei liberatur ꝛ ꝑpat
hois volūtas vt ſit bona: bonūq;
efficaciter velit. Cooperãs vero
gr̃a volūtatē iã bonã ſequitur ad
iuuãdo. Uñ Aug⁹. ꝯtra Julia
nū hereticū: q̃ bonã volūtatē ex
libe. arbi. tñ eſſe dicebat: atq; ho
minē per liberū arbitriū poſſe bo
nū velle ꝛ opari ſine gr̃a aſſerebat
ait. Apertã de cõmẽdatione gr̃e
apl's ſniam protulit cū ait. Non
eſt volẽtis neq; currẽtis: ſed dei
miſerẽtis. Hec ſi attẽderes Ju/
liane: non extẽderes cõtra gr̃am
merita volūtatis hūane. Nõ eñi
iõ miſeretur de⁹ alicui⁹ qꝛ voluit
ꝛ cucurrit: ſ3 i deo voluit ꝛ cucur
rit: qꝛ miſert⁹ eſt deus. Paratur
eñi volūtas hoīs a deo: ꝛ a dño
greſſus hoīs dirigūtur. Ideoq;
cõgrue ait. Nõ eſt volẽtis neq;
currẽtis: ſ3 miſerẽtis dei. Nõ qꝛ
hoc ſine volūtate nr̃a agatur: ſed
qꝛ volūtas nr̃a nil boni agit: niſi
diuinit⁹ adiuuetur. vñ alibi apl's
ait. Nõ aūt ego: ſ3 gr̃a dei mecū.
Nõ iõ dicit qꝛ nihil boni agebat
ſ3 qꝛ nihil boni ageret ſi illa nõ ad
iuuaret. His teſtimonijs apte in
ſinuatur: qꝛ voluntas hoīs gr̃a
dei ꝑuenitur atq; preparatur vt
fiat bona nõ vt fiat volūtas: qꝛ
et ante gr̃am volūtas erat: ſ3 nõ
erat bona et recta voluntas.

Quid ſit voluntas.

¶ Uoluntatem ipſam Augu/
ſtinus in libro de duabus anima
bus ita diffinit. Uoluntas eſt ai
mot⁹ cogẽte nullo ad aliq̃d non
admittẽdū vl' adipiſcẽdū: hoc ſit
vt nõ admittat malū ꝛ adipiſcat̃
bonū ꝑuenit̃ ꝛ ꝑparatur dei gr̃a

Unde apoſtol⁹ gratiam preue‑nientem ⁊ ſubſequentem cōmendans.i.operantem ⁊ cooperan‑tem vigilanter dixit. Non eſt volentis neq₃ currentis: ſed dei miſerentis: et non econuerſo: nō eſt miſerentis dei: ſed volentis ⁊ currentis: nam ſi vt quibuſdam placuit quod dictum eſt ita accipiatur. Non eſt volentis neq₃ currē‑tis: ſed miſerentis dei: tanq₃ diceretur. Non ſufficit ſola volūtas hominis ſi non ſit etiã miſericordia dei. Econtra dicitur: non ſufficit etiam miſericordia dei ſi nō ſit etiam voluntas hominis. Ac per hoc ſi recte dictum eſt illud: quia id voluntas hominis ſola non implet: cur non etiam a contrario recte dicitur: non miſerentis eſt dei: ſed volentis eſt hominis cum id miſericordia dei ſola non impleat. Homo enim credere vel ſperare non poterit niſi velit: nec peruenire ad palmam niſi voluntate currat. Reſtat ergo vt ideo ita recte dictum intelligatur: vt totum detur deo qui hominis voluntatem bonam pre‑uenit ⁊ preparat adiuuandam ⁊ adiuuat preparatam: nolentem preuenit vt velit: volentem ſub‑ſequitur ne fruſtra velit. Ecce his verbis ⁊ alijs premiſſis eui‑denter traditur: quia volūtas hominis preparatur ⁊ preuenitur gratia dei vt velit bonum: et ad‑iuuatur ne fruſtra velit.

Quod bona voluntas comitatur gratiam.

¶ Itaq₃ bona volūtas comitatur gratiam non gratia voluntatem. Unde Aug⁹. ad Bonifa‑cium papam ſcribens contra pelagianos inquit. Cum fides impetrat iuſtificationem ſicut vni‑cuiq₃ deus partitus eſt menſu‑ram fidei non gratiam dei aliq̄d meriti precedit humani: ſed ipſa meretur augeri: vt aucta merea‑tur et perfici voluntate comitante non ducente pediſſequa non preuia. Ecce hic aperte habes q̄ gratia preuenit bone voluntatis meritum: et ipſa bona voluntas pediſſequa eſt gratie non preuia

Que ſit gratia voluntatem preueniens: ſcil₃ fides cum dilectione.

¶ Et ſi diligenter intendas: ni‑hilominus tibi monſtratur que ſit ibi gratia voluntatem preue‑niens ⁊ preparans: ſc₃ fides cũ dilectione. Ideoq₃ Aug⁹. in eodem tractans quomodo iuſtifi‑cati ſumus ex fide: et tamen gra

tis: vtrumq3 eniz dicit apoſtolꝰ qui dicit. Juſtificati ex fide: alibi ait. Juſtificati gratis per gratiā. Hoc enim ideo dixit: ne fides ipſa ſuperba ſit ne dicat ſibi: ſi ex fide iuſtificati quomodo gratis? Quod enim fides meretur: cur non potius redditur q̄ donatur. Non dicat homo iſta fidelis: q2 cum dixerit habeo fidem vt merear iuſtificationem. Reſpondetur ei. Quid habes quod nō accepiſti? Fides enim qua iuſtificatꝰ es: gratis tibi data eſt. Hic aperte oſtenditur quod fides eſt cauſa iuſtificationis: et ipſa eſt gratia et beneficium quo hominis preuenitur voluntas et preparatur. Unde Auguſt. in pmo libro retractationum. Uolūtas eſt qua τ peccatur τ recte viuitur. Uoluntas vero ipſa niſi dei gratia liberetur a ſeruitute qua peccati ſerua facta eſt: et vt vitia ſuperet et adiuuetur: recte pieq3 viui a mortalibus nō poteſt: τ hoc beneficium quo liberatur niſi ea3 preueniret iam meritis daretur et non eſſet gratia que vtiq3 gratis daretur. Preuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratie beneficio quo liberatur et preparatur. Et illud beneficium fides chriſti recte intelligitur ſicut Auguſtinꝰ in enchiri. euidenter oſtēdit dicens. Ipſum arbitrium liberandum eſt poſt illam ruinam a ſeruitute peccati. Nec omnino per ſeipſum: ſed per ſola3 dei gratiam que in fide chriſti poſita eſt liberatur τ voluntas preparetur. Ecce aperte dicit gratiā per quā liberatur arbitriu3 et preparatur voluntas ſitam eſſe in fide chriſti. Fides enim chriſti: vt in eodem ait īperat quod lex imperat.

Quod voluntas bona que preuenitur gratia quedam dei dona preuenit.

¶ Ipſa tamen eade3 voluntas quedam gratie dona preuenit. Unde Auguſt. in enchi. Precedit bona voluntas hominis multa dei dona: ſed non omnia: que autem non precedit ipſa in eis eſt et ipſa iuuat. Nam vtrūq3 legitur in ſanctis eloquijs. Et miſericordia eius preuenit me: τ miſericordia dei ſubſequetur me. Nolente3 quippe preuenit vt velit: volentem ſubſequitur ne fruſtra velit. Cur enim ammonemur orare pro inimicis noſtris nolentibus pie viuere: niſi vt deꝰ in eis operetur τ velle. Itemq3 cur ammonemur petere vt accipiamus: niſi vt ab illo fiat quod

volumus a quo factum eſt vt ve
limus. Inde apoſtol⁹ ait. Non
eſt volentis neq₃ currentis: ſed
dei miſerentis. Ex his apparet
ꝙ bona hominis voluntas que
dam dona dei preuenit: quia ea₃
comitatur gratia adiuuans: et
quibuſdam preuenitur: quia ea₃
preuenit gratia operans. ſ. fides
cum charitate.

**Que predictis videantur ad
uerſari: ſcilic₃ quod videtur
dici fidem eſſe ex voluntate.**

¶ Non eſt tamen ignorandum
ꝙ alibi Auguſtinus ſignificare
videtur ꝙ ex voluntate ſit fides
de illo verbo apoſtoli. Corde cre
ditur ad iuſticia₃: ita ſuper Ioā
nem tractans. Ideo non ſimpli
citer apoſtolus ait creditur: ſed
corde creditur: quia cetera pōt
homo nolens credere nō niſi vo
lens: intrare eccleſiam ⁊ accede-
re ad altare poteſt nolens: ſ₃ non
credere. Item ſuper Geneſim:
vbi Laban ⁊ Batuel dixerunt.
Uocemus puellam ⁊ queram⁹
eius voluntatem: dicit expoſitor
quia fides eſt voluntatis nō ne-
ceſſitatis. Ad quod reſponden-
tes dicimus: non hec ita accipiē
da fore vt ex voluntate hominis
fides intelligatur prouenire cu₃
ipſa ſit proprie dei donum: vt ait
apoſtol⁹: et ex ea bona hominis
merita incipiant. Per hanc eni₃
vt ait Auguſtin⁹ ſuper pſalmū.
lxvj. Iuſtificatur impius: id eſt
fit de impio pius: vt deinde ipſa
fides incipiat per dilectionē ope
rari: vnde omnia bona merita in
cipiunt. Sed potius hec ideo ita
dicta ſunt: quia non eſt fides ni
ſi in eo qui vult credere cuius bo
nam voluntatem fides preuenit
non tempore: ſed cauſa ⁊ natura
Unde Auguſtinus ſupra con-
gruenter dixit ꝙ bona voluntas
in eis donis eſt que nō precedit
et ipſa iuuat: quia ea iuuat qui-
bus preuenitur dum eis conſen
tit ad effectu₃ boni et in eſt: quia
tempore ab eis non preceditur.

**Quedam adhuc addit que
grauiorem faciunt queſtio-
ne₃. ſ. ꝙ cogitatio boni pre-
cedit fidem.**

¶ Ceterum hanc queſtionē ma
gis acuunt et vrgent verba Au
guſtini quibus in libro de prede
ſtinatione ſanctorum vtitur per
tractans illud verbum apoſtoli
Non ꝙ ſufficientes ſimus cogi
tare aliquid quaſi ex nobis. At-

tendant inquit hic et verba iſta ꝑpendant: qui putant ex nobis eſſe fidei ceptū: et ex deo eſſe fidei ſupplementum. Commendans enim iſtam gratiam que non datur ſecundū aliqua merita: ſed efficit omnia bona merita inquit: non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid boni. ſ. ex nobis. Quis autem non videat prius eſſe cogitare ꝙ̃ credere. Nullus quippe credit aliquid niſi prius cogitauerit eſſe credendum. Si ergo cogitare bonum non eſt ex nobis vt hic apoſtolus tradit: nec credere quaꝗ̃ et ipſum credere nihil eſt aliud ꝙ̃ cum aſſentione mentis cogitare. Hic videtur inſinuare ꝙ cogitatio bona precedat fidem: et ita bona voluntas preuenit fidem non preueniatur quod predictis aduerſari videtur. Ad hoc autem dicimus ꝙ aliquando cogitatio bona ſiue volūtas preuenit fidem: ſed nō eſt illa bona volūtas vel cogitatio qua recte viuitur. Illa enim ſine fide et charitate non eſt. Nam vt ait auguſt. ad Anaſtaſium. Sine ſpiritu non eſt volūtas hoīs libera cū cupiditatibus vincatur nō eſt libera ad bonū niſi liberata fuerit Nō aūt liberatur niſi ꝑ ſpūm ſanctū diffūdatur charitas in cordibus non eſt libera voluntas niſi eā liberet gratia per legē fidei. i. non eſt libera ſine fide operāte ꝑ dilectionē et illa ſufficienter bona eſt. Non eſt eñ fructus bonus qui de charitatis radice non ſurgit. Si vero aſſit fides operās ꝑ dilectionē fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni q̄ precedit fidem plene diſſeritur.

¶ Illa autem cogitatio ſiue voluntas que fidem et charitatem aliaſꝗ̃ iuſtificatiōes precedit nō ſufficit ad ſalutem nec recte ꝑ ea viuitur. Hac voluntate concupiſcitur illa bona voluntas que eſt magnum bonum: iſta vero non. Alia ergo illa eſt voluntas ſiue cogitatio: alia iſta. Et ſicut illa iſtam precedit: ita illam preuenit intellectus. Unde Auguſtinus iſtam diſtinguens ſuper illum locum pſalm. Concupiuit anima mea de ſi. iu. ait. Concupiuit deſiderare inquit: non deſiderauit. Uidemus enim ratione nunꝗ̃ quā vtiles ſunt iuſtificationes dei: ſed infirmitate prepediti aliquando non deſideramus. Preuolat ergo intellectus: ſequitur tardus aut nullus affectus.

Scimus bonū nec delectat agere: et cupimus vt delectet. Sic iſte olim deſiderare concupiſcebat: que bona eſſe cernebat: cupiens eorum habere delectationes quorum potuit videre rationem Oſtendit itaq̧ quibus quaſi gradibus ad eas perueniatur: prius enim eſt vt videantur ꝙ ſint vtiles et honeſte: deinde vt earū deſiderium concupiſcatur. Poſtremo vt perficiente gratia delectet earum operatio quarum ſola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic diſtincte aſſignat Auguſtin⁹ qualiter ſcȝ intellectus bonorū precedit concupiſcentiam eorūdem: ⁊ ipſa concupiſcentia delectationem que fit per fidem et charitatem: qua habita vere bona eſt voluntas qua recte viuitur. Ipſaq̧ ſi dei comes eſt non preuia. Qui verba Auguſtini premiſſa ſecūdum hanc diſtinctionem conſiderat: nullam ibi repugnantiam fore adnimaduertit: nō ignorās etiam ante gratiam preuenientē et operantem qua voluntas bona preparatur in homine: precedere quedam bona ex dei gratia ⁊ libero arbitrio: quedam etiam ex ſolo libero arbitrio quibus tamen vitaȝ non meretur: nec gratiam qua iuſtificatur. Illius enī gratie percipiende que voluntatem hominis ſanat: vt ſanata legem impleat: nulla merita precedunt. Ipſa eſt enim qua iuſtificatus impius fit iuſtus: qui prius erat impius: meritis autem impij non gratia ſed pena debetur: nec iſta eſſet gratia ſi nō daretur gratuita. Datur autem gratuita: quia nil boni ante feceramus vnde hoc mereremur. Non negamus tamen multa ante hanc gratiam et preter hanc gratiam ab homine fieri bona per liberuȝ arbitrium vt tradit Auguſtin⁹ in reſponſionibus cōtra pelagianos vbi dicit homines per liberum arbitrium agros colere: domos edificare: et alia plura bona facere ſine gratia cooperante.

Utruȝ vna eademqȝ ſit gratia que dicitur operans ⁊ cooperans.

¶ Hic conſiderandum eſt cum predictum ſit per gratiā cooperātem et preuenientem volantateȝ hominis liberari ac preparari vt bonum velit et per gratiā cooperantem et ſubſequentem adiuuari. ne fruſtra velit. vtrum vna et eadē ſit gratia. i. vnum munus

gratis datum quod operetur et cooperetur. an diuerſa alterũ et alterum cooperans? Quibuſdã non irrationabiliter videtur ꝙ vna et eadem ſit gratia.i. donũ. eadem virtus que operatur ⁊ cooperatur. ſed propter diuerſos eius effectus et dicitur operans ⁊ cooperans. Operãs enim dicitur inq̃tum liberat ⁊ preparat voluntatem hominis vt bonum velit. Cooperans inq̃tũ eandẽ adiuuat ne fruſtra velit.ſ. vt op⁹ faciat bonum. Ipſa enim gratia non eſt ocioſa.ſed meretur augeri. vt aucta mereatur perfici.

Quid ſit ipſa gratia et quomodo meretur augeri queritur.

¶ Si vero queritur quomodo ipſa gratia preueniens mereatur augeri et perfici. cum nullũ meritum ſit abſq; libero arbitrio. et quid ſit ipſa gratia an virtus an non? Et ſi virtus: an actus vel non. Ut hoc aperte inſinuari valeat premittendũ eſt tria eſſe genera bonorum. Alia nanq; ſunt magna. alia minima. alia media. vt Auguſtinus ait in primo libro retractationũ. Uirtutes inquit quib⁹ recte viuitur magna bona ſunt. Species autem quorũlibet corporum ſine quibus recte viui poteſt: minima bona ſũt Potentie vero animi ſine quib⁹ recte viuere nõ poteſt media bona ſunt. Item virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis: ideſt medijs et minimis: nõ ſolum bene: ſed etiam male quiſq; vti poteſt: et ideo virtute nemo male vtitur: quia opus virtutis eſt bonus vſus iſtorũ quibus etiam non bene vti poſſumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Non ſolum autem magna: ſed etiam media et minima bona eſſe preſtitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum diſtincta.

In quibus bonis ſit liberuȝ arbitrium.

¶ Queritur autem in quibus bonis contineatur liberum arbitrium. De hoc Auguſtinus in primo libro retractationum ita ait. In medijs quideȝ bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium: quia ⁊ male illo vti poſſumus: ſed tamen tale eſt vt ſine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vſus eius iam virt⁹ eſt: que in magnis reperitur bo-

nis quibus male vti nullus po/
teſt. Et quia bona et magna et
media ⁊ minima ex deo ſunt: ſe/
quitur vt ex deo ſit etiam bonus
vſus libere voluntatis qui virtꝰ
eſt: et in magnis numeratur bo/
nis. Attende diligenter que di/
cta ſunt et confer in vnum. Sic
enim aperietur quod ſupra que
rebatur. Dixit equidem opus
virtutis eſſe bonum vſum illorū
bonorum quibus etiam non be
ne vti poſſumus: ideſt mediorū
in quibus poſuit liberum arbi/
trium: cuius quoqꝫ bonum vſuꝫ
dixit eſſe virtutem. Quod ſi eſt:
nō eſt ergo opus virtutis quod
ſupra dixit: quia aliud eſt virtus
aliud opus eius.



Irca viceſi/
mā ſextaꝫ di
ſtinctionē q̄ri
tur primo: vtrū
gratia opanſ
⁊ cooperans
ad inuicem ⁊
a charitate i/
fuſa diſtiguā
tur. Pro huiusqueſtionis enodatio
ne eſt aduertendum ꝙ gratia ī ſacra
pagina interdum capitur actiue pro
gratioſa dei voluntate: vt patꝫ actu
um. 15. vbi habetur. Per gratiam. i.
gratioſam voluntatem dn̄i nr̄i Jeſu
xp̄i credimus ſaluari: ſimiliter ad ro
ma. 3. Juſtificati gratis per gratiaꝫ
ipſius per redemptionem que eſt in
chriſto ieſu: nam gratia illa qua re/
dempti ſumus fuit gratioſa dei vo/
luntas qua deus ꝑ nobis voluit xp̄ꝫ
pati: et ipſe voluntarie ſe obtulit iux
ta illud Eſa. 53. Oblatus eſt quia ip
ſe voluit. Alio modo accipit gratia
paſſiue pro aliquo dono gratis dato
et iſto modo diuiditur in gratiam in
creatam que eſt ſpūſſanctus: iuxta il
lud apl̄i ad rom̄. 5. Charitas diffuſa
eſt in cordibus noſtris per ſpūm ſan
ctum qui datus eſt nobis. Et gratiā
creatam que adhuc eſt duplex. ſ. gr̄a
ſolum gratis data ⁊ gratia gratū fa
ciens: gratia ſolū gratis data bipha
riam accipitur. Uno modo large et
iſto modo quicquid accepimꝰ a deo
dicitur gratia gratis data: et iuxta
hunc modum ſolent reges ſcribere
ſic. ſ. Ferdinandus dei gratia hiſpa
norum rex. Pari forma quando ali
quis eſt ingenioſus vel habet fecun
dam memoriam aut venuſtateꝫ cor
poris aut multa bona dicitur ꝙ ta/
lis habet magnam gratiam a deo.
Alio modo accipitur ſtricte vt eſt q̄d
dam donum ſupernaturale infuſuꝫ
creature rationali non reddens ipſā
acceptam ad vitam eternam: ⁊ talis
gratia loquitur apl̄s. 1. ad corin. 12.
dicens. Diuiſiones gratiarum ſunt
alij quidem per ſpūm datur ſermo
ſapientie: alij autem ſermo ſcientie
ſcd̄m eundem ſpūm: alij fides in eo
dem ſpiritu: alij gratia ſanitatū ⁊c.
ſed in hac difficultate ſolum eſt ſer/
mo de gratia gratuꝫ faciente que di
uiditur in operantē ⁊ cooperantem:

⁊ hec diuiſio ſolum eſt ſcd̄m ſignifi-cationes ⁊ non ſignificata: vñ duo ſunt effectus gratie gratū facientis primus ⁊ principalis eſt iuſtificare naturam ⁊ reddere eam dignam vi ta eterna: ⁊ ratione huius effectus vocatur operans. Scd̄us eſt referre opera ſtudioſa vltimū in finem qui eſt deus glorioſus: ⁊ ratione iſti⁹ ef fectus dr̄ cooperans: nam per tales relationem facit opera noſtra meri-toria vite eterne: ⁊ ſic patet ꝙ eadē gratia eſt operans ⁊ cooperans: nec de hoc digladiantur doctores: ſed ſolum de diſtinctione ipſi⁹ gratie a charitate infuſa: nam diu⁹ Thom. in.5. articulo queſtionis.10. ſupra.100. priſe.2. tenet ꝙ realiter differunt gratia gratum faciens ⁊ charitas in fuſa: nam gratia eſt quoddam lumē ſupernaturale ad virtutes theologi cas ſicut lumē naturale ad virtutes acquiſitas.

¶ Contra iſtā opinionē arguit doctor. ſub. primo ſic: ſequeretur ꝙ fides non poſſet manere informis. pñs eſt contra ipm̄ in ſcd̄a ſcd̄e: ſeq̄la patet: quā poſſet fides pficere actū ſuū non manente illo lumine ſupna turali quod eſt gratia gratū faciens igitur non poteſt manere informis: aña probatur: virtus acquiſita non poteſt perficere ſine lumine natura-li. ergo nec fides ſine lumine ſupna turali. Propter hoc argumentū co-gitur capreol⁹ dicere ꝙ ly ſicut non dicit omnimodā ſimilitudinē in pba tione quam adducit diu⁹ Tho. ſed ex hac ſolu. manifeſte ſequitur ꝙ p-batio diui Tho. non eſt magni valo ris ſi ly ſicut non dicit omnimodam ſimilitudinem.

¶ Scd̄o arguit idem ſcotus: ſi ſe queretur ꝙ fides ⁊ ſpes manerēt in patria: pñs eſt contra ap̄lm̄.1. ad co rin.13. igitur ſequela patet: in patria manebit perfecta gratia: ergo in pa tria manebunt fides ⁊ ſpes. Hoc ar gumentū non militat nec magnam habet apparentiam.

¶ Tertio arguit et melius ſic. quecūq; excellentie attribuūtur gr̄e aſcribuntur etiā charitati: ⁊ econtra ergo omnis gratia gratum faciens eſt charitas ⁊ e contra: aña patet exp̄ſ-ſa aucte diui Augu. in.18. cap.15. lib. de ciuitate dei dicentis: ꝙ vtraq; ip ſarum diuidit inter filios regni ⁊ p-ditionis: ⁊ vtraq; eſt forma virutum et vtraq; coniſigit vltimo fini perfe cta coniſictione qualis pōteſt eſſe in via: patet etiam auctate Apl̄i.1. ad corin.13. dicentis: ꝙ charitas omnia ſufert: ⁊ gr̄a gratum faciēs etiā oīa ſufert: igitur gratia gratum faciens et charitas ſunt eadem res.

¶ Quarto arguitur contra ean dē opinionē: ſi gr̄a gratū faciens et charitas differrēt: tūc vna illa℞ eēt maior altera: pñ eſt falſū: igr̄ minor pt;: q2 illa q̄ differūt ſpē non pñt eē equalis pfectiōis: minor pt;: ſeq̄ret ꝙ charitas eſſet excellētius donū q̄ gr̄a gratū fa. pñs eſt abſurdū: igr̄ ſe quela pt; exp̄ſſa aucte. d. aug. in.15. de tri. aſſerētis ꝙ nullū bonū dei eſt excellētius charitate. Ad iſta duo ar gumē. rn̄det capre. cū vna diſtictiōe quā figit de mediate ⁊ ime. ſc; ꝙ di ctū Augu. intelligit de donis media tis: ⁊ qd̄ excellētie que cōueniūt gr̄e non immediate competūt charitati

¶ Quinto arguitur ſic: ſequeretur q̄ aliquis viator mereretur cum gr̄a gratū faciente ⁊ nō ſaluaretur ⁊ aliquis mereretur ſine pctō mortali licet magna charitate ⁊ dānaretur: pn̄s eſt abſurdum: igit̄ patet ſequela: poſito q̄ dn̄s deus det alicui viatori magnā gr̄am gratū facientē: et nō det illi charitatē tunc habetur prima pars ſequele: nam talis non ſaluabitur poſtq̄ non habet charitatē nam teſte Paulo. i. ad corin. 13. Nihil proſunt oēs virtutes ſine charitate: iam pbatur ſcd̄a pars ſequele: poſito q̄ aliquis viator habeat magnā charitatē ⁊ nullum pctm̄ mortale veniale aut originale: ⁊ dn̄s deꝰ nō det illi gr̄am gratū facientē ⁊ moriatur cū tali charitate: tunc talis morietur ſine gratia gratū faciente: igitur damnabitur. Ad hoc argumentū rn̄det capreolus: q̄ tales homines neq̄ ſaluabuntur neq̄ damnabuntur: crede tamen tu qd̄ voles.

¶ Sexto arguitur ſic. charitas eſt nomen grecū ⁊ deſcēdit a charis qd̄ eſt gr̄a: idcirco dr̄ eucariſtia .i. bona gratia. ergo charitas tantū valet ſicut gr̄a gratū faciēs. Ad hoc negat pn̄am capreolus: ⁊ dicit q̄ non oportꝫ q̄uis deriuetur a greco q̄ retineat eandem ſignificationē.

¶ Alia eſt opinio doc. ſub. quē inſequuntur ferme oēs nominales iuxta quā rn̄detur per duas conclu. ad titulū. q. quarū prima eſt iſta: eadem gratia gratū faciens primo eſt operans ⁊ deinde efficitur cooperās. Iſta pclu. patꝫ ex notabilibꝰ. Scd̄a conclu. eſt iſta: omnis gr̄a gratum faciens eſt charitas infuſa: ⁊ econtra: iſta pclu. non aliter probatur q̄ꝫ p argumēta in alterā opinionē deducta.

¶ Contra iſtam vltimā conclu. arguit diuꝰ Tho. aucte diui Augu. dicētis in lib. de predeſtinatione ſanctorū q̄ gratia preuenit charitatē: igitur diſtinguit̄ a charitate. Ad hāc autem facile rn̄detur q̄ diuus Auguſt. loquitur ibi de gratia increata vel gratis data: ⁊ non de gratia gratum faciente que eſt charitas infuſa

Ratione arguitur ſic. omnis charitas infuſa eſt habitus nulla gratia gratum fa. eſt habitus infuſus. ergo nulla gratia gratū faciens eſt charitas: pn̄a eſt ſcameſtres ⁊ minor probatur: nullus habitus ſemper operatur: oīs gr̄a ſemp opat̄. ḡ nulla gr̄a gratū faciens eſt hītus: pn̄s eſt inceſare: ⁊ minor pbat̄: oīs gr̄a gratuꝫ faciens ſp gratificat ſubiectū cui ineſt ergo ſemper operatur. Ad hoc argumentū rn̄detur negando minorē: et ad probationem negatur iterum minor: et ad probationē negatur pn̄a et datur inſtātia: naꝫ albedo ſemper albificat ſubiectum cui ineſt: non tamen ſemper operatur.

¶ Circa iſtam queſtionē dubitatur primo: vtrum gratia gratū faciens a gloria diſtinguatur. Ad hoc dubium rn̄detur ſcd̄m mentem diui Tho. affirmatiue: ſed ſcd̄m mentē doct. ſub. ⁊ nominaliū actus beatificus eſt actus glorie ⁊ actus gr̄e gratum fa. vt puta fruitio beatifica. Secūdo dubitatur in quo ſubiectat̄ gr̄a gratum fa. Ad hoc dubium rn̄detur a diuo Tho. q̄ gratia gratuꝫ faciēs

ſubiectatur in eſſentia anime: et cha ritas in potentia ipſius anime.ſ.voluntate. Sꝫ ſcđm menteꝫ doct. ſub. ꝛ nominalium nulla eſt difficultas quia anima realiter eſt ſua eſſentia ꝛ ſua volũtas. Tertio dubitatur: an in homine ſit vnica gratia gratũ faciens vel plures. Ad hoc dubium rñdetur ab omnibus doctoribus catholicis: ꝙ vnica eſt gratia gratum faciens in viatore ꝛ non plures. Quarto dubitatur: an quilibet actus elicitus ex gratia ſit meritori⁹ augmenti gratie. Ad hoc dubiũ patet rñſio ex.17. diſtin.1.lib.ſententiarum.

¶ Scđo queritur circa eandem diſtinctionem: vtrum actus meritorius ꝛ actus nõ meritorius ſint eiuſdem ſpeciei. Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ bipharіam aliqui actus dicuntur eſſe eiuſdem ſpeciei. Uno modo in genere moris: et alio modo in genere nature: de primo membro non eſt difficultas: certum eſt ꝙ non ſunt eiuſdẽ ſpẽciei actus meritorius ꝛ actus nõ meritorius: nam actus meritori⁹ eſt virtuoſus ꝛ laudabilis ꝛ dignus vita eterna: alius vero non. Sꝫ ſolum eſt difficultas de ſcđo mẽbro: vnde diuus Tho.tenꝫ in.17.diſtin.4. ſententiarũ: ꝙ actus meritorius ꝛ non meritorius differunt ſpecie in genere nature: ꝛ ipſuꝫ ſequuntur Dionyſius ſiſtercienſis et chlimeton.

¶ Contra iſtam opinionem arguit dñs adam ſic. Actus caſtitatis ex gratia elicitus eſt eiuſdeꝫ ſpeciei in genere nature cum actu caſtitatis elicito ſine gratia: igitur opinio nulla: añs probatur: ſi non eſſet eiuſdeꝫ ſpeciei maxime eſſet: quia vna cauſa concurrit ad vnum actum ꝛ non ad alium.ſ.gratia: ſed hoc non eſt dicendum: igitur minor patet: ſequeretur ꝙ actus precedens habitum non eſſet eiuſdem ſpeciei cum actu elicito a tali habitu: pñs eſt contra pħm expreſſe in.2.ethico. igitur ſequela patet: quia vna cauſa concurrit ad vnũ actum et non ad alium. Secundo arguit ſic: ſit aliquis viator in gratia gratum faciente ꝛ eliciat multos actus caſtitatis ex quibus generetur in eo habitus caſtitatis: et poſtꝗ eſt genitus talis habitus peccet mortaliter: tũc talis habitus inclinabit ad ſimiles actus illis ex quibus fuit genitus: et illi erant meritorij: et iſti poſt peccatum mortale non ſunt meritorij: igitur actus meritorius ꝛ nõ meritorius ſunt eiuſdem ſpeciei in genere nature. Tertio arguitur ſic: ſit aliquis viator ĩ peccato ſuperbie et eliciat multos actus ſtudioſos caſtitatis ex quibus acquirat vnũ magnum habitum caſtitatis quo acquiſito conteratur et acquirat gratiam gratum facientẽ: tunc talis habitus caſtitatis inclinabit ad ſimiles act⁹ illis a quibus fuit genitus qui non erant meritorij: ꝛ modo tales actus ſunt meritorij: igitur actus meritorius et actus non meritorius ſunt eiuſdem ſpeciei in genere nature. Quarto arguitur ſic: ſequeretur qđ quilibet actus meritorius eſſet intrinceſſe bonus: pñs eſt falſum: igit ſequela patet: impoſſibile eſt ꝙ act⁹ meritorius maneat ꝛ non ſit bonus ergo quilibet actus meritorius eſt

intrinſece bonus: ꝯña tenet ab expo-
nentibus ad exponibilē. Quinto ar-
guitur ſic: ſequeretur ꝙ quilibet via
tor continuans actum meritorium:
per aliquod tempus mereretur infi
nitum premium: ꝯñs eſt abſurdum:
igitur ſequela probatur: in quolibet
inſtanti talis temporis viator eſt li
ber reſpectu totius actus meritorij:
ergo in quolibet tali inſtanti tantū
meretur ſicut in primo: ⁊ ſunt infini
ta inſtantia in quolibet tempore q̄n-
tumcūq̄ paruo. ergo infinitum pre-
miū meretur: aña patet: in poteſta
te viatoris eſt in quolibet tali inſtan
ti deſtruere totum actum meritoriū
ſcḋm ſe ⁊ quolibet ſui: igitur in quo-
libet inſtanti eſt mere liber: aña pꝫ
quocūq̄ inſtanti dato poſt hoc in il-
lo poteſt elicere vnum peccatū mor
tale: quo dato deſtruetur totus act⁹
meritorius ſecundum ſe et quodli-
bet ſui: igitur in quolibet inſtanti eſt
liber poſtq̄ poteſt habere taleꝫ actū
et poteſt non habere pro tali inſtan-
ti. Sexto arguitur ſic: idem act⁹ eſt
fidei informate et fidei informis: et
quando eſt formatus eſt meritorius
et quando eſt informis eſt non meri
torius: ergo actus meritorius et nō
meritorius ſunt eiuſdem ſpeciei in
genere nature: maior probatur: ea-
dem fides ſecundum diuum Tho.
in ſcḋa ſcḋe primo informis eſt: et
deinde formata: ergo idem actus fi
dei primo eſt informis et deinde fi-
dei formate.

¶ Propter iſta argumenta te
nēt oēs alij doctores oppoſitum: et
concedunt ꝙ idem actus primo eſt
meritorius et deinde non meritori⁹
et econuerſo primo eſt non meritori⁹
et deinde meritorius: nec poteſt fie-
ri aliquod argumentum niſi hoc: ſcꝫ
tales actus habent diuerſas cauſas
ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei: hec
ꝯſequentia non valet: naꝫ datur ma
nifeſta inſtantia de actu precedente
habitum: et ſequente eundem habi-
tum.

De virtute quid ſit: et quid ſit actus eius.

Diſtinctio. XXVII.

Hic videndum eſt quid ſit virtus: et quid ſit act⁹ vel op⁹ eius. Uirtus eſt: vt ait Augu-
ſtinus: bona qualitas men-
tis qua recte viuitur: et qua nul
lus male vtitur quam deus ſo-
lus in homine operatur. Ideo-
ꝙ opus dei tm̄ eſt ſicut de virtu
te iuſticie. Aug⁹. docet ſuper il-
lum locū pſalmi. Feci iudiciū ⁊

iuſticiaȝ ita dicens. Juſticia magna virtus animi eſt: quā non facit in homine niſi deus. Ideoq̄ cum ait propheta ex pſona eccleſie. Feci iuſticiam: non ipſam virtutem quaȝ non facit homo: ſed opus eius intelligi voluit. Ecce aperte inſinuatur hic q̄ iuſticia in homine non eſt opus hoīs ſed dei: quod ⁊ de alijs virtutib⁹ itidem intelligendum eſt.

De fide itidem dicit q̄ non eſt ex homine: ſed ex deo tm̄

¶ Nam de gratia fidei Epheſijs ſcribens apl's: ſimiliter fidem nō ex homine: ſed ex deo tantū eſſe aſſerit inquiens. Gratia eſtis ſaluati per fidem: et hoc non ex vobis: dei enim donum eſt. Quod a ſanctis ita exponitur: hec. ſ. fides non eſt ex vi nature noſtre: qꝛ donum dei pure eſt. Ecce et hic aperte traditur q̄ fides non eſt ex libertate arbitrij ſiue ex arbitrio voluntatis: quod ſuperioribus conſonat: vbi dictū eſt grāȝ preuenientē vel operantē eſſe virtutē que voluntatē hoīs liberat ⁊ ſanat. Vn̄ Aug⁹. in lib. de ſpū ⁊ littera ait. Juſtificati ſum⁹ nō per liberā voluntatē: ſed p grām xpi: non q̄ ſine volūtate nr̄a fiat ſed volūtas nr̄a oſtenditur infirma per legem vt ſanet gratia voluntatem: et ſana voluntas impleat legem.

De gratia que liberat volūtatem que ſi virtus eſt non eſt ex libero arbitrio: et ſic non eſt motus mentis.

¶ Si igitur gratia que ſanat et liberat voluntatem mentis hominis virtus eſt: vel vna vel plures cum ipſa gratia non ſit ex arbitrio voluntatis: ſed eam poti⁹ ſanet ac preparet vt bona ſit: conſequitur vt virtus non ſit ex libero arbitrio: et ita non ſit motus vel affectus mentis. Cuȝ omnis motus vel affectus mentis ſit ex libero arbitrio: ſed bonus ex gratia eſt et libero arbitrio: mal⁹ vero ex libero arbitrio tantum. Ut enim ait Auguſtinus in libro retractationum. Homo ſponte et libero arbitrio cadere potuit: nō etiam reſurgere. Idem in libro de duabus animabus. Anime ſi libero ad faciendū ⁊ non faciendū motu animi careant: ſi deniq̄ bis abſtinēdi ab opere ſuo: ptās

nulla conceditur: caruȝ peccatū tenere non poſſumus. Hic aperte oſtenditur ꝙ motus animi ſiue ad bonum ſiue ad malum ex libero arbitrio eſt. Ideoq̄ ſi gratia vel virtus motus mentis eſt ex libero arbitrio eſt. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte eſt: iaȝ non ſolus deus ſine homine eaȝ facit. Propterea quidaȝ non inerudite tradunt virtutem eſſe bonam mentis qualitatem ſiue formam que animam informat: et ipſa non eſt motus vel affectus animi: ſed ea liberum arbitrium iuuatur vt ad bonum moueatur et erigatur: et ita ex virtute et libero arbitrio naſcitur bon⁹ motus vel affectus animi: et exinde bonum opus procedit exterius Sicut pluuia rigatur terra vt germinet et fructum faciat: nec pluuia eſt terra nec germen nec fructus: nec terra germen vel fructus: nec germen fructus. Ita gratie terre mentis noſtre .i. libero arbitrio voluntatis infunditur pluuia diuine benedictionis id eſt inſpiratur gratia quod ſolus deus facit: non homo cum eo: qua rigatur voluntas hominis vt germinet et fructificet: id eſt ſanatur ⁊ preparatur vt bonum velit: ſecundum quod dicitur operans: et iuuatur vt bonū faciat: ſecunduȝ quod dicitur cooperans: et illa gratia virtus nō incongrue nominatur: quia voluntatem hominis infirmam ſanat et adiuuat.

Ex quo ſenſu dicūtur ex gratia incipere bona merita: et de qua gratia hoc intelligatur.

¶ Cum ergo ex gratia dicitur eſſe bona merita et incipere: aut intelligitur gratia gratis dans: id eſt deus: vel potius gratia gratis data: que voluntatem hominis preuenit. Non enim eſſȝ magnum ſi hec a deo dicerentur eſſe a quo ſunt omnia: ſed potius ei⁹ gratia gratis data intelligitur ex qua incipiunt bona merita: que cum ex ſola gratia eſſe dicantur: non excluditur liberum arbitriū quia nullum meritum eſt in homine quod non ſit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis cauſe principalitas gratie attribuitur: quia principalis cauſa bonorum meritorum eſt ipſa gratia: qua excitatur liberum arbitrium et ſanatur atq̄ iuuatur voluntas hominis: vt ſit bona.

Quod bona voluntas gratie principaliter eſt: et etiaꝫ gratia eſt: ſicut omne bonuꝫ meritum.

¶ Que ipſa etiam donum dei eſt et hominis meritum: imo gratie: quia ex gratia pricipaliter eſt et gratia eſt. Unde Auguſtinus ad Sixtum preſbyteruꝫ. Quid eſt meritum hominis ante gratiam: cum omne bonum noſtrū meritum non in nobis facit niſi gratia. Ex gratia enim vt dictuꝫ eſt que preuenit et ſanat arbitriū hominis: et ex ipſo arbitrio procreatur in anima hominis affectus ſiue bonus motus mentis et hoc eſt primū bonum hominis meritum. Sicut verbi gratia ex fidei virtute ⁊ hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus et remunerabilis ſcꝫ ipſum credere. Ita ex charitate et libero arbitrio alius quidaꝫ motus bonus prouenit ſcꝫ diligere bonus valde. Sic de ceteris virtutibus intelligendaꝫ eſt: et iſti boni motus vel affectꝰ merita ſunt et dona dei quibus meremur: et ipſorum augmentationem et alia que conſequenter hic et in futuro nobis apponuntur.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iuſtificationem et alia.

¶ Cum ergo dicitur fides mereri iuſtificationem ⁊ vitam eternam ex ea ratione dictum accipitur: quia per actuꝫ fidei meretur illa. Similiter de charitate ⁊ iuſticia ⁊ de alijs accipitur. Si enī fides ipſa virtus preueniens diceretur eſſe mentis actus qui eſt meritum: iam ipſa ex libero arbitrio origineꝫ haberet: quod quia non eſt: ſic dicitur eſſe meritum: quia actus eius eſt meritum: ſi tamen aſſit charitas ſine qua nec credere nec ſperare meritum eſt vite. Unde apparet vere: qꝛ charitas eſt ſpūſſanctus: que anime qualitates informat et ſanctificat: vt eis anima informetur et ſanctificetur. Sine qua anime qualitas nō dicitur virtus: quia non valet ſanare animam.

De muneribus virtutum ⁊ de gratia que non eſt: ſed facit meritum.

¶ Ex muneribus itaqꝫ virtutū boni ſumus et iuſte viuimus: et ex gratia que non eſt meritum ſꝫ facit: non tamen ſine libero arbitrio proueniunt merita noſtra:

ſtz boni affectus eorumqꝫ ꝓgresſus atqꝫ bona opera que de⁹ remunerat in nobis: et hec ipſa ſūt dei dona. Unde Aug⁹. ad Sixtum presbyterum. Cuꝫ coronat deus merita noſtra: nihil aliud coronat ꝙ̄ munera ſua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis precedentibus redditur: qꝛ et eadeꝫ merita quibus redditur non a nobis ſunt: ſed in nobis facta ſunt per gratiam: recte ⁊ ipſa vita gratia nūcupatur: quia gratis datur. Nec ideo gratis: quia non meritis datur: ſed quia data ſunt per gratiam et ipſa merita quibus datur.

Epilogus vt alia addat.

¶ Ex premiſſis iam innoteſcere nobis aliquaten⁹ poteſt: qualiter gratia preueniens meretur augeri: et alia: ⁊ quid ipſa ſit: an virtus an aliud: ⁊ ſi virtus: an ſit actus vel non. Oſtenſum enī eſt ſupra ex parte quorundā ꝙ ipſa eſt virtus: qꝛ virtus nō eſt actus, ſed eius cā: nō tñ ſine libero arbitrio. Uñ quod Aug⁹. dixit bonum vſum liberi arbitrij eſſe virtuteꝫ ita accipi poteſt: ideſt actū virtutis. Alioquin ſibi contradiceere videretur: qui etiam opus virtutis ſupra dixit eſſe bonum vſum eorum quibus nō bene vti poſſumus: in quibus poſuit liberum arbitrium. Si vero bonus vſus liberi arbitrij opus virtutis eſt: iam virtus non eſt. Cum ergo bonum vſum eius virtutem eſſe dixit: nomine virtutis ipſius vſum ſignificauit.

Quod idem vſus eſt virtutis et liberi arbitrij: ſed virtutis principaliter.

¶ Ideꝫ nempe vſus bonus ex virtute eſt et ex libero arbitrio: ſꝫ ex virtute principaliter. Et bon⁹ ille vſus in magnis bonis annumerandus eſt. Illa auteꝫ gratia preueniens que et virtus eſt nō vſus liberi arbitrij eſt: ſꝫ ex ea potius eſt bonus vſus liberi arbitrij que nobis eſt a deo non a nobis Uſus vero bonus arbitrij et ex deo eſt et ex nobis: ⁊ ideo bonuꝫ meritum eſt. Ibi enim ſol⁹ deus operatur hic de⁹ et homo. Hoc meritum ex illa puriſſima gratia prouenit: quod apoſtolus notauit dicens. Gratia dei ſuꝫ id qđ ſum: et gratia eius in me vacua non fuit. Super quem locum Auguſtinus ita ait. Recte gratiam nominat: primum enim ſolam gratiam dat deus: et non ni

ſi gratiam cum non precedunt niſi mala merita: ſed poſt per gratiam incipiunt merita bona. Et vt oſtenderet etiam liberum arbitrium: addit ꝛ gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipſa volūtas ſine gratia dei putetur aliqͦd boni poſſe ſubdit. Non autē ego ſolus ſcilꝫ ſine gratia: ſed gratia dei mecum: ideſt cum libero arbitrio. Plane cum data fuerit gratia incipiūt eſſe noſtra merita bona: per illa tamen: quia ſi illa deſuerit cadit homo.

Aliorum ſententia hic oſtenditur qui dicunt virtutes eſſe bonos vſus liberi arbitrij ideſt actus mentis.

¶ Alij vero dicunt virtutes eſſe bonos vſus naturalium potētiarum: non tamen omnes: ſed tantummodo interiores qui in mente ſunt. Exteriores vero qui per corpus geruntur non virtutes eſſe dicunt: ſed opera virtutū Et ideo ꝙ Auguſtinꝰ dicit opꝰ virtutis eſſe bonum vſum naturalium potentiarum: de vſu exteriori accipiunt. Quod vero dicit bonum vſum liberi arbitrij virtutem eſſe: et in magnis numerari bonis: de vſu interiori intelligūt Et virtutes nihil aliud eſſe quā bonos affectus vel motus mentis aſſerunt quos deus in hominem facit non homo: quia licet illi motu ſint liberi arbitrij: non tamen eſſe queunt niſi deus ipſum liberet et adiuuet gratia ſua operante et cooperante: quā dei gratuitam voluntatem accipiunt: quia deus eſt qui et operatur in nobis velle et operari bonum.

Quibus auctoribus muniunt qḋ virtutes ſint motus mentis.

¶ Quod autē virtutes ſint motus mentis: teſtimonijs ſanctorum aſtruunt. Dicit autem Auguſtinus ſuper Joannē. Quid eſt fides? Credere quod non vides. Credere autem motus mentis eſt. Idem in libro tertio de doctrina Chriſtiana. Charitatem autem voco motum animi. Si vero charitas et fides motus animi ſunt: virtutes ergo motus animi ſunt. Quibus et alij reſpōdentes premiſſa

verba Auguſtini ita intelligenda fore inquiunt. Fides eſt credere quod non vides: id eſt fides eſt virtus qua creditur quod nō videtur. Item charitas eſt motus animi: id eſt gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et ꝙ hec ⁊ his ſimilia accipienda ſint. ex his conicitur que alibi Auguſtinus ait. Nam in primo libro queſtionum euangelij inquit Eſt fides qua creduntur ea que non videntur que proprie dicitur fides. Item in. xiij. lib. de trinitate. Aliud ſunt ea que creduntur aliud eſt fides qua credūtur. Ex quibus verbis ſic argumentando procedunt. Aliud eſt credere aliud illud quo creditur. Predictum autē eſt fidem id eſſe quo creditur. Sic ergo credere nō eſt fides: quia credere nō eſt id quo creditur. Addunt quoqꝫ: virtus opus dei tantum eſt: quam ipſe ſolus facit in nobis. Ipſa ergo non eſt vſus vel actus liberi arbitrij: ſed credere eſt actus liberi arbitrij: nō eſt itaqꝫ virtus. Premiſſis aliiſqꝫ rationibus ac teſtimonijs innituntur vtriqꝫ. Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo ex animi ad alia properans.

Circa vigeſimā ſeptimā diſtinctionē querit prio vtrum liberū arbitrium viatoris cū gratia poteſt mereri gloriam eternam de condigno. Pro huius queſtionis declaratione eſt notandum ꝙ meritum eſt operatio ad gloriam eternam acceptata. Ex iſta diffinitione ſequitur ꝙ operatio indifferens vel indeliberata viatoris exiſtētis in gratia nō eſt meritoria. Scdo ſequitur ꝙ non omnis operatio moraliter bona ſiue ꝟtuoſa eſt meritoria. Iſtud cor. probatur de operationibus virtuoſis elicitis a viatore exiſtente in peccato mortali. Vlterius eſt aduertendum ꝙ meritū eſt duplex. ſ. de cōgruo ⁊ de condigno: ſcdm mentem diui Tho. ⁊ diui Bonauen. meritum de congruo eſt operatio meritoria non elicita ex gratia vt contritio. Meritum de condigno eſt operatio meritoria elicita ex gratia ſiue charitate infuſa: vt datio elemoſine que elicitur a viatore exiſtente in gratia.

¶ Iſtis notatis rñdetur affirmatiue a prefatis doctoribus ad titulū. q. Hec rñſio patet auctoritatibus multis. Prima habetur zacha. 4. cap. Adequabit gratiam gratie. i. gratiā patrie gratie vie ſcdm doctores catholicos. Scda habetur ſapiētie. 3. cap. Tentauit illos ⁊ inuenit eos dignos ſe. Tertia habetur Eccli. 22. Merces mea mecū eſt: reddere vni

cuiqꝫ ſcḋm opera ſua. Quarta habe
tur Mat.5.ca. Beati eſtis quū ma-
le dixerint vobis homines et perſe-
cuti vos fuerit et dixerit omne ma-
lum aduerſum vos mentientes pro
pter me: gaudete ⁊ exultate: quoniā
merces veſtra copioſa eſt in celis.
Quinta habetur Luce.10. Dignus
eſt operari⁹ mercede ſua. Sexta ha
betur.2.ad Tim.4.cap. Bonuꝫ cer-
tamen certaui curſum conſummaui
fideꝫ ſeruaui: in reliquo repoſita eſt
mihi coꝛona iuſticie quā reddet mi-
hi dominus in illa die iuſtus iudex.
Sed cōtra hanc conclu. videtur etiā
militare alique auct. Pꝛima habe-
tur yſa.64.cap. Quaſi paruus men
ſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e. Scḋa
luce.6. quū feceritis omnia que pꝛe-
cepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles
ſumus. Tertia habetur ad Rom̄.6.
Stipendia peccati moꝛs gratia dei
vita eterna: ſuper que verba inquit
gloſa: vt intelligeremus nos deum
ad vitam eternam perducere: nō no
ſtris meritis: ſed ſua miſeratione.
Quarta habetur ad Rom̄.8. Exiſti-
mo ꝙ non ſunt condigne paſſiones
huius tempoꝛis ad futuram gloꝛiaꝫ
que reuelabitur in nobis. Quīta eſt
phi.8.ethicoꝝ dicentis. Dijs paren
tibus ⁊ mr̄is nemo poteſt regratia-
re ad condignum.

¶ Pꝛo ſolutione ⁊ declaratiōe
harum auctoꝛitatum notant pꝛefati
ſancti: ꝙ bipharíam poteſt conſide-
rari operatio meritoꝛia. Uno modo
inquantum emanat a noſtro libero
arbitrio: et iſto modo nulla operatio
noſtra eſt digna vita eterna. Alio
modo poteſt conſiderari vt ſcaturit
a gratia gratum faciente: et iſto mo
do quelibet eſt digna vita eterna: nā
gratia facit nos filios dei ꝑ adoptio
nem: et ex ꝯñti heredes vite eterne
iuxta apl̄m ad rom̄. nam gratia gra
tum faciens teſte ſaluatoꝛe noſtro
Joānis.4. Eſt in nobis fons aque
ſalientis in vitam eternam. Iſto no
tato rñdetur ꝙ omnes ille auctates
intelliguntur de operationibus nr̄is
inquantum emanant a noſtro libero
arbitrio: et non inquantum efficiun-
tur a gratia gratum faciente que fa
cit nos participes diuinitatis.

¶ Ratione arguitur ſic. pꝛemiū
meriti de condigno redditur ſecūdū
iuſtitie debitum: ſed dominus deus
non poteſt eſſe debitoꝛ iuxta illud
apl̄i ad rom̄.11. quis pꝛioꝛ dedit ei ⁊
retribuetur ei: igitur nullum eſt me-
ritum de condigno. Ad hoc argumē
tum reſpondetur ꝙ apoſtol⁹ intelli-
git: ꝙ dominus deus nō eſt debitoꝛ
ex ſua natura nihilominus ex ſua ꝓ
pꝛia voluntate et liberalitate: et pꝛo
miſſione conſtituit ſe debitoꝛem iux
ta illud regij ꝓphete pſal.81. Jura-
bit dñs dauid veritatē ⁊ non fruſtra
bitur eum ⁊c. ⁊ iuxta illud Gen̄.18.
Per memet ipſum iuraui: q꞉ feciſti
rem hanc et non pepercíſti filio tuo
multiplicabo ſemen tuum ⁊c. Cōtra
iſtaꝫ ſolu. arguitur. Omnis debitoꝛ
non reddendo eſt iniuſtus: ſed quā-
uis deus non reddat non poteſt eſſe
iniuſtus: ergo dñs deus non eſt debi
toꝛ. Ad hanc replicaꝫ rñdetur ꝙ hec
conditionalis eſt vera: ſi dñs deus
non dat vitam eternaꝫ bono xp̄iano
diſcedenti in gratia ⁊ ipſe pꝛomiſit
ei dare dñs deus eſt iniuſtus: q꞉ a ſis

eſt ipoſſibile:implicat eñi ꝙ deus ꝓmittat aliquid ⁊ non faciat.

¶ Scðo arguitur: ſequeretur ꝙ viator poſſet mereri primā grām ↄñs eſt falſum:igitur falſitas ↄñtis probatur: bene ſequitur meretur talem gratiam.ergo non eſt prīa. Ad hoc argumentum rñdetur diſtinguēdo ſequelam: vel de condigno: ⁊ ſic negatur illud:vel de congruo: et ſic cōceditur illa ⁊ negatur minor: ⁊ ad probationem negatur ↄña: nam ad hoc ꝙ aliquis actus ſit meritoriꝰ de congruo non requiritur ꝙ eliciatur ex gratia:ſed ſatis eſt ꝙ gratia aſſiſtat. Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur ꝙ aliquis poſſet mereri reparationem poſt lapſum ſaltem de congruo:ↄñs eſt falſuꝫ: igitur ſequela probatur:aliquis iuſte poteſt petere quū eſt in gratia ad dñm: ꝙ ſi cadat poſtea ſurgat: ergo viator exiſtens in gratia poteſt mereri reparationem poſt lapſum:ↄña tenet:quia quod iuſte petitur iuſte poteſt obtineri:⁊ añs patet aucte diui Auguſt. dicentis ſuper illud pſal. Quū defecerit virtus mea ne derelinquas me domine:nihil dignius poteſt peti ꝙ̃ ſi cadat homo poſtea reſurgat: iam probatur falſitas ↄñtis aucte ezech. 18.ca.dicentis. Si auerterit ſe iuſtꝰ a iuſticia ſua: et fecerit iniquitatem omnes iuſticie ſue quas fecit non recordabuntur. Ad hoc argumentum rñdet diuus Tho. cum aliis antiqs doctoribus negando ſequelam:⁊ ad probationem negatur ↄña:⁊ ad probationem rñdetur: ꝙ per peccatum ponitur obex. Contra iſtam rñſionē arguitur ſic.datur aliquis i ſacra pagina: qui exiſtens in gratia meruit reparationem poſt lapſum:igitur reſponſio nulla:añs patet de rege Joſaphat:naꝫ habetur in.2.6.cap.2.paralí.ꝙ propheta iehu filius anani occurrit regi Joſaphat dicēs. Impio prebes auxilium ⁊ his qui oderunt dñm amicitia iungeris: ⁊ idcirco irā quideꝫ dñi merebaris:ſed bona opera inuenta ſunt in te eo quod abſtuleris lucos de terra iuda ⁊ preparaueris cor tuū vt requireres dñꝫ deū patruum tuorum. Et in.3.cap.4.li. regū.habetur ꝙ heliſeus dixit regi Jorā. Uiuit dñs exercitium in cuiꝰ conſpectu: ſto quod ſi non vultum Joſaphat regis iudee erubeſcereꝫ non attendiſſeꝫ quidem te nec reſpexiſſem:ſed tunc Joſaphat erat i peccato mortali:qꝛ prebebat impio ioram ſuppetias:igitur aliquis poteſt mereri reparationem poſt lapſum.

Propter iſtas auctes aliter rñdetur ad replicam concedendo ſequelam et negando minoreꝫ:et ad probationem dico ꝙ illa auctas ezech. intelligitur:ſi talis perſeueret in ſua iniquitate:et ita debꝫ itelligere diuꝰ Tho. et alij doctores prefatam auctem: nam ſcðm omnes ſi talis cōteratur omnes ille iuſticie recordantur: ⁊ ratione ipſarum dñs deus dabit tali contrito maiorem gloriam.

¶ Dubitatur circa iſtam queſtionem: vtrum facienti quod in ſe eſt deus neceſſario det gratiam. Ad hoc dubiuꝫ rñdetur ꝙ neceſſitate cōditionata deus dat gratiam: hoc eſt dictu hec conditionalis eſt neceſſaria ſi iſte facit quod i ſe eſt deus dat illi gratiam:nihilominus mere con

tingenter dn̄s deus dat gratiam.

¶ Sc̄do dubitatur: vtrum viator poſſit cognoſcere ſe habere grā3 gratum facientē. Ad hoc dubium reſpondetur: q per reuelationem bene eſt poſſibile: vt patet de paulo cui dn̄s dixit. 2. ad corin. 12. Sufficit tibi paule gratia mea: idcirco ipſe dicebat ad roma. 8. Certus ſum q neq mors neq vita 7c. poterunt nos ſeparare a charitate xp̄i. patet etiam de btā virgine 7 multis alijs ſanctis: ſed ſine reuelatione non eſt poſſibile vt indt Salo: non eccle. 9. cap. Neſcit homo an odio vel amore dignus eſt: nihilominus viator poteſt habere probabilitatem moralem q ipſe eſt in gratia gratum faciente: vt puta quando penitet eum totius vite preterite: et habet propoſitum omnia peccata cōfitendi in feſto paſche: 7 ſatiſfaciendi ac cauendi in poſterum cum auxilio dei.

Predicta repetit vt alia addat diffinitam aſſignationē ponens de gratia 7 libero arbitrio contra pelagianos. Diſtinctio. XXVIII.



D vero icō cuſſe 7 incū tanter teneamus liberū arbitriū ſine grā puenie te 7 adiuuā te nō ſufficere ad ſalutē 7 iuſticiā obtinendā nec meritis precedentibus grā3 dei aduocari ſicut pelagiana hereſis tradit. nam vt ait Aug⁹. in p̄rio lib. retractationū. Noui heretici Pelagiani liberū ſic aſſerunt voluntatis arbitriu3 vt gratie dei non relinquāt locū: quā ſcd̄m merita nr̄a dari aſſerūt Pelagianorū hereſis oīm recentiſſima a pelagio monacho eſt exorta. Hi dei grē qua predeſtinati ſumus: 7 qua meruim⁹ de poteſtate tenebrarū erui: itantū inimici ſūt: vt ſine hac credāt hoīe3 poſſe facere oīa diuina mandata Deniq pelagius a fratrib⁹ icrepat⁹ q nihil tribueret adiutorio grē dei ad eius mādata facienda nō eam libero arbitrio p̄ponebat ſed ifideli calliditate ſupponebat dicens: ad hoc eā dari hoībus: vt que facere per liberu3 arbitriū iubentur facilius poſſint implere per gratiā. Dicendo vtiq facilius poſſint voluit credi: 7 ſi difficilius: tn̄ poſſe homines ſine gratia facere iuſſa diuina. Illā vero gratiam dei ſine qua nihil boni poſſumus facere: non eſſe dicunt niſi in libero arbitrio quod nullis ſuis precedentibus meritis ab illo accepit noſtra natura: ipo ad hoc tantum iuuante nos per ſuam legem atque doctrinam:

vt diſcam⁹ que facere ⁊ que ſpe
rare debeamus. Non autem ad
hoc per donum ſpiritusſancti: vt
que didicerimus eſſe facienda fa
ciamus. Ac per hoc diuinit⁹ no
bis dari ſcientiam confitentur:
qua ignorantia pellitur: charita
tem autem negant diuinitus da
ri qua pie viuitur: vt ſcȝ ſit donū
dei ſcientia que ſine charitate in
flat: et non ſit donuȝ dei ipſa cha
ritas: que vt ſcientia non inflet
edificat. Deſtruunt etiam ora-
tiones quas facit eccleſia ſiue ꝑ
infidelibus ⁊ doctrine dei reſiſtē
tibus vt conuertantur ad deum
ſiue pro fidelib⁹ vt augeatur eis
fides et perſeuerent in ea. Hec
quippe non ab ipſo accipere: ſed
a ſeipſis homines habere contē-
dunt gratiam dei qua liberamur
ab impietate dicentes ſecunduȝ
merita noſtra dari. Paruulos
etiam ſine vllo peccati originalis
vinculo aſſerunt naſci.

Hic ponit ea quibus ſuum confirmant erroreȝ verbis auguſt. contra ipſuȝ vtētes.

¶ Quod vero dicunt ſine gra-
tia hominem per liberum arbi-
trium omnia iuſſa implere huiuſ
modi inductionibus muniunt.
Si inquiunt non poteſt ea face-
re homo que iubentur: non eſt ei
imputanduȝ ad mortem. Sicut
tu ipſe Auguſtinus in libro de li
bero arbitrio aſſeris. Quis inqȝ
peccat in eo quod nullo modo ca
ueri poteſt. Peccatur autē. Ca
ueri ergo poteſt hoc teſtimonio
Auguſtini. Pelagius vſus eſt
diſputans aduerſus eum: immo
aduerſus gratiam ſicut Augu-
ſtinus in libro retractationū illō
et alia huiuſmodi retractans cō
memorat inquiens. In his atqȝ
huiuſmodi verbis meis: qꝛ gra-
tia dei commemorata non eſt de
qua tunc non agebatur: putant
pelagiani ſuam nos tenuiſſe ſen
tentiam: ſed fruſtra hoc putant.
Uoluntas quippe eſt qua pec-
catur et recte viuitur quod his
verbis egimus: ſed ipſa niſi dei
gratia liberetur ⁊ vitia ſuperet ⁊
adiuuetur: recte a mortalibus vi
ui non poteſt. Ecce aperte deter
minat ex quo ſenſu illa dixerit ini
micos gratie refellens.

Aliud teſtimonium auguſtini ponit quo pelagius pro ſe vtebatur.

¶ Similiter ⁊ innitebatur pela
gius verbis Auguſtini contra

gratiam: que in libro de duabus animabus dicit. Peccati inquit reum tenere quemq̃: quia non fecit quod facere non potuit: ſū-me iniquitatis et iſanie eſt. His auditis exiliit pelagius dicens. Cur ergo paruuli et illi qui non habent gratiã ſine qua non poſſunt facere mandata diuina rei tenẽtur. Hoc autẽ qua occaſione dixerit in libro retractationũ pelagio reſpondens aperit. Id enim contra manicheos dixit. Qui in homine duas naturas eſſe contendunt: vnam bonam ex deo: alteram malam ex genere tenebrarum: que nunq̃ bona fuit: nec bonum velle poteſt: quod ſi eſſet non videretur ei imputan-dum eſſe ſi non bonum faceret.

Aliud quod videtur contra dicere gratie dei addit.

¶ Alibi etiam Auguſtinus dicit ꝙ huic gratie contradicere videtur qua iuſtificamur ait in li-bro contra adamantium mani-chei diſcipulum. Niſi quiſq̃ voluntatem ſuam mutauerit bonũ operari non poteſt: quod noſtra poteſtate eſſe poſitum dominus docet vbi ait. Aut facit arborẽ bonam aut fructus eius bonos &c. Quod Auguſtinus in retractationibus non eſſe contra gratiam dei quam predicamus oſtẽdit. In poteſtate quippe homi-nis eſt mutare in melius volun-tatem: ſed ea poteſtas nulla eſt: niſi a deo detur: de quo dictũ eſt Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Cum enim hoc ſit in pote-ſtate quod cum volumus faci-mus: nihil tam in poteſtate quã ipſa voluntas eſt: ſed prepara-tur a domino voluntas: eo ergo modo dat poteſtatem.

Aliud teſtimonium eiuſdẽ quod videtur aduerſum.

¶ Sic etiam intelligendum eſt quod in eodem ait. ſcꝫ in noſtra poteſtate eſſe: vt vel inſeri boni-tate dei vel excidi eius ſeueritate mereamur: quia in poteſtate noſtra non eſt niſi quod noſtram ſequitur voluntatem: que cũ preparatur a domino facile fit opus pietatis: etiam illud quod impoſſibile et difficile fuit.

Aliud teſtimonium

¶ In expoſitione quoqꝫ qua-rũdam propoſitionum epiſtole ad Rom. quedam Auguſtinus

interſerit q̄ videtur huic doctrīe grē aduerſari. ait eīn. Qđ credimus nr̄m eſt: quod aūt bonum operamur illius eſt qui credentibus dat ſpūmſctūm: ⁊ paulopoſt Noſtrū eſt credere ⁊ velle. Illi⁹ aūt dare credentib⁹ ⁊ volentib⁹ facultatē bn̄ operādi p ſpūm ſanctū. Que qualiter itelligi debeāt Aug⁹. in lib. retractationū apit dicēs. Verū eſt quidē a deo qđ operamur bonū: ſed eadē regula vtriuſq; eſt: ⁊ volendi. ſ. ⁊ faciendi: ⁊ vtrūq; ipſius eſt: qꝛ ipſe preparat volūtatē: ⁊ vtrūq; noſtrū eſt: qꝛ nō fit niſi volētibus nobis Illa itaq; profecto nō dixiſſem: ſi iam ſcirem etiam ipſam fidem inter ſpūſſancti munera reperiri.

Adhuc addit aliud quod videtur contrarium.

¶ Illud etiam diligenter eſt inſpiciendum quod Auguſt. in li. ſententiarum proſperi ait. ſ. quia poſſe habere fidē: ſicut poſſe habere charitatem: natura eſt hoīs habere aūt fidē ſicut habere charitatē gr̄a eſt fidelium. Quod nō ita dictum eſt tanq̄ ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas: ſed quia aptitudinem naturalem habet mēs hominis ad credendum vel diligendum que dei gratia preuenta credit ⁊ diligit quod ſine gratia non valet.

Teſtimonio Hieronymi aſtruit quid tenendū de gratia et libero arbitrio: vbi triplex hereſis indicatur. ſ. Iouiniani manichei ⁊ pelagij.

¶ Id ergo de gratia ⁊ libero arbitrio indubitanter teneam⁹ qđ Hieronymus in explanatione fidei catholice ad Damaſum papam. Iouiniani et Manichei ac Pelagij errores collidens docet. Liberum inquit ſic confitemur arbitrium: vt dicamus nos ſemper indigere dei auxilio. Et tam illos errare qui cum manicheo dicunt hominem peccatū vitare non poſſe q̄ illos qui cū Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare. Vterq; tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus hominem ſemper et peccare ⁊ non poſſe peccare: vt ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrij. Hec eſt fides quam in catholica eccleſia didicimus: et quam ſemper tenuimus.

Circa viceſimā octauā diſtinctionē querit prio: vtrū viator poteſt ex ſolis naturalibus elicere actum moraliter bonū Pro huius queſtionis enodatione eſt ſupponendum quid eſt actꝰ moraliter bonus ſiue virtuoſus: nā circa finem huius libri de ipſo abunde diſcutietur: vnde actus moraliter bonus ſiue virtuoſus eſt actus elicitus conformiter ad dictamen prudentiale cum omnibus circunſtātijs neceſſarijs: vt actus dandi elemoſinam pauperi propter deū. Ulterius eſt aduertendū ꝙ magna eſt digladiatio inter doctores theologos ſuper hac difficultate: nam aliqui nominales ſequūtur diuū Tho. ⁊ diuū Bonauen. alij vero pro maiori parte ſequūtur doct. ſub. vnde diuꝰ Tho. et diuꝰ Bonauen. tenent partē negatiuā huius diffi. quos ſequit̃ Greg. de ari. ponens ꝙ requiritur vltra voluntatē humanā ⁊ influentiā dei generalē ad actū moraliter bonū auxiliū dei ſpeciale qđ prefati ſancti vocant grām: ⁊ loquūtur de grā gratis data ⁊ nō de grā gra. fa. ⁊ pro iſtius opiniōis declaratione ponit Gre. 3. ꝯclu. mirabiles quarū. Prima eſt nullus viator poteſt elicere actū moraliter bonum abſqꝫ dei auxilio ſpeciali. Scđa ꝯclu. eſt iſta nullus viator poteſt abſqꝫ auxilio dei ſpeciali de his que ad moralē vitam ptinēt ſufficienter cognoſcere quid volēdū vel nolendū agendū ⁊ vitandum ſit Tertia ꝯclu. eſt iſta: nullꝰ viator poteſt habita ſufficienti noticia agēdorum abſqꝫ auxilio dei ſpeciali velle agere ꝯformiter ad talem prudētiā Iſtas ꝯclu. probat per aliquas ſuppoſitiones ⁊ auctoritates que adducentur contra alterā opinionem.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur ſic a doct. ſub. ocħā adā ⁊ ceteris nominalibus peccator ex puris naturalibus poteſt habere attritionem de peccato omnibus circunſtantijs debite circunſtantionatam ac per hoc moraliter bonā: igit̃ ꝯclu. falſe: aſñs probatur: ſequeretur alias ꝙ pctōr iuſtificaretur abſqꝫ aliqua diſpoſitione preuia ſufficiente de congruo ex parte eius ad iuſtificationē: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probat̃ alias difficile eſſet ſaluare ꝙ deꝰ nō eſt acceptator perſonarū quū vnum iuſtificat per infuſionem gratie et alium nōn: vel oportet dicere ꝙ aliqua attritiō non moraliter bona eſt ſufficiens diſpoſitio de congruo ad iuſtificationem peccatoris.
Ad hoc argumentum reſpōdet Gregorius negando aſñs: ⁊ ad probationem negat ſequelam: nam iuſtificatio impij fit mediāte auxilio dei ſpeciali: nec propterea ꝙ dñs deus auxilietur ſpecialiter vni peccatori ⁊ nō alteri dicitur acceptator perſonarum: nam non iuuat vnum relinquēdo alterum ob diuitias nationem: aut aliquod huiuſmodi: ſed teſte Apoſtolo ad Romanos. Cuius vult miſeretur: et quem vult indurat.

¶ Secūdo arguitur ſic. viatoꝛ ex puris naturalibus poteſt habere rectum dictamen de aliquo obiecto diligendo ſuperomnia: verbi gratia de dño deo: ⁊ tali dictamini volūtas talis viatoꝛis poteſt ſe confoꝛmare ex ſolis naturalibus: igitur viatoꝛ ex ſolis naturalibus poteſt actum moraliter bonum elicere. Ad hoc argumentum facile rñdet Gregoꝛ. de ari. negando maioꝛem ⁊ minoꝛē quum ſint expꝛeſſe contra ſcd̄am ⁊ tertiā conclu. Sed contra iſtam rñſionem replicatur: viatoꝛ poteſt ex ſolis naturalibꝰ dictare de aliqua creatura quod eſt diligenda ſuper omnia: et voluntas talis viatoꝛis poteſt ſe cōfoꝛmare tali dictamini ex ſolis naturalibus: ergo viatoꝛ ex ſolis naturalibus poteſt elicere aut dictare de dño deo ꝙ eſt diligendus ſuper omnia: ⁊ voluntas talis viatoꝛis poteſt ſe confoꝛmare ex ſolis naturalibꝰ tali dictamini. ꝯña tenet per locum a foꝛtioꝛi: añs patet de multis romanis qui iudicarunt herculē eſſe ſuper omnia diligendum: et de Nabugodenoſoꝛe qui dictabat ſe eſſe deum ⁊ diligendū ſuper omnia: ⁊ multis alijs. Ad hanc replicam rñdetur a multis modernis iſtam opinionem defenſare volentibꝰ negando ꝯñam ſed non ſignatur ab eis ſufficiens cauſa negationis maxime: quia facilius eſt dictare ꝙ diligēdꝰ eſt deꝰ ſuper omnia: ꝙ̄ dictare ꝙ pura creatura eſt diligenda ſuper omnia.

¶ Tertio arguitur ſic. omnis potentia libera poteſt habere aliquē actum circa ſuum obiectum ⁊ nō neceſſario deoꝛdinatū. ergo poteſt habere oꝛdinatum actū: ⁊ per ꝯñs bonum. Ad hoc argumentū rñdet grego. ꝙ ſi ſecludatur auxilium dei ſpeciale neceſſario: talis potentia libera habet actum deoꝛdinatum: nam impoſſibile eſt potentiam liberam ſine auxilio dei ſpeciali elicere actum oꝛdinatum ſeu moꝛaliter bonum. Et ſi replices: poteſt voluntas libere ex ſe ſufficienter in actum demeritoꝛium. ergo etiam poteſt ex ſe ſufficienter in actum meritoꝛium: negatur ꝯña que etiam eſt neganda ab ipſo doctoꝛe ſubtili Ocham et alijs nominalibus.

¶ Quarto arguitur ſic. viatoꝛ poteſt ex ſolis naturalibus honoꝛare parentes ⁊ indigenti ſubuenire: ⁊ viriliter pꝛo patria pugnare: igitur viatoꝛ poteſt elicere ex ſolis naturalibus actum moꝛaliter bonum. Ad hoc argumentum reſpondet grego. ꝙ ꝗuis tales actus ſint de genere boni: non tamen ſunt moꝛaliter boni nam ſemper deeſt aliqua circunſtantia: ſaltem circunſtantia vltimi finis

¶ Quinto arguitur ſic. idem actus poteſt elici ſcd̄m ſpeciem a voluntate habituata ⁊ a voluntate non habituata. ergo idem actus pōt elici a voluntate ⁊ charitate: ⁊ voluntate ſine charitate. Hoc argumentū non militat contra Grego. ratio eſt: quia vltra charitatem ponit grego. auxilium dei ſpeciale. Pꝛopterea conceditur ꝙ idem actus ſcd̄m ſpeciē moraliter bonus poteſt elici a voluntate cum charitate ⁊ ſine charitate: nō tamen ſine auxilio dei ſpeciali quod

oporteret probare. Et ſi replices ex frequentia actuum moraliter bonorum generatur habit⁹ moraliter bonus: et talis habitus poterit poſtea elicere actus moraliter bonos. ergo opinio nulla. Ad hoc rñdet grego. ꝙ talis habitus moraliter bonus non poteſt producere habituz moraliter bonum: ſeu actū ſine auxilio dei ſpecialí: ita ꝙ voluntas ⁊ habitus moraliter bonus non ſufficiuntur ꝓducere actum moraliter bonum ſine auxilio dei ſpeciali.

Sexto arguitur ſic. obſtetrices egyptiorum produxerunt actus moraliter bonos: quando noluerunt occidere aut extinguere filios iſrael ſine auxilio dei ſpeciali. igitur ꝯclu. nulle: añs probatur: meruerunt per tales actus ꝙ dñs deus edificaret illis domos: vt habetur in. i. cap. exodi: ergo tales actus erant moraliter boni. Ad hoc argumentū reſpondet grego. ꝙ tales obſtetrices habuerūt auxilium dei ſpeciale: nam erāt edocte a mulieribus filioꝝ iſrael ꝙ erat vnus deus creator celi et terre.

Septimo arguitur ſic. romani fecerunt multos actus moraliter bonos ſine auxilio dei ſpeciali. igitur opinio nulla: añs patet expreſſa auctoritate diui Augu. dicentis in lib. de ciuitate dei ꝙ per tales actus romani meruerunt dominium orbis terrarum. Ad hoc argumentum dat duas ſolutiones grego. Prima eſt ꝙ romani habuerunt auxilium dei ſpeciale. Alia eſt ꝙ tales actus non fuerunt moraliter boni q̄uis erant de genere bonorum: ratio eſt: q: fiebant ob malum finē. ſ. propter gloriam ⁊ laudē humanam: quare mercedem ipſorum in hoc mundo acceperunt.

Octauo arguitur: ſequeretur ꝙ omnis actio infidelium deliberata eſſet peccatum mortale: ꝯñs ē falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur: ſequeretur ꝙ infidelis dādo elemoſinam peccaret mortaliter: ſimiliter teſtificando verum: ꝯñs eſt falſum: igitur. Ad hoc argumentum rñdet grego. negando ſequelam: ⁊ dicit ꝙ dominus deus talibus infidelibus auxiliatur ſpecialiter. Sed contra hoc replicatur procedendo de pure infideli: omnis actio pure infidelis deliberata eſt fruitio creature. ergo eſt peccatum mortale: ꝯña tenet per diuum Auguſt. in p̄io lib. de doctrina chri. dicentem. Summa peruerſitas eſt in rebus frui vtendis et vti fruendis.

Nono arguitur ſic. ſeq̄retur ꝙ viator non poſſet vti volūtate ſua niſi male. ꝯñs eſt contra Augu. in. 2. lib. de libero arbitrio: igitur imo ſeq̄retur ꝙ voluntas eſſet determinata ad malum. Ad hoc argumentum reſpondet Grego. concedendo ſequelam ſecludendo auxilium dei ſpeciale: et concedit ꝙ ſecluſo auxilio dei ſpeciali volūtas eſt determinata ad malum: ⁊ ꝑ ſe habet auctate dñi dei gene. 8. cap. dicentis. Senſus et cogitatio cordis humani prona ſunt ab adoleſcentia ſua ad malum: ⁊ ad auctoritatem auguſtini dicit q̄ ipſe non ſecludit auxilium dei ſpeciale.

¶ Decimo arguitur ſic. viator in ſolis naturalibus tenetur bñ velle moraliter: ergo poteſt bene velle moraliter: ꝯña tenet: quia alias nõ peccaret. Ad hoc argumentũ rñdet a grego. negando ꝯñam: et ratio eſt quia licet obligetur viator in ſolis naturalibꝰ bene velle moraliter: nõ tamen obligatur bene velle moralr ex ſolis naturalibus: ꝓpterea ſi nõ velit bene moraliter quãdo tenetur peccat.

¶ Undecimo arguitur. inquirendo de iſto ſpeciali auxilio: aut eſt aliquod donum dei: aut ipſe deꝰ immediate efficiẽs actũ moraliter bonum: nullum iſtorum eſt dandum: igitur non eſt ponendum tale auxilium dei ſpeciale: ꝙ non poſſit dari primũ patet: quia exiſtens in peccato mortali bene agit moraliter: qḋ non poſſit dari ſcḋm patet: qꝛ tunc neceſſitaret viatorem ad bene agendum moraliter. Ad hoc argumentũ reſpondet Grego. dando ſcḋm membrum: et dicit ꝙ auxilium dei ſpeciale eſt quedam ſpecialis dei aſſiſtẽtia que aſſiſtit ⁊ coefficit cum voluntate actum moraliter bonum: ⁊ negat ꝙ propterea neceſſitet viatorem ad bene agendum moraliter: veluti nõ neceſſitat viatorem quando concurrit concurſu generali: vnde ſicut mere contingenter iuuat concurſu generali voluntatem: ita etiam mere contingenter iuuat voluntatem concurſu ſpeciali ad actum moraliter bonũ

¶ Duodecimo arguitur ſic. viator poteſt adimplere precepta legis ſcripte ſine auxilio dei ſpeciali: igitur opinio nulla: añs patet expreſſa auctoritate apli ad Rom. 2. dicẽtis. Quum gentes que legeꝫ non habẽt naturaliter ea que legis ſunt faciunt ipſi ſibi ſunt lex. Ad hoc argumentũ reſpondetur a Grego. ꝙ apl's loquitur de gentilibus conuerſis ad fideꝫ catholicam: ⁊ ꝙ non ſecludit auxiliũ dei ſpeciale: ſed hec ſolutio videtur contra illam particulam quaꝫ ponit apoſtolus naturaliter.

¶ Decimo tertio arguitur ſic. homini precipitur bene agere moraliter: aut ergo eſt poſſibile vel impoſſibile: ſi primũ habetur intentum: ſi ſcḋm eſt contra diuũ Hieronymum in expoſitione fidei catholice dicentes. Exſecramus eorũ blaſphemiã qui dicunt impoſſibile aliquid homini adeo eſſe preceptum: ⁊ mandata dei non a ſingulis: ſed ab omnibus poſſe ſeruari. Ad hoc argumentum reſpondetur a grego. ꝙ ſi ſecludatur auxilium dei ſpeciale: impoſſibile eſt viatori adimplere precepta dei: nec hoc eſt contra diuum Hieronymum nam ipſe in loco citato includit graciam dei que eſt ipſum auxilium dei ſpeciale.

¶ Decimo quarto arguitur ſic ſequeretur ꝙ viator non adimplẽdo precepta dei non peccaret: ꝯſequẽs eſt falſum: igitur ſequela probatur: non eſt in poteſtate viatoris adimplere precepta: ergo non peccat: ꝯſequentia teneꝫ auctoritate diui Augu. in libro de duabus animabus dicentis. Differentie peccati reum teneri quẽq̃: qꝛ non fecit qḋ facere non potuit: ſumme iniquitatis eſt ⁊ inſanie.

Ad hoc argumentuz reſpondetur a Grego. ꝙ diuus Augu. non ſecludit auxilium dei ſpeciale: imo in omnibus libris ſuis ipſum includit: idcirco ꝗuis non ſit poſſibile viatori adimplere ꝑcepta ſine auxilio dei ſpeciali poteſt tamen cum ipſo adiplere precepta dei qđ ſufficit.

¶ Decimo quinto arguitur ſic. non eſt in poteſtate viatoris: ꝙ dñs deus ipſum iuuet ſpecialiter. ergo non eſt in poteſtate viatoris bñ agere moraliter. Si dicas vt dicit Grego. ꝙ ꝯña non valet: nam inſtãtia patet de concurſu dei generali: ſi dominus non iuuat generaliter viatorem ad ambulandum non poterit ambulare: et tamen in poteſtate viatoris eſt ambulare. Contra hoc arguitur: ſequeretur ꝙ ſi dominus deus non iuuaret viatorē ſpecialiter talis viator non peccaret: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: ſi domin⁹ de⁹ non iuuet viatorem generaliter: viator nunꝙ̃ peccabit: eſto ꝙ non faciat illđ ad quod alias obligaretur. ergo ſi deus non iuuat ſpecialiter viatorem etiam non peccabit viator: ꝯña tenet: quia vtrobiqꝫ eſt in potentia operandi. Ad hoc reſpondet Gregorius: ꝙ talis impotentia prouenit in tali viatore non adiuto ſpecialiter propter culpam peccati originalis: idcirco ſibi imputatur.

Contra iſtam ſolutionez vltra replicaz que poſſit fieri contra Gregoriū de neceſſaria continuatione peccati: arguitur ſic. poſito ꝙ talis viator nō habeat peccatum originale: et dominus de⁹ non iuuet eum ſpecialiť: tunc talis impotentia non prouenit ex culpa. ergo tunc quicquid faciat non peccabit.

¶ Decimo ſexto arguitur ſic. poſito ꝙ dominus deus precipiat alicui viatori: ꝙ in prima quarta hore non diligat proximum: ſed bene in ſecunda quarta: tunc in pria quarta hore poteſt viator diligere proximum ſine auxilio dei ſpeciali. ergo etiam poteſt diligere proximum in ſecunda quarta hore ſine auxilio dei ſpeciali. ꝯſequentia tenet: quia non poteſt dari diſcrimen: et ꝙ poſſit in prima quarta patet: quia tunc talis actus eſt malus.

Ad hoc argumentum bene negatur cōſequentia: ſed nunꝙ̃ datur diſcrimen ſatians intellectum.

¶ Decimoſeptimo arguitur ſic volo ꝙ aliquis habeat vnum argumentum thopicum: ꝙ deus eſt diligendus ſuper omnia: tunc per imperium voluntatis poterit aſſentire illi dictamini deus eſt diligendus ſuper omnia: igitur opinio nulla. ſi dicas ꝙ ad tale imperium concurrit auxilium dei ſpeciale: contra pono ꝙ tale imperium ſit malum: videlicꝫ volo aſſentire illi ob vanam gloriam: vel propter aliuz malum finē.

¶ Decimo octauo arguitur ſic formet aliquis viator qui nullū votū fecit hãc ꝯñaz. ſ. oportet me ingredi religionē ex debito obligatiōis. ğ licitum eſt mihi ingredi religionē propter deū: tunc talis viator aſſentiet añti ⁊ bonitati ꝯñe ſine auxilio dei ſpeciali. ergo aſſentiet etiam ꝯñti ſine auxilio dei ſpeciali.

¶ Decimo nono arguitur ſic. volo q aliquis viator habeat duas cōſcientias ſeu duo dictamina. Primū dictamen ſit: diligendus eſt deus ſuper omnia. Scdm dictamen ſit: non eſt in hac hora elicienda dilectio dei ſuper omnia: vel cape de datiōe elemoſine dictamina. i. dāda eſt elemoſina pauperi propter deum: non eſt danda elemoſina i hac hora: tūc talis viator poteſt in hac hora elicere volitionem dandi elemoſinam efficacem ſine auxilio dei ſpeciali: ergo poſt hanc horam poterit cōtinuare eandem volitionē vel elicere vnā ſibi ſimilē ſine auxilio dei ſpeciali.

¶ Uiceſimo et vltimo arguitur ſic. poſito caſu q aliquis viator bonus xpianus credat ſuum vicinum eſſe pauperē: et in rei veritate talis vicinus eſt diues: et habeat talis viator iſtud dictamen. ſ. danda eſt elemoſina huic pauperi vicino meo propter deum: et eliciat volitionem conformem tali dictamini: tunc auxiliū dei ſpeciale non concurrit ad tale dictamen: et tale dictamen eſt prudētiale: igitur opinio nulla: maior probatur: tale dictamen eſt falſum: quū talis vicinus nō ſit pauper. ergo auxilium dei ſpeciale non concurrit ad tale dictamen: iam probatur minor tale dictamen eſt regulatiuū illius actus moraliter boni quo talis viator vult dare elemoſinam pauperi propter deum: igitur eſt dictamen prudentiale.

¶ Iam arguitur auctoritatibus ſacre pagine contra iſtam opinionē Prima habetur eccli. 15. cap. Deus ab initio cōſtituit hominem et reliquit illum in manu conſilij ſui: adiecit mandata et precepta ſua ſi volueris mādata cōſeruare conſeruabūt te: apoſuit tibi aquam et ignem ad quod volueris porrige manum tuā ante hominem vita et mors bonum et malum quod placuerit dabitur illi. Scda auctas habetur prie ad corin. 7. ſcz q homo poteſtatem habet ſue volūtatis. Inſuper aug. ſup. 2 cap. ad rom. allegatū inquit: q quedam facta infidelium ſunt que non poſſumus non laudare. Ad primam auctem rñdet Grego. q intelligitur de primo homine pro ſtatu innocentie: et non intelligitur pro ſtatu nature lapſe. Ad aliam auctem Apli q non ſecludit inquit auxilium dei ſpeciale: nam teſte pho. Que per alios facimus per nos ipſos dicimur facere. Ad auctem augu. rñdet q intelligitur de bonis operibus in genere: et non de operibus moraliter bonis Sed poteſt replicari probando q talia non ſunt laudanda: quia ſūt fruitiones creature vt replicatum eſt: proportionabiliter poteſt rñderi ad omnes auctates que pñt adduci.

¶ Alia eſt opinio doctoris ſubtilis: quā ſequūtur Guillermus ochā: et Adam godā: et car. came. et multi alij: iuxta quam ponūtur tres cōclu. cōtradictorie cōcluſionibus Gregorij quarum prima eſt iſta. Uiator pōt ex ſolis naturalibus elicere actum moraliter bonum. Scda conclu. eſt iſta: viator poteſt ex ſolis naturalibus habere dictamen prudentiale dictans quid agendum quid volendum quid nolendum cum omnibus

circunſtantijs requiſitis. Tertia cō
cluſio eſt iſta. viator habens tale di-
ctamen prudentiale poteſt ſe confor
mare ex ſolis naturalibus tali dicta
mini. Iſte tres conclu. patent ex. 20.
argumentis et aucto. deductis in al-
teram opinionem.

¶ Contra iſtas conclu. arguit
Grego. nullus viator poteſt tētatio-
nem diaboli abſq ſpeciali dei auxi-
lio ſuperare: ergo nullus viator po-
teſt elicere actum moraliter bonum
ex ſolis naturalibus: aūs patz: in iu
dicio epiſcopali paleſtino fuit inter
cetera obiectum pelagio eum dicere
victoriam tentationum nobis nō ex
dei adiutorio eſſe: ſed ex libero arbi
trio: hoc tanq̄ catholice veritati cō-
trariuz anematizare compulſus eſt
vt: refert diu⁹ Auguſt. in epiſtola ad
diuū Paulinū nolanū epiſcopum.

¶ Ad hoc argumentum rñde-
tur diſtinguendo aūs: vel imperfe-
cte: et ſic negatur illud nec probatur
in iſto ſenſu: vel perfecte: et ſic conce
ditur illud: nam ad perfectam ſupe-
rationem requiritur gratia gratū fa
ciens: ratiōe cuius mereatur coro-
nam: nam illa eſt perfecta victoria
qua hōmo meretur coronaz vite eter
ne: et negatur ɔña: ratio eſt: quia nō
quilibet actus moraliter bonus eſt
meritorius vite eterne: ſed ſolum il-
le qui elicitur ex gratia vel cum gra-
tia gratum faciente.

¶ Scdo arguit ſic Gregorius
ſequeretur q orationes fidelium eſ-
ſent ſuperflue quibus orant deum:
vt poſſint ſuperare tentationes et eli
cere opera ſtudioſa etc. ɔñs eſt abſur
dū et contra conſuetudinem ſctē ma
tris eccleſie igitur ſequela probatur
nos poſſumus ſine auxilio dei ſpe-
ciali reſiſtere tentationibus et elicere
actus moraliter bonos: igitur incaſ-
ſum tali apetimus a deo. Ad hoc ar
gumentum rñdetur negando ſeque
lam: et ad probationem negat ɔña:
ratio eſt: quia intentio fidelium non
eſt ſolum petere q talia agant: ſz q
taliter faciant q talia opera ſint ac-
cepta ad vitam eternam: et hoc non
poteſt fieri ſine auxilio dei ſpeciali:
ſcz ſine gratia gratum faciente. In-
ſuper querunt fideles a domino q ta
lia agant cum iocunditate et facilita-
te: quū multa opera ſtudioſa nō poſ
ſunt facere ſine magna difficultate.

¶ Tertio arguitur ſic. ad ſingu
los actus bonos requiritur auxiliuz
dei ſpeciale: igitur conclu. nulle: aūs
patet: pelagius in iudicio paleſtino
allegato fuit compulſus fateri gra-
tiam dei ad ſingulos actus dari: vt
aſſerit diu⁹ Auguſt. in prefata ep̄la
igitur ad omnes actus bonos requi
ritur auxilium dei ſpeciale. Ad hoc
argumentum rñdetur q pelagi⁹ ſo-
lum fuit compulſus illud fateri de
actibus bonis bonitate meritoria:
non autem de actibus bonis morali
ter. Contra iſtam ſolu. arguitur: ali
ter indiget viator iuuari a dño deo
ad actus bonos q̄ ad actus malos:
ſed ad actus malos concurrit deus
generali concurſu: ergo ad actus bo
nos moraliter concurrit deus cocur-
ſu ſpeciali: aūs probatur: actus bo-
ni attribuuntur deo: et actus mali nō
aſcribuntur deo: igitur aliter concur
rit de⁹ ad actus bonos q̄ ad actus

malos. Ad hanc replicam rñdet negando añs: procedendo de actibus ſemper bonis ⁊ non meritorijs: ⁊ ad probationem diſtingo ꝙ actus mali non aſcribantur deo: vel ea ratione qua ſunt mali: et ſic conceditur: vel ea ratione qua ſunt actus vel operationes: et ſic negatur: imo ea ratiõe qua ſunt operationes adeo bene attribuũtur deo ſicut actus boni. Contra iſtam ſolutione arguitur: ſequeretur ꝙ viator per peccatum non incurriſſet ignorantiam agendorum: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet poteſt viator ex ſolis naturalib⁹ habere dictamen prudentiale de omnibus circunſtantijs requiſitis ad agẽdum. ergo non incurrit ignorantiaꝫ agendorum. Ad hanc replicaꝫ reſpõdetur negando ſequelam: et ad probationem negatur ꝯña: et ratio eſt: quia licet reſpectu aliquorum agendorum poſſit habere dictamen prudentiale: non tamen reſpectu oĩm.

¶ Quarto arguitur ſic. dicere voluntatem viatoris poſſe bene agere moraliter ſine auxilio dei ſpeciali aut intellectum viatoris poſſe ex ſolis naturalibus dictare de omnibus circunſtantijs: fuit error pelagij vt patet in epiſtola diui Auguſtini allegata: igitur ꝯcluſiões ſunt hereticę. Ad hoc argumentum rñdetur: ꝙ pelagius loquebatur de actibus bonis bonitate meritoria: et non loqutus eſt de actibus bonis moraliter non meritorijs.

¶ Auctoritatib⁹ aliquot arguitur in eaſdem ꝯclu. quarũ prima habetur ſapie. 8. ſciꝫ ⁊ vt ſciui qm̃ aliter non poſſem eſſe cõtinẽs: niſi deus det adij dñm: et illum deprecat⁹ ſuꝫ Scḋa habetur Joan. 8. Nemo põt venire ad me niſi pater meus traxerit illum. Tertia habetur Joan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Quarta habetur ad Rom. 9. Non eſt volẽtis neqꝫ currentis: ſed miſerentis. Quinta habetur. 2. ad corin. 3. cap. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſꝫ ſufficientia noſtra ex deo eſt. Sexta habetur ad philipen. 2. cap. Deus operatur in nobis velle ⁊ perficere. Pariforma diu⁹ Augu. in. 45. ca. de correctione ⁊ gratia inquit. Liberuꝫ arbitrium ad malum ſufficit ad bonuꝫ autem parum eſt niſi adiuuetur ab omnipotẽti bono. Et in epiſtola ad vitalem liberum arbitriuꝫ ad diligẽdum deum primi peccati granditate perdidimus. Similiter diu⁹ Hieronimus ait. Quãuis liberum arbitrium habeamus: ſemper tamen indigemus auxilio dei. Ad oẽs iſtas auctates ꝓportionabiliter rñdetur ſicut rñſum eſt ad argumenta: vcꝫ: ꝙ intelliguntur de bonitate meritoria et non de bonitate morali non meritoria.

¶ Queritur ſcḋo circa eandem diſtin. vtrum viator ex ſolis naturalibus poteſt quodlibet pctm̃ vitare. Pro huius difficultatis declaratiõe eſt aduertendum: ꝙ titulus. q. non intelligitur de viatore ante lapſum: nam de tali videbit in ſequẽti diſtin. ſed intelligitur de viatore ꝓ ſtatu nature lapſe. Pari forma non intelligitur de pctõ originali: ſed ſolum de peccato actuali mortali aut veniali.

Iſtis ſuppoſitis rñdet doꝰ Thom. ꝙ viatoꝛ ſingula peccata poteſt vitare:non tamen omnia.

¶ Contra iſtā opinionē arguit doctoꝛ ſub. poteſt viatoꝛ cauere iſtḋ pctm̄ ⁊ iſtud: ⁊ ſic de alijs. ergo pōt cauere oīa peccata: ⁊ maxime ſi añti addatꝛ pōt cauere iſta duo ⁊ iſta tria: et ſic de alijs. Propterea rñdet aliṫ Grego. de ari. per duas cōclu. quaꝝ pꝛima eſt iſta. Viatoꝛ non quodlibꝫ pctm̄ poteſt vitare ſine auxilio dei ſpeciali. iſta conclu. pꝛobatur ab eo: nam non pōt vitare viatoꝛ pctm̄ ꝓcedens a tentatione diaboli: qꝛ non poteſt reſiſtere tali tētationi ſine auxilio dei ſpeciali. Scđa conclu. q̄ videtur admirabilis eſt iſta. viatoꝛ exiſtens in grā gratū faciente neq̄t omne peccatum vitare ſine auxilio dei ſpeciali: iſta conclu. pꝛobatur ab eo: quia ad reſiſtendum tentationi diabolice non ſufficit gratia gratum faciens: ſed requiritur ſpecialis dei aſſiſtētia ſiue auxilium dei ſpeciale.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur pꝛimo ſic: aut peccatum eſt voluntatis aut neceſſitatis: ſi pꝛimuꝫ vitari poteſt: ſi ſcđm non eſt pctm̄: igitur conclu. nulle. Scđo arguiṫ ſic viatoꝛ debet eſſe ſine pctō. ergo poteſt eſſe ſine pctō: ⁊ per ꝯñs pōt vitare pctm̄ Tertio ſic: pꝛeceptū eſt viatoꝛi vitare pctm̄: ergo pōt ipm̄ vitare. Quarto ſic: ſi hō non poſſet eſſe ſine pctō vel hoc pꝛouenit ex culpa eius vl' alterius: non pꝛimū nec ſcđm: quia nemo debet poꝛtare iniquitatē alteriꝰ igitur. Quinto arguitur ſic: natura viatoꝛis eſt bona: nemo hoc negaret niſi marchiō aut manicheꝰ: igiṫ viatoꝛ ex ſolis naturalibus poteſt vitare quodlibet peccatū. Ad pꝛimū iſtorū rñdetur dando pꝛimū membꝛuꝫ: ⁊ qn̄ infert. ergo poteſt vitari: diſtingo vel cū auxilio dei ſpeciali: ⁊ ſic cōceditur ꝯña cū ꝯñte: ſi vero itelligas ſine auxilio dei ſpeciali: negaṫ ꝯña cum ꝯñte ꝓpoꝛtionabiliṫ eſt rñdēdū ad oīa alia cum eadem diſtinctione.

¶ Idcirco arguitur cōtra ſcđaꝫ concluſionem: ſequeretur ꝙ gratia gratum faciēs ſuperflue daretur viatoꝛi: ꝯſequens eſt abſurdum: igitur ſequela pꝛobatur: mediante ipſa nō poſſumus vitare peccata. ergo ſuperflue datur viatoꝛi. Ad hoc argumentum reſpondetur negando ſeq̄lam: et ad pꝛobationem negaṫ ꝯña: et ratio eſt: quia licet mediante ea nō poſſumus vitare peccata ſine auxilio dei ſpeciali: imo nec elicere actum moꝛaliter bonum: nihilominꝰ reddit nos ⁊ opa noſtra accepta ad vitam eternam. Contra iſtam ſolu. arguiṫ: ſeq̄reṫ ꝙ ſi alicui viatoꝛi exiſtenti in grā gratū fa. nō daret auxiliuꝫ ſpāle dñs deꝰ: talis viatoꝛ non poſſet vitare peccata: ⁊ ex ꝯſequenti neceſſario peccaret: ꝯñs vr̄ abſuduꝫ: igr̄ abſurditas ꝯñtis ptꝫ: qꝛ talis viatoꝛ erit ī grā gra. fa. ⁊ ī pctō moꝛtali imo ſequiṫ ꝯtradictio. ſ. ꝙ talis non peccabit ⁊ peccabit: nā ſi nō hēt auxiliū dei ſpāle: ſequiṫ ex iſta opiniōe ꝙ peccabit ⁊ ꝙ nō peccabit: ptꝫ qꝛ non eſt ex culpa ſua poſtq̄ hꝫ grām gratū fa. vel alias dñs deus obligaret talē viatoꝛē ad īpoſſibile qḋ eſt ꝯtra diuū Hiero. ī expoſitiōe fidei catholice ad Damaſū pap. vt ſu. citatū eſt

Contra iſtam opinionem Grego. ſunt aliquot auctes quibus dñs deꝰ precepit: ꝙ nos faciamꝰ nos ſctõs et perfectos. Prima eſt veteris teſtamenti.ſ. ſancti eſtote quoniã ſanctus ſum. Scḋa eſt noui teſtamenti ſcꝫ Mat.5. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt.

¶ Propter iſta argumenta et auctoritates rñdetur a quodam moderno.ſ. Gabriele biel: ꝙ omnia peccata et ſingula: et quodlibet viator poteſt vitare ex ſolis naturalibus. Contra iſtam rñſionem arguitur ſic datur aliquod peccatum quod non poteſt vitari a viatore ex ſolis naturalibus: igitur rñſio nulla: añs pbaẗ peccatum de non ſuſcipiendo baptiſmo non poteſt vitari ex ſolis naturalibus: igitur aſſumptum verum: añs patet: vel quando ſuſcipiet erit ĩ gratia aut ſine gratia: ſi primũ iam non vitat ex ſolis naturalibus peccatum ſi ſcḋm peccat: ergo non poteſt vitare peccatum de non ſuſcipiendo baptiſmo ex ſolis naturalibus. Inſuper viator non poteſt ex ſolis naturalibus vitare peccatuꝫ de non ſuſcipiẽda euchariſtia: igitur non quodlibet peccatum poteſt vitare ex ſolis naturalibus: añs poteſt probari eodem modo vt probatum eſt de ſacramento baptiſmi: pari forma poteſt argui de omnibus alijs ſacramentis.

¶ Propter iſta argumenta aľr rñdetur: ⁊ pro maiori intelligentia notandum eſt ꝙ duplicia ſunt peccata: quedam ſunt contraria legi naturali: et alia ſunt ſolum contraria legi diuine poſitiue.

¶ Iſto notabili ꝑſuppoſito rñdetur per duas conclu. quarum prima eſt iſta. Omnia peccata contraria legi nature poteſt viator ex ſolis naturalibus vitare. iſta conclu. patet ex argumentis deductis. Scḋa conclu. eſt iſta. non omnia peccata contraria legi diuine poſitiue poteſt viator ex ſolis naturalibus vitare: iſta concluſio patet ex argumentis deductis contra Gabrielem.

¶ Contra iſtas conclu. non poſſunt fieri argumẽta niſi per auctoritates ſanctorum ad quas patet rñſio ex p̄cedenti queſtione.

Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante et cooperante.

Diſtinctio. XXIX.

Eſt hec cõſiderãdũ eſt vtruꝫ homo ante peccatũ eguerit gratia operante et cooperante. Ad quod breuiter dicimus: quia non cooperante tantum: ſꝫ etiam operante gratia indigebat non quidem ſecundum omnem operandi moduꝫ operantis gra

tie. Operatur enim liberando et preparando voluntatem hominis ad bonum. Egebat itaq; homo ea: non vt liberaret voluntatem ſuam que peccati ſerua non fuerat: ſed vt prepararet ad volēdum efficaciter bonu; quod per ſe non poterat. Non enim poterat bonum mereri ſine gratia: vt Auguſt. in enchi. euidenter tradit. Illam inquit immortalitatē in qua poterat non mori natura humana perdidit per liberum arbitrium. Hanc vero in qua non poterat mori acceptura eſt per gratiam quam fuerat ſi non peccaſſet acceptura per meritum: q̄uis ſine gratia nec tunc vllu; meritum eſſe potuiſſet: quia et ſi ipſum peccatum in ſolo erat arbitrio conſtitutum: non tamen iuſticie habende vel retinende ſufficiebat liberum arbitrium niſi diuinum preberetur adiutorium. Ecce his verbis ſatis oſtenditur φ ante peccatum homo indigebat gratia operante & cooperante. Non enim habebat quo pedē mouere poſſet ſine gratie operātis et cooperātis auxilio: habuit tamen quo poterat ſtare.

Quod homo ante lapſum virtutes habuerit.

¶ Preterea queri ſolet: vtrum homo ante lapſum virtutem habuerit. Quibuſdam videtur qđ non habuerit: id ita probare conantibus. Juſticiam inquiunt non habuit: quia preceptum dei contempſit nec prudentiam: q: ſibi non prouidit: nec temperantia;: quia aliena appetijt: nec fortitudinem: quia praue ſuggeſtioni ceſſit. Quibus reſpondentes dicimus eum quidem non tunc habuiſſe has virtutes quando peccauit: ſed ante et tunc amiſiſſe. Quod multis ſanctorum teſtimonijs comprobatur. ait eni; Auguſtin⁹ in quadam omelia. Adam perdita charitate malus inuentus eſt: item. Princeps viciorum diu; vicit Adam de limo terre ad ymaginem dei factum pudicitia armatu;: temperantia compoſitum: charitate ſplendidū primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit: pariterq; peremit. De hoc eodē ambroſi⁹ ad Sabinum ait. Quādo adam ſolus erat non eſt preuaricatus: quia eius mens deo adherebat. Super pſal'. quoq; dicit. φ homo ante peccatum beatiſſimus auram carpebat etheream Sed quomodo ſine virtute beatiſſimus erat. Auguſtin⁹ quoq;

ſuper Geneſim dicit Adam an te peccatum ſpirituali mēte pre- ditum fuiſſe. Non eſt ergo dubi tandum hominem ante peccatū virtutibus fulſiſſe: ſed illis p pec catum expoliatum fuiſſe.

De eiectiōe hominis de pa- radiſo.

¶ In illius quoq; peccati pe- nam eiectus eſt de paradiſo in iſtum miſeriarum locum ſicut in Geneſi legitur. Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam: et ſu mat de ligno vite et comedat et viuat ineternum: emiſit eu; deus de paradiſo voluptatis. His ver bis inſinuari videtur q nunquā moreretur: ſi poſtea de ligno vi- te ſumpſiſſet.

Quomodo intelligendum ſit illud ne ſumat de ligno vi te: et comedat et viuat ine- ternum.

¶ Sed quia per peccatum iam mortuum corpus habebat illa verba et tali intellectu accipi poſ- ſunt. Deus modo irati loquens de homine ſuperbo ait. Uide te ne forte mittat manu; ſuum ⁊c. id eſt cauete vos angeli ne come dat de ligno vite quo indignus eſt: de quo ſi perſtitiſſet comede ret et viueret ineternum. Sed modo propter inobedientia; in dignus eſt comedere. Et ſicut verbo dixit ita opere exhibuit. Emiſit enim eum deus de para diſo voluptatis in locum ſibi cō gruum: ſicut plerūq; malus cu; inter bonos viuere ceperit: ſi in melius mutari noluerit: de bo- norum congregatione pellitur pōdere praue cōſuetudinis pſſ⁹.

De flammeo gladio aū pa radiſum poſito.

¶ Ne vero ad illud poſſet acce dere: collocauit deus ante para- diſum cherubin ⁊ flammeu; gla dium atq; verſatilem ad cuſto- diendam viam ligni vite. Quod iuxta litteram poteſt hoc modo accipi. quia per miniſterium an- gelorum ignea cuſtodia ibi cōſti tuta fuit. Hoc enim per celeſtes poteſtates in paradiſo viſibili fa ctum eſſe credendum eſt: vt per angelicum miniſterium ibi eſſet quedam ignea cuſtodia: non ta- men fruſtra: ſed quia aliquid ſi- gnificat de paradiſo ſpirituali. Cherubin eni; interpretatur ple nitudo ſcientie: hec eſt charitas: quia plenitudo legis eſt dilectio

Gladius autem flammeus pene temporales ſunt que verſatiles ſunt: quia tempora volubilia ſunt. Illa ergo ad cuſtodiam ligni vite: ideo poſita ſunt ante paradiſum: quia ad vitam non reditur niſi per cherubin. ſ. plenitudinem ſcientie: ideſt charitatem: et per gladium verſatilem: ideſt tollerentiam paſſionum tpaliũ.

An homo ante peccatum comederit de ligno vite.

¶ Poteſt autem queri: vtrum de ligno vite ante peccatum comederit homo. De hoc Aug⁹. in lib. de baptiſ. par. ſic ait. Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignam diaboli pſuaſionem abſtinuiſſe a cibo vetito: atq3 vſi fuiſſe conceſſis. His verbis oſtenditur ꝙ de ligno vite ante peccatum ſumpſerit: quibus preceptum erat vt de omni ligno paradiſi comederẽt: niſi de ligno ſcientie boni et mali.

Quare nõ ſunt facti imorta les ſi comederũt de ligno vite

¶ Quare ergo perpetua ſoliditate ꝛ beata immortalitate veſtiti non ſunt: vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentur Hanc enim virtutẽ naturaliter illud lignum habuiſſe dicitur. Sed forte hoc non conferebat niſi ſepe de illo ſumeretur. Potuit ergo fieri vt de illo ſumeret ſemel et non ſepius: qui per aliquam moram in paradiſo fuiſſe intelligitur: cum ſcriptura dicat cum ibi ſoporatum fuiſſe: quãdo coſta de latere eius aſſumpta eſt ꝛ inde formata mulier: ꝛ aĩalia añ eũ deducta: quib⁹ noĩa ĩpoſuit.

Circa. 29. diſtinctionẽ q̃rit pͥo: vtrũ pͥm⁹ parẽs ex ſolis naturalibus potuit añ lapſũ elicere actũ moraliter bonum. Ad hãc difficul rñdet diu⁹ Tho. per duas ꝯclu. quarũ pͥa eſt iſta. Adaz potuit añ lapſũ ex ſolis natu. elicere actũ moralr bonũ virtutis acq̃ſite. iſta ꝯclu. pbaẗ a diuo Tho. qꝛ pͥm⁹ parẽs añ lapſũ hẽbat naẗalia adeo ſplẽdidaq̧ poterat recte iudicare de oĩbus neceſſario req̃ſitis ad actũ virtutis acq̃ſite: ꝛ tali dictamini ſiue iudicio volũtas pͥmi parẽtis poterat ſe coformare. Scða ꝯclu. eſt iſta: pͥmus parẽs nõ poterat ex ſolis natu. elicere actũ moralr bonũ virtutis infuſe. iſta ꝯclu. ptʒ: qꝛ ad talẽ actũ virtutis infuſe neceſſario requiriẗ ipſa virtus ĩfuſa. Sed hec opinio nõ placet Grego. de ari. idcirco ponit duas ꝯclu. aliis ꝯtrarias quaꝝ pͥa ẽ iſta: pͥm⁹ parens nullũ actũ moralr bonũ poterat elicere: ex ſolis naẗalib⁹.

Scđa ꝯclu. eſt iſta. primus parẽs
cum gratia gratum faciente poterat
elicere actum moraliter bonum ſine
auxilio dei ſpeciali. Iſtas ꝯclu. ꝓ
bat per auctatem diui Augu. quarũ
prima habetur in libro citato de cor
rectione ⁊ gratia: ⁊ ſcđa habetur in
enchiridió vt citatũ eſt in precedẽti
queſtione. Rationibus etiam ꝓbat
iſtas ꝯclu. Prima eſt iſta: ſequere
tur ꝙ adam potuiſſet ſeipſum de nõ
bono facere bonum: ꝯñs eſt falſum:
igitur falſitas ꝯñtis probatur: ange
li ante lapſum non poterant ex ſolis
naturalibꝰ facere ſe bonos. ergo nec
ꝙ primus parens: añs patet ex ꝑſſa
auctoritate diui Augu. in .8. cap. 12.
lib. de ciuitate dei dicentis: ꝙ ange-
li non poterant ſe facere meliores ſi
ne deo ꝙ̃ ipſe eos fecerat. Inſup ſe
queretur ꝙ primus parens potuiſ-
ſet ex ſolis naturalibus ſeruare diui
num mandatum ⁊ diaboli tentatiõi
reſiſtere ⁊ in iuſticia permanere: ꝯñs
eſt contra Auguſt. in .47. cap. lib. de
natura ⁊ gratia dicentem ꝙ ade libe
rum arbitrium iuuabatur per grãm
vt ſine hoc adiutorio in bono nõ ma
neret: et idem dicit in .16. ca. ſup. 100
enchiridij. Et ſi arguas contra eum
adam poſt lapſum habebat idem in
geniũ quod ante lapſum. ergo ſi an
te lapſum poterat recte iudicare de
agendis etiam poſt lapſuꝫ. negatur
ꝯñia: ratio datur ab eõ: quia ante la-
pſum ingenium erat integrum: ſed
poſt lapſum ingenium ipſius eſt vul
neratum.
Cõtra iſtas duas ꝯclu. poſſent fieri
argumenta ſimilia illis q̃ deducta
fuere in precedenti queſtione: ſꝫ bre
uiloquij amore omittuntur.

¶ Alia eſt opinio docto. ſub. et
Guillermi ocham ⁊ dñi car. came.
reſpondentium affirmatiue ad titu-
lum queſtionis. Iſta reſponſio ꝓba
tur: per locum a maiori adaꝫ poſt la
pſum potuit ex ſolis naturalibus eli
cere actum moraliter bonum. ergo
a fortiori ante lapſum poterat elice-
re actum moraliter bonum ex ſolis
naturalibus: ⁊ añs patet ex precedẽ
ti queſtione.

¶ Circa iſtam materiaꝫ dubita
tur: primo vtrum adam in ſtatu ino
centie fuit acceptus deo ſine gratia
gratum faciente. Ad hoc dubium rñ
det diuus Bonauen. ꝙ bene fuit ac
ceptus acceptatiõe generali: de qua
habetur geñ. 1. cap. Uidit deus cun
cta que fecerat ⁊ erant valde bona:
non tamen fuit acceptus acceptatio
ne ſpeciali que eſt ad vitam eternaꝫ
nam ſcđm legem dei ordinatam im
poſſibile eſt aliquem eſſe acceptum
ad vitam eternam ſine gratia gra-
tum faciente.

¶ Dubitatur ſcđo: vtrum adaꝫ
in ſtatu innocẽtie habuit omnes vir
tutes quas nos habemus. Ad hoc
dubiuꝫ rñdet ꝙ ipſe habuit aliquas
quas nos non habemus. ſ. iuſticiaꝫ
originalem et dominium perfectuꝫ
ſuper omnia animalia: ⁊ nos habe-
mus etiam multas virtutes quibus
ipſe caruit. ſ. poteſtatem abſoluendi
virtutem conferendi ordines ⁊ ſacra
menta ⁊ virtutem faciendi miracula

¶ Dubitatur tertio: vtrum ſta
tus innocentie erat efficacior ad me
rendum ꝙ̃ ſtatus nature lapſe.

Ad hoc dubium rñdet diuus Bona uen. ꝙ efficatia meriti eſt ex tribus principaliter emanat. Primo ex dif ficultate operis. Scđo ex prompti tudine operandi ſiue volūtatis ope ratiue. Tertio ex magnitudine cha ritatis ſiue gratie gratum facientis idcirco efficacior eſt ſtatus nature la pſe ad merendum ꝙ̄ ſtatus nature integre propter difficultatem opis et magnitudinem charitatis quāuis fuiſſet maior promptitudo volunta tis operatiue in ſtatu nature integre ꝙ̄ in ſtatu nature lapſe.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtinctionem: vtrum adam ante la pſum vltra gratiam ꝛ virtutes cardi nales habuit iuſticiam originalem. Pro huius queſtionis enucleatione eſt aduertendum ꝙ ante magiſtruꝫ ſententiarū aliqui doctores tenue runt ꝙ adā ante lapſum non habuit gratiam gratuꝫ facientē: ſed hāc opi nionem magiſter in preſenti diſtin ctione impugnat auctatibus diui au guſt. ꝛ diui ambro. vt patet intuenti vltra quas auctates adduco alias fortiores. Prīa eſt aplī ad ephe. 4. dicentis. Induite nouum hōmineꝫ qui ſcđm deuꝫ creatus eſt in iuſticia ꝛ ſanctitate veritatis: ſed nemo pōt habere ſanctitatem niſi habeat gra tiam gratum fa. igitur adaꝫ habuit gratiam gratum fa. ante lapſum: et hec verba aplī adducit gloſa ordina ria ſuper illud eccli. 17. Deus de ter ra creauit hominem: ꝛ ſcđm ſe veſti uit illum virtute pro expoſitione ip ſorum. Scđa auctas eſt gloſe ordi. ſuper illud luce. 10. qui etiam expo liauerunt eum exponentis de adam qui etiam indumēta gratie ſpiritua lis immortalitatis. ſ. ꝛ innocentie abſ tulerunt. Tertia eſt diui Bernardi di centis. Quū videret patrem noſtrū omnium hominum emulus charita te circundatum: et omni virtute ve ſtitum: ꝛ hoc accepiſſe terreuum ho minem quod ipſe per ſuperbiam a miſit inuidit inſatiabilis homicida. Quarta eſt damaſceni dicentis ī. 2. lib. Fecit deus hominem innocen tem rectum virtuoſum ſine ſollicitu dine ſine triſticia omni virtute deco ratum omnibus donis ornatuꝫ: pre terea adam geñ. 2. prophetauit poſt ſoporem igitur habuit gratiam pro phetandi. Alterius eſt aduerten dum ꝙ in nobis ſicut intellectus in telligit ſenſibilia mediāte ſenſu: ita ꝙ omnia que cognoſcit ſenſus nat⁹ eſt intellectus noſter intelligere: ita etiam volūtas noſtra nata eſt appe tere omne illud quod appetit appe titus ſenſitiuus: ꝛ nata eſt cōdelecta ri omni illo obiecto ī quo delectatur appetitus ſenſitiuus: qui natus eſt etiam delectari in omni obiecto ſen ſibili ꝛ delectabili: et hoc habet a na tura. pariforma volūtas habet a na tura cōdelectari appetitui ſenſitiuo et ex tali condelectatione inſurgunt motus concupiſcentie in nobis natu raliter. Pari iure emanat rebellio inter appetitum ſenſitiuum ꝛ ratio nem ꝙ̄uis nobis non placeat: iuxta aplm ad rom. 7. dicentem: non quod bonum volo hoc facio: ſed quod odi malum ꝛ ego inuenio aliam legem in membris meis repugnantem le gi mentis mee ꝛ captiuantem me in lege peccati ꝛc. et ad galat. 5. Caro

concupiſcit aduerſus ſpiritū:et ſpiritus aduerſus carnem ⁊ oīa: iſta ꝑueniūt propter cōiunctionem: nam ſicut intellectus eſt coniunctus ſēſui, ita etiam voluntas coniuncta eſt appetitui ſenſitiuo:et propterea nō poteſt intellectus retrahere appetitū quin delectetur in ſenſibilibus quando ſunt delectabilia ſine difficultate imo neq̄ ſeipſum poteſt retrahere ſine difficultate.

¶ Iſtis notatis ponuntur due conclu. reſponſiue ad titulum q̄ſtionis:quarum prima eſt iſta. Adā habuit gratiam gratum facientē ⁊ quatuor virtutes cardinales ante lapſū iſta conclu. patet ex auctoritatibus deductis. Scđa ꝯclu. eſt iſta:conſentaneū ē rationi ponere in adā vltra prefatas virtutes iuſticiam originalem ante lapſum:iſta ꝯclu. probatur In Adam ante lapſum erat ſumma par interappetitum ſenſitiuum ⁊ rationem ⁊ nulla rebellio: ⁊ hoc nō potuiſſet eſſe niſi in adam fuiſſet aliq̄d donū ſupernaturale:quod refrenaſſet appetitum ſenſitiuum: ⁊ ipſum ſubdidiſſet rationi:⁊ tale donum eſt iuſticia originalis:igitur rationabile eſt ponere iuſticiam originalē ante lapſum.

¶ Contra primam conclu. arguitur auctoritate diui Augu. dicentis in lib. de queſtionibus veteris et noui teſtamēti: q̄ adam non habuit ſpiritumſanctum ante lapſum. Ad hanc auctoritatem reſpondetur q̄d Auguſt. intelligit vt ipſemet declarat ſeipſum q̄ non habuit eo modo quo alij qui non perdiderunt. Contra iſtam ſolutionem arguitur aucte magiſtri in .25. diſtin. huius dicētis. q̄ homini increatione datum eſt auxilium per quod poterat ſtare: ſ; nō poterat proficere. Ad hoc reſpondetur q̄ ibi ſolū loquebatur magiſter de libero arbitrio. idcirco in preſenti diſtinctione aperit mentem ſuam

¶ Contra eandem cōclu. arguitur ratiōe:domin⁹ deus ſciebat adā in breui caſurum. ergo non dedit illi gratiam gratum facientē:ꝯſequētia tenet:quia ſapiens artifex non dat quod nocet:ſed gratia gratū faciēs nocuit adamo:igitur non dedit illi. Ad hanc rationem reſpondetur negando ꝯñam:et ad probationem diſtingo q̄ gratia nocuit vel de per ſe et ſic negatur: imo proderat: vel de per accidens: et ex propria malicia ipſius adami:et ſic tranſeat.

¶ Contra ſecundam conclu. arguitur ſic. voluntas primi parentis in puris naturalibus fuit recta. ergo ſuperfluum eſt ponere iuſticiam originalem:ſi neges ꝯñam ⁊ dicas q̄d q̄uis fuerit recta:poterant tamē inſurgere motus concupiſcentie in ea: idcirco rationabile eſt ponere iuſticiam originalem ad reprimendos tales motus ⁊ rebellionem appetitus ſenſitiui contra rationem. Contra hoc arguitur:talis rebellio eſt pena:ergo non potuit eſſe ante lapſū ꝯña tenet:quia alias pena preceſſiſſet culpam quod eſt impoſſibile: et añs probaṫ:talis rebellio fuiſſet paſſio inuoluntaria. ergo fuiſſet pena. Ad argumentum reſponſum eſt vſq̄ ad replicam ad quam negaṫ añcedens capiendo penam proprie vt diciṫ reſpectu peccati:⁊ ad ꝓbationē

negatur ꝯña: imo fuiſſet conditio na
ture: ſicut mors bouis aut alterius
bruti non eſt pena ſed ꝯditio nature
¶ Scḋo arguitur ſic inquirẽdo
de tali iuſticia originali: vel eſt ſub-
ſtantia aut accidens: nullũ iſtorũ eſt
dicendum: igitur ꝙ non poſſit dari
primũ notum eſt: ꝙ non poſſit dari
ſcḋm probatur: vel tale accidẽs erit
in voluntate vel in appetitu ſenſiti-
uo: nullum iſtorũ eſt dicendum: igiẗ
ꝙ non poſſit dari primũ patet: quia
tunc non impediret neqꝫ retraheret
appetitũ ſenſitiuũ a proſecutiõe ob
iecti delectabilis: et ꝙ non poſſit da
ri ſcḋm patet: quia tunc non impedi
ret voluntatem: quin condelectaret
appetitui ſenſitiuo. Ad hoc argumẽ
tum rñdetur dando ſcḋm mẽbrũ: ⁊
ad probationẽ datur vtrũqꝫ mẽbrũ
nam aliqua pars iuſticie originalis
erat in voluntate primi parentis: et
alie partes erant in quiqꝫ ſenſibꝰ ex
terioribus ⁊ etiã in ſenſu cõmuni: id
circo perfecte iuſticia originalis ſub
debat omnes vires inferiores ꝓmi
parentis ſuperiori rationi ipſius.
Contra iſtam ſolu. arguitur: in para
diſo terreſtri poterat eſſe aliqs ma-
gnꝰ ſonus vel fetor qui conturbaſſet
primũ parentem: igitur nõ eſt ponẽ
da talis iuſticia originalis: ſi neges
añs propter talem iuſticiã originalẽ
inferã tunc ꝙ in patria habent etiaꝫ
ſancti iuſticiã origi. ꝯñs eſt falſum:
igitur ſequela probatur: dato oppo-
ſito ſequitur ꝙ ſuperfluũ eſt ponere
talem iuſticiam originalẽ in p̃rio pa
rente: patet: nꝫ ſine tali iuſticia origi
nali poterat dñs deus cõſeruare pa
cem ⁊ tranquilitatem inter volunta
tem ⁊ appetitum ſenſitiuũ: ſicut mõ
conſeruat pacem ⁊ tranquilitateꝫ in
ter appetitum ſenſitiuũ ⁊ voluntatẽ
beati. Hec replica euidenter conclu
dit ꝙ dñs deus ſine iuſticia origina
li poterat conſeruare pacem ⁊ tran-
quilitatem inter appetitum ſenſiti-
uum primi parentis ⁊ voluntatẽ: qꝛ
quicquid poteſt facere dñs deꝰ me-
diante cã ſcḋa poteſt facere ſe ſolo:
ſed quia non conſueuit ita operari:
ſed mediantibus cauſis ſecũdis: id-
circo rationabile eſt ponere taleꝫ iu
ſticiam originalẽ q̃uis facilime poſ
ſet talis pax conſeruari per hoc. ſ. ꝙ
dñs deus non concurreret cuꝫ appe
titu ſenſitiuo ad tales motus contra
rationem.
¶ Tertio arguitur ſic cum iuſti
cia originali ſtetit peccatum morta-
le: ergo ſuperuacaneum eſt taleꝫ iu-
ſticiam originalem ponere: añcedẽs
probatur: anteq̃ adam comederet:
eua iam comederat: et in tali tempo
re ante comeſtioneꝫ ade eua erat in
peccato mortali: quia comederat et
habebat iuſticiam originaleꝫ: igitur
aſſumptum verum: minor probatur
nondum cognoſcebat ſe eſſe nudam
in illo tempore inter medio: igitur
habebat iuſticiã originaleꝫ in tali tẽ
pore iter medio. Ad hoc argu. rñdet
Nico. de lyra ſup. 3. cap. Gen. conce
dendo ꝙ iuſticia originalis ſtat cum
pctõ mortali. Hec tñ rñſio eſt contra
omnes theologos docto. imo multi
ſcti veluti Tho. ⁊ Bonauẽ. negant
veniale poſſe ſtare cũ iuſti. ori. idcir-
co burgẽſis rñdet ꝙ pctm̃ nõ erat cõ
ſũmatũ añ comeſtionẽ ade: ⁊ ꝯñter
dicit ꝙ actꝰ interior nõ erat ꝓhibitꝰ

Sed hec rñſio peior eſt altera: nam certum eſt q̃ eua peccauit mortalit comedendo pomũ: ⁊ habebat iuſticiam originalem ſcd̃m ipſuꝫ ante comeſtionem ade: igitur ſemper habetur q̃ peccatum mortale ſtat cum iuſticia originali. Inſuper quod dicit de actu interiori eſt hereticum ⁊ iudaicum: contra quod ſaluator noſter Math. 19. inſit: et ego dico vobis q̃ quicũq; viderit mulierem ad concupiſcendum eã: iam mechatus eſt in corde ſuo: imo vt inferiꝰ probabitur circa finem huius ſcđi tota malicia actus exterioris emanat a malicia actus iterioris. Propterea matheꝰ dorinch vult iſtos concordare: ⁊ ponit duos effectus iuſticie originalis Primus eſt ordinare voluntateꝫ erga deum. Secũdus effectus eſt ponere tranquilitateꝫ inter vires ⁊ potentias: et conſequenter dicit q̃ iuſticia manebat q̃ad ſcđꝫ effectũ: nõ autem quoad primum. Sed hec reſpõſio etiam non valet: nam ſemper habetur q̃ peccatum mortale ſtat cum iuſticia originali quod omnes ſancti doctores negant. ideo aliter reſpondetur ad formã argumenti negãdo ãñs: et ad probationem negatur minor: ⁊ ad probationẽ negatur ꝯña: ⁊ ratio eſt: quia hoc non prouenîebat a iuſticia originali quã euã iaꝫ amiſerat: ſed a dño deo qui omnia cõſeruabat quoad illam armoniam ſiue tranquilitatem ad probanduꝫ quid adam faceret: nam ſi eua cognouiſſet ſuam nuditateꝫ ⁊ primus parẽs hoc percepiſſet nõ comediſſet de pomo. Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur q̃ iuſticia originalis eſſet maior charitate ſiue gratia gratũ faciente. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: cum iuſticia originali non poteſt ſtare peccatũ mortale aut veniale: ⁊ cuꝫ gratia poteſt ſtare peccatum veniale. ergo maior eſt iuſticia originalis q̃ gratia gratum faciens falſitas ꝯñtis probatur: gratia gratum faciens eſt charitas infuſa: ſed charitas infuſa eſt maxima omniuꝫ virtutum: teſte Aplo. 1. ad corin. 13. cap. igitur gratia gratuꝫ faciens eſt maior iuſticia originali. Hec replica non habet apparentiam cõtra doctorem ſub. et nominales tenẽtes q̃ peccatum veniale poteſt ſtare cuꝫ iuſticia origi. Sed aliquam habet apparentiaꝫ contra diuũ Tho. idcirco pro eo reſpondetur negãdo ſequelã et ad probationem negatur ꝯña: et ratio eſt: quia licet excedatur gratia gratum faciens a iuſticia originali quoad illud. ſ. q̃ non compatitur ſecum aliquod peccatum: excedit tamen iuſticiam originalem in hoc: ſcilꝫ q̃ reddit actus noſtros dignos vita eterna: et hoc non facit iuſticia originalis: ⁊ iſte effectus eſt melior q̃ ſint omnes alij effectus iuſti. ori. ideo gratia gratum faciens melior eſt ⁊ maior ipſa iuſticia originali.

Quod per adam peccatum et pena tranſijt in poſteros

Diſtinctio. XXX.

A ſuperioribus inſinuatum eſt licet ex parte: nō enim perfecte ſufficim⁹ exponere q̄liter primus homo deliquerit: et quam pro peccato penam ſubierit: quibus adijciendum eſt peccatum ſimul ac penam per eum tranſiſſe in poſteros. ſicut apl'us oſtendit inquiens. Sicut p vnū hominem peccatuꝫ in hunc mūdum intrauit: ita in omnes homines mors pertranſijt.

Utrum illud peccatum fuerit originale vel actuale.

¶ Hic primo videndum eſt q̄ð fuit illud peccatū originale. ſ. an actuale: ⁊ ſi de originali intelligatur: cōſequenter quid ſit originale pctūm ⁊ quare dicatur origiāle ⁊ quō pertrāſierit vel pertranſeat in oēs diligēter inueſtigādū eſt. Quibuſdam placuit de pctō actuali ade illud accipere aſſerentibus hoc apl'm ſenſiſſe cum inferius ait. Sicut per inobedientiā vnius hoīs pctōres conſtituti ſunt multi: ita ⁊c. Euidenter inquiunt etiam ipſo nomine exprimit apoſtol⁹ peccatuꝫ quod per vnum hominem intrauit in mūdum. ſ. inobediētiam. Inobediētia vero peccatum actuale eſt.

Quomodo intraſſe in mundum dicunt.

¶ Hoc autēꝫ dicunt intraſſe in mundum non traductione originis: ſed ſimilitudine preuaricationis: oēſq; in illo vno peccaſſe dicunt: quia omnibus ille vnus peccandi exempluꝫ extitit. Hoc male ſenſerūt quidā heretici qui dicti ſunt pelagiani: de quibus Aug⁹. in lib. de baptiſmo paruulorum cōmemorat dicens. Sciēdum eſt inquit hereticos quoſdā qui nominati ſunt pelagiani dixiſſe pctūm prime tranſgreſſionis in alios hoīes non ꝓpagatione ſed imitatione tranſiſſe. Unde etiā in paruulis nolunt credere p baptiſmum ſolui originale peccatū quod in naſcentibus nulluꝫ eſſe omnino contendunt. Sed eis dicitur: quia ſi apoſtolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluiſſet: ei⁹ principem non adam: ſed diabolum diceret. De quo in lib. Sapien. dicitur. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et q2 non vult intelligi hoc eſſe factuꝫ

propagatione: ſed imitatione: cō tinuo ſubiunxit ſcriptura. Imitantur autem eum qui ſunt ex ꝑ te ipſius. Imitantur quidē adā quotquot per inobedientiā tranſ grediuntur mandatū dei. Sed aliud eſt quod exemplum eſt vo luntate peccantibus: aliud quod origo eſt cum peccato naſcenti bus. Non eſt igitur accipiendū peccatum ade tranſiſſe in omnes imitationis tantum exemplo: ſʒ propagationis ꝛ originis vitio.

Hic aperit illud eſſe peccatum originale quod tranſit in poſteros.

¶ Et eſt illud peccatū originale: vt aperte Auguſtinus teſtatur quod per adā trāſiuit in omnes per eius carnem vitiatam cō cupiſcentialiter generatos.

Quid ſit originale peccatū hic inquiritur.

¶ Quod diligenter inueſtigandum eſt quid ſit. De hoc enī ſancti doctores ſub obſcuritate loquuti ſunt atqꝫ ſcholaſtici doctores varia ſenſerunt. Quidam enī putant originale peccatum eſſe reatum pene pro peccato primi hominis: id eſt debitum vel obnoxietatem quod obnoxij et addicti ſumus pene temporali ꝛ eterne ꝓ primi hominis actuali peccato: quia pro illo vt aiunt omnibus debetur pena eterna: niſi per gratiam liberētur. Iuxta horum ſententiam oportet dici originale peccatum nec culpam eſſe nec penam. Culpam non ipſi fatentur. pena quoqꝫ ſecundū eos eſſe non poteſt. Quia ſi debitum pene originale peccatū eſt: cū debitum pene non ſit pena: nec originale peccatum eſt pena. Quod etiā quidā eorū admittunt: dicentes in ſcriptura originale peccatū ſepe nominari reatum: et reatum ibi intelligunt vt dictum eſt obnoxietatem pene: et ea ratione aſſerunt peccatū originale dici eſſe in paruulis: quia paruuli pro illo primo peccato rei ſunt pene: ſicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant filij ſecundū iuſticiam fori.

Quod originale peccatū eſt culpa auctoritatibꝰ probat.

¶ Sed ꝙ originale pctm̄ culpa ſit: pluribus ſanctorū teſtimo

nijs edocetur ſuper Exo. vbi di
citur. Primo genitum aſini mu
tabis oue Greg⁹ ait. Omnes in
peccatis nati ſum⁹ ⁊ ex carnis de
lectatione concepti culpam ori-
ginalem nobiſcum traximus: vn
de ⁊ voluntate noſtra peccatis
implicamur. Ecce culpam origi
nalē dixit nos trahere. Unde cō
ſtat originale peccatum culpam
eſſe. Auguſt. quoqȝ in lib. de na
tura ⁊ gratia de hoc eodē ſic ait
Omnes: vt ait apoſtolus: pec-
cauerunt vtiqȝ vel in ſeipſis vel
in adam: quia ſine peccato non
ſunt: vel quod originaliter cōtra
xerunt: vel quod malis moribus
addiderunt. Peccatū enim pri
mi hominis non ſolum ipſum: ſȝ
omne necauit genus humanum
quia ex eo damnationem ſimul ⁊
culpam ſuſcepimus. Idem ſup
pſal. l. Quod de corpe mortuo
ſeminatur cum vinculo peccati
originalis naſcitur et mortis.
Ideo igitur ſe in iniquitatibus
conceptum dicit dauid: quia in
omnibus trahitur iniquitas ex
adam ⁊ vinculū mortis. Nemo
enim naſcitur: niſi trahens penā
et meritū pene. Meritū aūt pe-
ne pctūm eſt. Ois ergo qui na-
ſcitur per carnis cōcupiſcentiam
pctūm trahit. Pctūm itaqȝ ori-
ginale culpa eſt quā oēs cōcupi
ſcentialiter concepti trahunt. vñ
de in Eccle. dogmatibus ſcriptū
eſt. Firmiſſime tene ⁊ nullaten⁹
dubites omnem hoīem qui per
concubitū viri ⁊ mulieris conci
pitur cū originali pctō naſci ipie
tati ſubditū mortiqȝ ſubiectū et
ob hoc natura ire naſci filium: et
a qua null⁹ liberatur niſi per fidē
mediatoris dei ⁊ hoim. His et
alijs auctoritatib⁹ euidēter oſtē
ditur pctūm originale culpā eſſe
et in omnib⁹ concupiſcentialiter
genitis trahi a parentibus.

Quid ſit quod dicitur pecca tum originale ſcȝ fomes pec cati. i. concupiſcentia.

¶ Nunc ſupereſt videre quid ſit
ipm originale pctūm. Nō cū nō
ſit actuale: nō eſt act⁹ ſiue motus
aīe vel corpis. Si eīn act⁹ eſt aīe
vel corpis: actuale vtiqȝ pctm̄ ē
Sed actuale nō eſt: non eſt ergo
act⁹ vel mot⁹. Quid ergo origi-
nale pctm̄ dr̄ fomes pcti. ſ. cōcu
piſcētia vel cōcupiſcibilitas q̄ dr̄
lex mēbrorū ſiue languor naturę
ſiue tyrān⁹ q̄ eſt i mēbris nr̄is: ſi
ue lex carnis. vñ aug. i li. d bap.
par. Eſt i nobis ↄcupiſcētia q̄ nō
ē pmittēda regnare: ſūt ⁊ ei⁹ deſi
deria q̄ ſūt actuales ↄcu. q̄ ſūt ar

ma diaboli: que veniunt ex lan-guore nature. Languor autem iſte tyrannus eſt qui mouet ma la deſideria. Si ergo vis eſſe vi-ctor tyranni atq; inermē inimi-cum inuenire: non obedias con cupiſcentie male. His verbis oſtenditur fomitem peccati eſſe concupiſcentiam.

Quid nomine concupiſcentie itelligitur que dicitur fomes peccati.

¶ Nomine autem concupiſcen tie non actum concupiſcendi: ſed vitium primum ſignificauit: cū eam dixit legem carnis. Unde idem in tractatu de verbis apo-ſtoli ait. Semp pugna eſt in cor pore mortis huius: quia ipſa cō cupiſcentia cum qua nati ſumus finiri non poteſt q̄diu viuimus quotidie minui poteſt: finiri non poteſt. Que autem eſt concupi-ſcentia cum qua nati ſumus. Ui tium vtiq; eſt quod paruulum habilem concupiſcere facit: adul tum etiam concupiſcentem red-dit. Sicut enim in oculo ceci in nocte vitium cecitatis eſt ſi non apparet: nec diſcernitur inter vi dentem & cecum niſi luce venien te: ſic in puero vitium eſſe nō ap paret donec etatis prouectioris tempus occurrat. Ex his datur intell gi quid ſit originale pecca tum. ſ. vitium cōcupiſcentie: qđ in omnes concupiſcentialiter na tos per adam intrauit eoſq; vi-tiauit. Unde Auguſtin⁹ in lib. de baptiſmo paruulorum. Adā preter imitationis exemplu; oc culta etiam tabe carnalis concu piſcentie ſue: tabificauit in ſe om nes de ſua ſtirpe venturos. Unā apoſtolus recte ait. In quo om nes peccauerunt. Circūſpecte & ſine ambiguitate dicit hoc apo-ſtolus. Siue enim intelligatur in quo homine ſiue in quo pecca to ſanu; eſt. In adam enim om nes peccauerunt vt in materia: non ſolum eius exemplo vt di-cunt pelagiani. Omnes enim il le vnus homo fuerāt. i. in eo ma terialiter erant. Manifeſtum eſt itaq; omnes in adā peccaſſe qua ſi in maſſa. Ipſe enim per pecca tu; corruptus: quos genuit om nes nati ſunt ſub peccato. Ex eo igitur ſicut cuncti conſtituti ſunt peccatores: ita et in illo vno pec cato quod intrauit in mundū re cte omnes dicuntur peccaſſe: q2 ſicut ab illo vno homie: ſic ab eo dem vno peccato immunes eſſe non poſſunt: niſi ab eius reatu p

xpi baptiſmū abſoluātur. Alia ergo ſunt propria peccata in quibus tantum peccant quorū peccata ſunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt: idest ex quo omnes peccatores inſtituti ſunt.

Quod ſit peccatum in quo omnes peccauerunt. ſ. originale quod ex inobedientia proceſſit.

¶ Hoc eſt originale peccatum quo peccatores naſcuntur omnes concupiſcentialiter geniti: quod ex adam ſiue ex eius inobedientia emanauit: et in poſteros demigrauit. Unde Apoſtolus conſequenter per inobedientiā vnius hominis multos dicit cōſtitutos eſſe peccatores: que eſt actuale peccatum. Cum autē dixerit per vnum hominem peccatum intraſſe in mundum et in eo omnes peccaſſe: quod de originali dictum eſſe oportet accipi.

Ex quo ſenſu dictum eſt per inobedientiam vnius multi ſunt cōſtituti peccatores.

¶ Quod ergo ait per inobediētiam vnius multi conſtituti ſunt peccatores: eo ſenſu dictum eſſe intelligendum eſt: quia ex inobedientia ade: ſcʒ ex peccato actuali ade proceſſit originale peccatū quo omnes peccatores naſcuntur vt in illo eſſʒ: et in omnes trāſiret.

Quod peccatum originale in adam fuit et in nobis eſt.

¶ Unde Auguſtinus Juliano heretico nullum peccatum i paruulis eſſe contendenti reſpōdēs aperte aſſerit peccatum originale ex voluntate ade proceſſiſſe: ac per eius inobedientiam in mundum intraſſe. Querit enim Julianus: per quid peccatum inuenitur in paruulo ita inquiens. Non peccat iſte qui naſcitur: nō peccat ille qui genuit: nō peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot preſidia innocentie peccatum fingis ingreſſū Et reſpōdet ſancta pagina. Per vnum hominem peccatuʒ intrauit in mundum: per vnius inobedientiā ait apoſtolus. Quid querit amplius: quid querit amplius. Item inquit iulianus. Si per hominem peccatum intrauit in mundum: peccatum vel ex voluntate eſt vel ex natura eſt. Si ex volūtate eſt: mala eſt volūtas

que peccatum facit. Si autẽ ex natura eſt: mala eſt natura. Cui rñdeo ex volũtate peccatum eſt. Querit forte: vtrũ originale peccatum ex voluntate ſit. Reſpondeo prorſus ⁊ originale peccatũ ex voluntate eſſe: quia hoc ex voluntate primi hominis ſeminatũ eſt vt in illo eſſet: ⁊ in oẽs trãſiret

Obiectio quorũdã contra id quod ſupra dictũ eſt omnes in adam fuiſſe hoĩes.

¶ Ad hoc autem ꝙ diximus in adã fuiſſe omnes homines: quidam verborum ſectatores ſic obijciũt dicentes. Non omnis caro que ab adam traducta eſt: in eo ſimꝉ exiſtere potuit: quia multo maioris quantitatis eſt ꝙ̃ fuerit corpus ade. In quo nec tot etiam athomi fuerunt: quod ab eo homines deſcenderunt. Quocirca verum non eſſe aſſerunt ſubſtantiam vniuſcuiuſqȝ in primo parẽte fuiſſe.

Reſpõſio vbi aperitur qualiter fuerunt in adam ſecundum rationem ſeminalem: et quomodo ex eo deſcenderint. ſ. lege propagationis.

¶ Quibus reſpõderi poteſt: ꝙ materialiter atqȝ cauſaliter: non formaliter dicitur fuiſſe in primo homine: omne quod ĩ humanis corporibus naturaliter eſt: deſcẽditqȝ a primo parente lege ꝓpagationis: et in ſe auctum ⁊ multiplicatum eſt nulla exteriori ſubſtantia in id tranſeunte: et ipſum in futuro reſurget. Fomentum quid eſt: habet a cibis ſed non cõuertuntur cibi in humanam ſubſtantiam: que ſcȝ per propagationem deſcendit ab adam. Tranſmiſit enim adã modicum quid de ſubſtantia ſua in corpora filiorum quando eos procreauit. i. aliquid modicum de maſſa ſubſtantie eius diuiſum eſt: et inde formatum corpus filij: ſuiqȝ multiplicatione ſine rei extrinſece adiectione auctum eſt. Et de illo ita augmentato aliquid inde ſeparatur: vnde formantur poſterorum corpora: et ita progreditur procreationis ordo lege propagationis vſqȝ ad finem humani generis. Itaqȝ diligenter ac perſpicue intelligentibus patet omnes ſecundũ corpora in adã fuiſſe per ſeminalem rationem: et ex eo deſcendiſſe progationis lege.

Auctoritate et ratione pro-

batur nihil extrinſecum con uerti in humanā ſubſtantiā

¶ Quod vero nihil extrinſecuꝫ in humani corporis naturā tranſeat: veritas in euāgelio ſignificat dicens. Omne quod intrat in os in ventrem vadit ⁊ inſeceſſum emittitur: Quod etiam ratione oſtendi poteſt hoc modo. Puer qui ſtatim poſt ortuꝫ moritur in illa ſtatura reſurget quaꝫ habiturus erat ſi viueret vſqꝫ ad etatem tringinta annorum nullo vitio corporis impeditꝰ. Unde ergo illa ſubſtantia que adeo parua fuit mortua: in reſurrectione tam magna erit: niſi ſui in ſe multiplicatione. Unde apparet ꝙ etiam ſi viueret: non aliunde ſed in ſe augmentaretur illa ſubſtantia. Sicut coſta de qua facta eſt mulier ⁊ ſicut panes euangelici. Non inficiamur tamen quin cibi ⁊ humores in carneꝫ et ſanguinem tranſeunt. Sed non in veritatē humane nature que a primis deſcendit parentibus: que ſola in reſurrectione erit: reliqua vero caro in quam cibi tranſeunt tanquā ſuperflua in reſurrectione deponetur: que tamen ciborum aliarumqꝫ rerum fomētis coaleſcit.



Irca triceſimā diſtinctionem queritur primo: vtruꝫ peccatum originale ſit aliquod poſitiuū in anima vel carne.

Pro huiꝰ difficul. enoda. eſt aduertendū ꝙ tripartiti ſunt rſidentes ad hāc difficul. Pria eſt opinio mgr̄i in pñti diſt. dicētis: ꝙ volūtas ade peccātis cāuit i carne ſua quādā q̄litatē morbidā ɔſequētē curuitatē volūtatis q̄ varijs noībꝰ nōiat̄ nā dr̄ lex mēbroꝝ tyrānus i mēbris lex carnis lāguor nature fomes pcti. ɔcupiſcētia ⁊ tali q̄litas ē ſicut pōdꝰ i carne excitans motus ſenſuales ⁊ incitās aīam ad condelectandum carni: ⁊ retrahēs a delectatiōibꝰ ſpūalibꝰ: iuxta illud ſapie.9. Corpꝰ qđ corrūpit̄ aggrauat aīam: ⁊ qñ primꝰ parēs cognouit vxorē ſuā ex feruore ⁊ libidie inficit̄ ſemē ſiue caro ſeminata rōne qualitatis morbide in ipſa ꝓducte: ⁊ qñ ipſi ſemini infundit̄ aīa: inficitur ipſa aīa a tali morbida qualitate et ꝓducit̄ in ipſa aīa q̄dā morbida qualitas que vocat̄ pctūꝫ origiale. Hec opinio fulcit̄ auctātibꝰ diui Augu. q̄ adducent̄ cōtra opinionē diui anſelmi: ⁊ hanc opinionē nitit̄ deffendere Grego. de ari. in pñti diſtinctiōe.

¶ Cōtra iſtā opi. arguit̄ aucto. apl̄i ad rom.7. dicētis: talē ɔcupiſcētiā eſſe i mēbris. Ad hoc rñdet Greg. ꝙ ideo diuꝰ Paulꝰ dicit talē ɔcupiſcentiam eſſe in membris: q2 cauſat̄ a morbida qualitate carnis.

¶ Ratiōe arguitur ſic teſte phō noſtro: fruſtra fit per plura quod vo poteſt fieri per pauciora: ſed poſita ſola abſentia iuſtitie originalis oīa poſſūt ſaluari ſine tali morbida qualitate. ergo nō eſt ponēda talis morbida qualitas: minor probatur amota iuſtitia originali ab homine in ipſo erit quedam pronitas ad malum ⁊ quedam rebellio appetitus ſenſitiui contra rationem. ergo omnia poſſunt ſaluari ſine tali morbida qualitate quā ſola abſētia iuſticie. origi. aſſis probatur naturaliter appetitus ſenſitiuus natus eſt appetere quodlibet obiectum ſenſibile ſiue delectabile: et voluntas quia eſt coniuncta appetitui ſēſitiuo naturaliter eſt nata cōdelectari ipſi. ergo totuꝫ aſſumptum verum.

¶ Ad hoc argumentum rñdet Grego. negando ꝙ ſit tanta ꝓnitas ⁊ rebellio cum delectatione ſicut eſt modo: ſed revera facile impugnabitur hec ſolutio poſito ꝙ repreſententur multa obiecta delectabilia appetitui ſenſitiuo contra rationem: nam certum eſt ꝙ delectabitur in tali preſentatione poſtꝙ̄ nō eſt aliquod obſtaculum. Et ſi arguas: quia nullus phoꝝ poſuit paruulū naſci cum tali qualitate morbida. Rñdet ꝙ phi bene cognouerunt effectus peccati originalis: non tamen cognouerūt cauſam talium effectuum. Contra iſtaꝫ ſolutionem replicatur: ſola mala diſpoſitio carnis poteſt reddere hominem pronum ad malum: vt docet experientia de iracundis ⁊ de male natis. Iteꝫ per puras medicinas corporales aliqui redduntur proni ad luxuriam: ergo ſuperuacaneum eſt ponere talem morbidam qualitateꝫ. Ad iſta reſpondet ꝙ non eſt tanta ꝓnitas nec tanta rebellio cum delectatione: ſed experientia eſt in oppoſitum: vt patet interroganti dños medicos hec diſerte noſcētes.

¶ Scdo arguitur ſic. nulla qualitas exiſtens in anima poteſt naturaliter augeri vel minui ſine vitali actu anime: ſed talis morbida qualitas exiſtens in anima poteſt augeri ſine vitali actu anime. ergo non eſt qualitas exiſtēs in anima: minor patet: poteſt qualitas morbida augeri vel minui ꝑ medicinas corporales igitur poteſt talis morbida qualitas augeri vel minui ſine vitali actu anime. Ad hoc argumentum rñdetur a Grego. negando minorē: ſed in hac reſponſione aperte repugnat diuo Augu. in tractatu de verbis apoſtoli queꝫ allegat magiſter in preſenti diſtinctiōe. ait augu. Semper pugna eſt in corpore mortis huius: qꝛ ipſa concupiſcentia cum qua nati ſumus finiri non poteſt: ꝙ̄diu viuimus: quotidie autē minui poteſt finiri nō pōt.

¶ Tertio arguitur ſic teſte phō in. 2. ethi. Omne quod eſt in anima eſt potentia paſſio vel habitus: ſed talis morbida qualitas exiſtens in anima non eſt potētia paſſio vel habitus. ergo nō exiſtit in anima: ꝙ nō ſit potentia patꝫ: quia ſequeretur ꝙ fuiſſet in primo parente ante peccatum: ꝯñs eſt falſuꝫ: ergo ſequela patet: quia omnis potentia ineſt indiuiduo a primordio ſue natiuitatis: qd̄ non ſit paſſio patet: quia ſequeretur ꝙ tranſeunte paſſione non rema

neret talis morbida qualitas: quod eſt manifeſte falſum et hereticū: q̄ð non ſit habitus probatur: non eſt habitus infuſus neq̄ acquiſitus. ergo non eſt habitus. Ad hoc argumentū reſpondet Grego. de arimi. negādo minorem: ⁊ dicit q̄ eſt habitus: ⁊ ad probationē negat ꝯñam: ⁊ ait q̄ eſt habitus productus a morbida qualitate exiſtente in carne. Diuus Tho. non cōcedit q̄ eſt habitus niſi large pro quadam diſpoſitione mala inclinante animam ad malum. Contra iſtam ſolutionem arguitur: impoſſibile eſt q̄ tali morbida qualitas exiſtens in anima ſit producta a morbida qualitate exiſtente in carne. ergo ſolutio nulla: añs ꝓbatur: qualitas morbida exiſtens in carne vel corpore eſt res mere corporalis: ⁊ corpus non poteſt agere in ſpiritū teſte Aurelio augu. g̃ impoſſibile eſt q̄ talis morbida qualitas exiſtēs in anima ſit producta a morbida qualitate exiſtente in carne. Ad hanc replicam reſpondet Grego. q̄ in propoſito corpus agit in ſpiritum: q̄uis extra ꝓpoſitum non poſſit dari inſtantia. Contra iſtam rñſionem arguitur ſic ſequeretur q̄ ignis poſſet agere in demonem ⁊ in animā rationalem ſeparatam a carne actione reali: ꝯñs eſt falſum ⁊ contra magiſtrū ſententiarū ⁊ diuū Tho. ⁊ diuū Bonauē. et alios doctores theologos: igitur ſequela patet: quia non poteſt dari ratio: quare illa morbida qualitas mere corporalis poteſt agere in animam: et ignis nō poteſt. ergo ſi vnū eſt cōcedendum ⁊ reliquū. Inſuper ſi talis morbida qualitas exiſtēs in carne augeretur aut minueretur illa que eſt in anima: etiam augeretur aut minueretur: et ſic vnus haberet maius originale q̄ alter: imo tandē poſſet auferri.

¶ Quarto arguitur ſic. vel talis morbida qualitas fuit in pmo parente ante peccatum vel poſt peccatum: nullum iſtorū eſt dandum: igitur non eſt ponenda talis morbida qualitas: q̄ non poſſit dari primum membrum liquidum eſt: et q̄ nō poſſit dari ſcōm patet: a nullo fuit cauſata talis morbida qualitas. ergo non fuit in primo parente poſt peccatū: añs patet: non fuit cauſata adeo neq̄ a voluntate primi parentis. ergo non fuit cauſata. Ad hoc argumētū reſpondet adam q̄ fuit cauſata poſt peccatum a pomo prohibito. Sed hanc rñſionem impugnat Gregori⁹ aucte diui Augu. dicētis: q̄ fuit cauſata talis morbida qualitas ī carne primi parentis a flatu venenoſi ſerpentis in libro contra iulianū: ⁊ voluntas primi parentis non fuit cauſa effectiua talis morbide qualitatis et a tali morbida qualitate carnis: fuit pducta alia morbida qualitas exiſtens in anima. Ex iſta reſponſione clare ſequitur q̄ ambo parentes habuerunt peccatum originale. Cōtra iſtam ſolutionem arguitur: ſequeretur q̄ quilibet eſſet conceptus in duobus peccatis originalibus: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet: quilibet habet duas morbidas qualitates quarum quelibet eſt peccatū originale. ergo quilibꝫ eſt conceptus in duobus peccatis originalibus.

Ad hanc replicam reſpõdetur negã-do ſequelam: ⁊ ad probationem ne-gatur añs: ratio eſt: quia ſolum illa qualitas que eſt in anima eſt pctũm originale: et alia que eſt in carne nõ eſt peccatuȝ originale: ſed cauſa pec cati originalis. Et ſi ꝓbes: quia ra-tione vnius habebit vnum origi. vt pote matris: ⁊ ratione patris habe-bit aliud. ergo quilibet eſt concept⁹ in duobus peccatis originalibus. Reſpõdetur ꝙ a duabus morbidis qualitatibus vtriuſ ꝗ parentis ſoluȝ producitur vna morbida qualitas in carne prolis que ſoluȝ producit vnã qualitatem morbidam in animam prolis. Contra iſtam ſolutionem ar guitur ſic. ſequeretur ꝙ anima ratio nalis per aliquod tempus eſſet in re rum natura ſine peccato originali. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela proba tur: in inſtanti in quo creatur anima ⁊ infunditur: non habet tũc peccatũ originale: nec imediate poſt tale in-ſtans habebit: igr̃ ſequela vera: añs patet: in illo inſtanti morbida quali-tas que eſt in carne non poteſt ꝑdu-cere morbidã qualitatẽ in anima in tali inſtanti: quia agẽs corporale nõ poteſt producere effectum ſuum in inſtanti: igitur ſequela vera. Ad hãc replicam rñdetur vno duorũ modo-rum aut totalis quali. mor. in inſtan ti ꝑducit morbidã qualitatẽ in ani-ma: ⁊ ꝙ non inconuenit agẽs corpo-rale producere effectum ſuum in in-ſtanti: vel oportet dicere quod ſubi-to creatur anima rationalis: et ſubi-to producitur morbida qualitas in anima ab agente corporali. Contra iſtam ſolutionem arguitur: ſequere-tur ad minus ꝙ dominus deus poſ-ſet producere ſe ſolo pctũm origina le: ꝯñs videtur abſurdum: igitur ſeq̃ la probatur: dñs deus ſe ſolo poteſt producere tales morbidas qualita-tes: quia quicquid poteſt facere me-diante cauſa ſecũda poteſt facere ſe ſolo: igitur ſe ſolo poteſt producere peccatum originale. Ad hanc repli-cam rñdetur negando ſequelã: et ad probationem neceſſario eſt concedẽ dum ꝙ deus poteſt producere ſe ſo lo tales morbidas qualitates: ſȝ tũc non erunt peccatum originale: velu-ti dñs deus poteſt producere ſe ſolo illum actum qui eſt peccatuȝ: ſed qñ produceret non erit peccatum: vt in ferius declarabitur.

¶ Scđa eſt opinio diui anſelmi in lib. de conceptu virgi. dicentis: ꝙ peccatum originale non eſt quid po ſitiuum in anima: ſed eſt carentia iu ſticie originalis debite ineſſe vt acce pte in primo parente ⁊ in ipſo amiſ-ſe: et ponit exemplum de principe vel rege dante caſtrum alicui equiti pro ipſo ⁊ ſuis heredibus: nam ſi ta lis eques cõmittat crimen leſe ma-geſtatis: tunc talis princeps vel rex auferet a tali equite ⁊ ſuis heredib⁹ caſtrum quod ei dederat: ita egit do min⁹ de⁹ cũ protoplauſtro noſtro: nam dedit ipi caſtruȝ iuſtitie. origi. pro eo ⁊ nobis omnibus: ⁊ ipſe com miſit crimen leſe mageſtatis: idcir-co dñs deus abſtulit ab eo ⁊ omnib⁹ nobis caſtrum iuſtitie originalis.

¶ Contra iſtam opinionem ar-guitur ſic. ex flatu venenoſo ſerpen-tis fuit infectuȝ corp⁹ primi parẽtis

ergo peccatum originale non eſt ſo-
la carētie iuſticie originalis. Ad hoc
negat̄ pña: ratio eſt: q2 noſtrū corp⁹
non eſt infectum: nec etiam corpus
chaim vel abelis. Et ſi probes pñs
auctē diui Augu. in primo lib. de nu
ptijs ꝛ cōcupiſcentijs ad valleriū: ꝛ
9. contra iulianū dicentis peccatum
originale eſſe concupiſcentiam. Rñ
detur ꝙ illa auctas aug. intelligitur
per cauſam: ita ꝙ ſenſus eſt pctūm
origi. eſt cauſa concupiſcentie. Et ſi
vlterius arguitur auctē eiuſdē aug.
in lib. 1. retracta. d. cētis ꝙ in baptiſ-
mo concupiſcentie reatus tollitur: ſꝫ
infirmitas manet. Rñdetur ꝙ infir
mitas non capitur ibi pro morbida
qualitate: ſed pro quadam pronita-
te ad malum iuxta illud. d. d. geñ. 8.
dicentis. Senſus ꝛ cogitatio cordis
humani prona ſunt ad malū ab ado
leſcentia ſua.

¶ Scđo arguitur ſic. ſequere-
tur ꝙ baptizatus digne adhuc habe
ret peccatuꝫ originale: pñs eſt here-
ticum: igitur ſequela probatur: indi
gne baptizato eſt carētia iuſticie ori
ginalis. ergo indigne baptizato eſt
peccatuꝫ originale. Ad hoc argumē
tum rñdetur negādo ſequelam: ꝛ ad
probationem dicendum eſt ꝙ talis
habet gratiam gratum faciētē. que
melior eſt iuſti. origi. Contra iſtam
ſolutionem arguitur: ſequeretur ad-
minus ꝙ adam et eua habuiſſēt pec
catum originale: pñs eſt falſum igit̄
ſequela probatur: in vtroqꝫ poſt eſſū
pomi fuit carentia iuſticie origina-
lis. ergo in vtroqꝫ fuit peccatum ori
ginale. Ad hanc replicam reſponde
tur negando ſequelam: ꝛ ad pbatio-
nem negatur pña: ſed bene fuit i ip
ſis cauſa peccati originalis.

¶ Tertia eſt opinio alexan. de
ales quem ſequūtur diuus Tho. et
Bonauen. ponentes peccatum ori-
ginale quantum ad formale eſſe ca-
rentiam iuſti. origi. et quantum ad
materiale eſſe concupiſcentiam car-
nis. Contra iſtam opinionem que vi
detur ambas amplecti: non poſſunt
fieri niſi argumenta facta contra du
as precedentes opiniones que bre-
uiloquij amore omittuntur.

¶ Queritur ſcđo circa eandem
diſtin. vtrum quilibet deſcendēs ab
adam contrahit peccatū originale.
Pro hui⁹. q. intelligentia eſt aduer
tēdū ꝙ doctores hebreoꝝ: vt refert
paulus burgen. non ponunt pctūm
origi. ꝛ ego ipſe audiui a rabinis qui
ſunt auinioni: cōtra quos argumēta
tus ſum auctē regij pphe. pſal. 50.
dicētis de ſeipſo. Ecce i iniquitatib⁹
conceptus ſum: ꝛ in pctis concepit
me mater mea: conſtat ꝙ dauid fuit
legitimus ex thoro legitimo geni-
tus: imo ex parentibus ſanctis pro
creatus: ergo ſi ipſe fuit in pctō ori-
ginali conceptus: a fortiori qlbꝫ ali
us preter xp̄m et virginem ſanctiſſi
mā fuit conceptus in pctō originali.
Ad hoc argumentū reſpondit mihi
vnus rabinoꝝ italus: et inter eos re
putatus alter appollo: ꝙ pater ꝛ ma
ter regij prophete calefecerant ſeip
ſos. Replicaui inquirendo de tali ca-
lore: an erat peccatum: ꝛ cōceſſit par
tem affirmatiuam: et addidit ꝙ non
eſt poſſibile virum cognoſcere ꝓpriā
vxorem ſine peccato mortali.

Contra hoc replicaui inferendo ꝙ ſe quereretur deum eſſe ſumme malum: quū preciperet opus quod ſine peccato mortali exerceri nequit: ꝗnã ip ſe precepit geñ.1. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: ⁊ poſt diluuiū iteruꝫ precepit noe ⁊ filijs eius cum eiſdeꝫ verbis in propria forma Tunc alter rabinus qui erat medicus expuit in faciem rabini itali qui dixit ei. reſponde igitur tu ad argumentum doctoris: tunc medicus dixit fateri malo propriam ignorãtiaꝫ ꝙ dicere blaſphemiã adeo magnaꝫ in dominū deū.

Iſtis notatis reſondetur ad queſtionem per tres ꝯclu. quarū prima eſt iſta. Non quilibet deſcendẽs ab adam contraxit pctm̄ originale patet iſta ꝯclu. de pientiſſimo Jeſu. Secunda ꝯclu. eſt iſta. non quelibet perſona deſcendens ab adam ſcd̄m naturalem propagationem ſiue rationem ſeminalem contraxit peccatum originale: iſta ꝯclu. patꝫ de ſanctiſſima virgine que non fuit ꝯcepta in peccato originali: vt abunde ꝓbatum eſt in tertio ſniaꝝ.

Tertia concluſio eſt iſta. Quelibet perſona deſcendẽs ab adam per naturalem propagationē preter xp̄m ⁊ ſanctiſſimã virginē cõtraxit peccatum originale. iſta ꝯclu. probatur auctoritate apl̄i ad Rom.5. dicentis. In adã oẽs peccauerūt. ⁊ ad ephe. ſcd̄o. Eramus natura filij ire. patet inſuper aucte diui Auguſt. dicentis in.26.cap. lib. de fide ad petrū. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites omnem homineꝫ qui per concubitū viri ⁊ mulieris concipitur cum originali peccato impietati ſubditū morti ſubiectum: ⁊ ob hoc natura ire filiuꝫ naſci: ⁊ hec auctas canonizatur de ꝯſecratione diſtin.2. Et inſurges forte: quia ex hac aucte videtur ſeꝗ beatam virginem fuiſſe conceptam in peccato originali. Rñdetur ꝙ diuus Augu. eam excepit: nam in lib. de natura ⁊ gratia īquit quū de peccatis agitur: nullam proſus menſionem fieri volo de ſanctiſſima virgie

Contra vltimã cõclu. arguitur ſic. tranſgreſſio ade nõ poteſt imputari alicui paruulo ad peccatū. ergo nullus paruulus eſt conceptus in peccato originali. añs patet aucte ezechielis.18. dicentis. Filius non portabit iniquitateꝫ patris. Ad hoc argumentum rñdetur concedendo añs: immo cuilibet paruulo imputatur proprium peccatum: qꝛ quilibet paruulus habet peccatum originale quod ſic eſt ipſius quòd non eſt alterius ante ſuſceptionem ſacramẽti: ⁊ negatur ꝯña. Et ſi probes paruulus nunꝗ peccauit originaliter. ergo nõ eſt conceptus in peccato originali. añs probatur: nihil paruulus commiſit nihil omiſit. ergo nunꝗ peccauit originaliter. Ad hoc rñdetur negando añs: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: ratio eſt: quia nõ omne peccatum eſt cõmiſſionis vel omiſſiõis neqꝫ omne peccatum eſt veniale vel mortale: ſed oportet ponere tertiuꝫ membruꝫ. ſ. originale. Et ſi queras quãdo peccauit originaliter hic paruulus. Reſpondetur ꝙ in primo inſtanti creationis aie que qꝫ fuit infuſa ipſi materie. Et ſi vlterius arguas tale peccatum non eſt perſonale. er-

q̃o nullo modo eſt peccatum: añs ꝓbatur. Iſte paruulꝰ nihil fecit: nihil omiſit. ergo tale peccatum non eſt ꝑſonale. Ad hoc rñdetur diſtinguẽdo añs: vel capiendo peccatũ perſonale pro peccato quod perſona cõmiſit vel omiſit: ꝛ ſic conceditur illud ꝛ negatur ɔ̃ña: vel pro peccato quod perſona contrahit: ꝛ ſic negatur illud: et ad probationem negatur ɔ̃ña: qꝛ iã dictũ eſt ꝙ non omne peccatum eſt cõmiſſionis vel omiſſionis: et dabile eſt aliquod qđ nec eſt commiſſionis nec omiſſionis: ſed eſt originale. Cõtra iſtam ſolutionem arguitur: tale peccatum non eſt voluntariũ. ergo nullo modo eſt peccatum: ɔ̃ña tenet per diuũ Augu. vt ſepe citatum eſt: et añs patet: quia talis paruulus ante vſum rationis non habet libertatem. Ad hanc replicam rñdetur diſtinguendo añs vel in ipſo paruulo: et ſic conceditur illud ꝛ negatur ɔ̃ña ꝛ ad diuũ Augu. dicitur ꝙ ipſe procedit de peccato actuali: vel in p̃rio parente: et ſic negatur illud añs: imo ſicut inquit Paulus ad rom.5. per inobedientiam ipſius primi parentis intrauit peccatum in orbem terrarum.

¶ Queritur tertio circa eandẽ diſtinctionẽ: vtrum aliquid trãſeat extrinſecum in veritatẽ humane nature per actum generatiue potentie. Pro huius queſtionis elucidatione eſt aduertendum ꝙ magiſter in preſenti diſtin. tenet ꝙ omnis caro ab adã traducta materialiter atq̃ cauſaliter licet non formaliter fuit ĩ primo parente ꝛ ab ipſo deſcendit lege propagationis: ꝛ in ſe aucta talis caro et multiplicata eſt nulla exteriori ſubſtantia in ipſam tranſeunte: que quidem caro in futuro reſurget: ac fomentum quidem habet a cibis: ſꝫ non conuertuntur cibi in humanam ſubſtantiam que per propagationẽ deſcẽdit ab adã tranſmiſit enĩ adã modicum quid de ſubſtantia ſua in corpora filiorum: quando eos ꝑcreauit. i. aliquid modicum de maſſa ſubſtantie eius diuiſũ eſt: ꝛ inde formatum fuit corpus filij ſui ꝙ multiplicatione ſui ſiue rei extrinſece adiectione auctum eſt: ꝛ de illo ita aucto aliquid inde ſeparatur: vnde formãtur poſterorum corpora: et ita progreditur procreatiõis ordo lege propagationis vſq; ad finẽ humani generis: ꝛ ſic patet ꝙ omnes homines ſcđm corpora in adam fuerunt per ſeminalem rationem: ꝛ ex eo deſcenderunt propagationis lege.

¶ Hec opinio ꝛ ſi ſit extranea: aliqui tamen nituntur eam deffẽdere dicentes ꝙ talis multiplatio fit ꝑ virtutem diuinam. Contra quos et opinionẽ arguitur ſic: ſequeretur ꝙ nos non aliter fuiſſemus in adam ꝗ̃ xp̃s: ɔ̃ñs eſt abſurdum: igitur ſequela patꝫ: xp̃s ſolum fuit per corpulentam ſubſtantiam: vt aſſerit Augu.9. ſuper geñ. et ipſũ ſequũtur omnes doctores catholici: ꝛ nos etiam ſolũ fuimus ſcđm corpulentam ſubſtantiam ꝛ non ſcđm rationem ſeminalẽ igitur ſequela vera. Inſuper ſequeretur ꝙ generatio hominis non eſſet naturalis: nec fieret eo modo quoad corpus ſicut generationes aliorum animalium. ɔ̃ñs eſt falſum: igitur ſequela patet: qꝛ non ſit aliter ꝗ̃ per

ſeparationem: vt puta ſi ſeparetur vna pars aque ab alia: vel fruſtrum ligni a ligno.

¶ Propter iſta argumenta alij nituntur deffendere per virtutem celeſtem: ſcȝ.5. eſſentie. Sȝ hec opinio ē irrationabilior altera: et facile eſt ipſam impugnare. Idcirco alij ponūt talem multiplicationem fieri p actiuitatem forme: nam materia q̄tum eſt de ſe non habet extenſionem: ſed ꝙ extendatur hoc eſt ratione forme ſibi iuncte: vnde quantūcūq̧ parum de materia capax eſt valde magne extenſionis ſi eſſet agens quod poſſet formam tante extenſionis imprimere.

¶ Contra iſtos ⁊ opinionē arguitur: ſequeretur ꝙ mundus eſſet maior q̄ a principio ⁊ indies creſceret: ꝯñs eſt contra phl'm in.1. phi. dicentem omnium natura conſtantiū terminus eſt: ⁊ ratio magnitudinis et augmenti. Inſuper videtur non intelligibile ꝙ tot materie fuiſſent in adam: ⁊ ꝙ in quolibet noſtrūȝ nō eſſet de veritate humane nature tantum: ſicut eſt milleſima pars grani ſinapij: vt patet deducenti. Preterea ſequeretur ꝙ in adaȝ fuiſſēt due portiones reſeruate. vna pro xp̄o: et alia pro virgine ſanctiſſima que nō fuiſſent infecte a flatu ſerpentis venenoſi: ꝯñs eſt contra diuū anſelmū in.2.cap.lib. de conceptu virginali. Item ſequeretur ꝙ nullus homo eſſet maior entitatiue in iuuentute q̄ in pueritia qḋ eſt contra experiētiā. preterea gloſa interli. ſuper illud luce.11. Beatus venter ⁊c. Ait ex eodē fonte lac nutrientis ⁊ ſemen ꝓ creā dis pueris emanat. Idē dicit diu⁹ Augu. in lib. de vera religione. Poſtremo arguitur: omne quod augetur augmentatur per additionem vl' rarefactionem: ſed in tali multiplicatione non eſt additio neq̧ rarefactiō ergo impoſſibilis eſt: imo nō intelligibilis talis multiplicatio.

¶ Propter iſta argumenta omnes doctores theologi relinquunt magiſtrū in hac opinione: ⁊ ſequuntur phos ⁊ dños medicos dicentes: ꝙ mediante virtute generatiua non ſolum aliquid tranſit in veritatē humane nature: imo tota.plis veritas generate eſt ab extrīſeco addito: ſcȝ ex ſuperfluo nutrimēti ſiue tertie digeſtionis: q̄uis Alexander ⁊ diuus Bonauen. addunt huic opinioni cōmuni medicorūet phoꝝ ꝙ aliquid de humido radicali primi parentis tranſmiſſum eſt in filios ipſius: ⁊ cōſequenter in nobis reperitur aliquid de tali humido radicali qḋ idem numero fuit in primo parente. Sȝ iſta opinio eodē modo poteſt impugnari ſicut opinio magiſtri: imo eiſdem argumentis numero quibus Alexā. ⁊ diuus Bonauen. impugnāt magiſtrū: quare mirandum eſſet de eis: niſi fuiſſent homies. Propterea, dicendum eſt cuȝ omnibus alijs doctoribus: ꝙ nihil idem numero eſt ī nobis quod fuerit in primis parentib⁹ ⁊ talis modus operandi potētie generatiue eſt ordinatus delectabilis: et expeditus ordinatus quidem: qꝛ ibi incipit operatio potentie generatiue vbi ceſſat operatio potentie nutritiue natura per prius intendit ſibi ipſi prouidere q̄ alteri: idcirco me

teria generationis eſt ſuperflui tertie digeſtionis:eſt etiã talis mod⁹ operandi delectabilis: nam natura delectatur in emiſſione ſuperflui:vt docet experientia: et triſtatur i emiſſione neceſſarij. Eſt iſuper talis modus expeditus:nam quũ tertius cibus ſit in potentia ꝓpinqua: imo proxima:vt in ſingula membra conuertatur: ſi natura debet ex aliquo humore fabricare corpus fabricat ex illo:et quũ non fabricet ex neceſſario ſequitur quod ex ſuperfluo fabricat.

¶ Contra iſtam opinionem arguit magiſter in preſenti diſtinctiõe auctoritate ꝛ ratione. Auctas eſt ſaluatoris Math.15. dicentis. Omne quod intrat in os in ventrẽ vadit:et inceſſum emittitur:igitur nihil extri ſecum conuertitur in ſubſtantiã aliti Ad hanc auctoritatem dupliciter reſpondet. Uno modo ꝙ ly ceceſſum non capitur pro cloaqua:ſed ꝓ meatu vel poro. Alio modo reſpondetur ꝙ ibi non eſt diſtributio completa: ſed accomoda: ꝛ magiſter tenet hãc ſolutionem ſecundam amplecti:naꝫ non omne quod intrat in os ſimpliciter in ventrem vadit:quia aliquid relinquitur inter dentes: et aliquid in pectore:et aliquid etiam ad naſũ aſcendit vt granum ſinapij.

¶ Ratio talis eſt:puer qui ſtatĩ poſt ortum moritur:in illa ſtatura reſurget quam habiturus erat ſi vixiſſet vſqꝫ ad triginta annos nullo vitio corporis impeditus: vnde ergo illa ſubſtantia.ſ.que adeo fuit parua mortua in reſurrectione taꝫ magna erit fctã:niſi ſui multiplicatiõe vnde apparet:qꝺ etiam ſi viueret:non aliunde ſꝫ in ſe augmẽtaretur illa ſubſtãtia: ſicut coſta de qua facta eſt mulier:et ſicut panes euangelici.

¶ Ad hanc rationem facile reſpondetur: quod illa caro que erit in iſto puero mortuo : ſtatim poſt ortum in die reſurrectionis addetur a domino : ſicut addidit carnem illi coſte qua condita fuit eua: et ſicut multiplicauit addendo materiã quinqꝫ panibus ordeaceis.

¶ Ulterius arguitur auctoritate Hugonis de ſancto Uictore in fine.6.partis dicentis. De ſubſtantia coſte in ſe diuina virtute abſqꝫ extrinſeco additamento aucta corpus mulieris factum eſt quemadmoduꝫ poſtea naturam humanaꝫ a primis parentibus:in ſubſequentem generationem ſeminatam a modico iam intantum multiplicata ſernimus;vt multa hominum millia ex eo iam creuiſſe videmus.

¶ Ulterius arguitur auctoritate diui Anſelmi in.2.cap.lib.de conceptu virginali dicentis. Quia tota natura humana in primis parẽtib⁹ erat et nihil extra ipſos erat : tota infirmata eſt et corrupta. Inſuper arguitur auctoritate diui Auguſt.in.9.ſuper geneſim dicẽtis: ꝙ nos ſumus in adaꝫ ſecundum rationem ſeminalem: ꝛ ſcḋm corpulẽtam ſubſtantiã:caro aũt chriſti ſoluꝫ fuit ſecundũ corpulentam ſubſtãtiã.

Ad primã auctatem hugõ. dz ꝙ ipm inſequtus eſt magiſter. Ad auctatem diui anſelmi loquiẽ de natura huma na que erat i paradiſo terreſtri: ꝛ nõ de natura humana que eſt mõ: vł lo quitur cauſaliter ꝛ originaliter. Auctoritas diui Augu. ꝓportionabiliẽ intelligitur. ſ. cauſaliter: ꝛ nihilominus militat cõtra magiſtrũ: nã opoꝛ tet dicere ꝙ in adam fuerũt reſerua te due portiones materie: vna ꝑ ſal uatore ꝛ altera ꝑ ſanctiſſima virgĩe. Ulterius arguitur ſic contra eandẽ opinionem: ſequereẽ ꝙ nullus homo generaret alterũ: ꝯñs eſt falſum: igi tur ſequela ꝓbatur: nullus homo de ſua ſubſtantia producit alterũ: ꝛ ge nerare eſt aliquod de ſua ſubſtantia producere: igitur ſequela vera. Ad hoc argumentũ rñdetur negando ſe quelam: ꝛ ad ꝓbationem rñdetur ꝙ ſatis eſt ꝙ homo producat de ſubſtã tia que eſt proxima ad conuerſionem ſue ſubſtãtie: nec oportz ꝙ talis ſub ſtantia ſit pars hoĩs generãtis. Cõ tra iſtã ſolu. arguitur: ſequereẽ ꝙ cõ ſanguinei in duob⁹ ꝛ trib⁹ gradibus poſſent cõntrahere: ꝯñs eſt abſurdũ igitur ſequela probaẽ: cã quare neq̃ unt contrahere eſt inuitas carnis et ſanguinis: ſed nõ eſt inuitas carnis et ſanguinis ſcḋm iſtam opinionem ergo licite poſſunt contrahere. Ad hanc replicã rñdetur negando ſeque lam: ꝛ ad ꝓbationẽ negatur maior: ſed cauſa eſt: q2 deſcendũt ab eodem ſtipide: ꝛ id, prime ꝛ romanus ponti fex, phibet tales contrahere. Cõtra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur ꝙ in reſurrectione non daretur vnicuiq; idem corpus qḋ habuiſſet ſi longo tempore vixiſſet: ꝯñs eſt falſum: igẽ Ad hanc replicam facile rñdetur de idẽtitate diſtinguendo primo aut ſe cundo aut tertio modo. Propterea aliter replicatur: ſequereẽ ꝙ verbum diuinum dum viuebat in hac vita mortali chriſtus continuo aliud ꝛ ali ud corpus aſſumpſiſſet: ꝯſequẽs vi detur abſurdum: igitur ſequela patz quia quolibet cibũ cõuertebatur in ſubſtantiam chriſti: igitur tales cibos de nouo conuerſos verbum diuinum indies aſſumebat. Ad hãc replicã re ſpondetur concedendo ſequelam de corpore partiali: et negatur minor: nec hoc habetur pro inconuenienti.

¶ Poſtremo arguitur ſic: ſequereẽ ſi cibi conuerterentur in ſubſtantiam aliti ꝙ eſſet penetratio dimentionum naturaliter: ꝯſequens eſt impoſſibi le: igitur ſequela probatur: nullũ eſt vacuum in corpore humano: ergo ſi fiat talis conuerſio neceſſe eſt pene tratio dimenſionum.

Hoc argumentum eſt phiſicum: id circo ſolutio patet ex philoſo. in pri mo de gen. dicente: ꝙ in corpore hu mano ſunt multe partes pro ſe: in quibus recipitur talis cibus cõuer ſus. Et ſi vlterius replices ꝙ cibus eſt grauis: et non põteſt aſcendere ad caput. Reſpondetur cum philo ſopho: ꝙ in capite ꝛ ceteris mẽbris eſt virtus attractiua qua mediãte at trahitur cibus conuerſus veluti fer rum attrahitur a magnete: multa a lia argumenta: ſed quia phiſicalia omittuntur.

Quomodo peccatum originale a patribus tranſeat in filios: an ſecundum animaꝫ an ſecundum carnem.

Diſtinctio. XXXI



Unc ſuper eſt inueſtigare qualiter illud peccatum a patribus traducatur i filios .ſ. an ſecundũ ſolam animaꝫ an ſcđm carnem: ſiue ſcđm vtrũqꝫ. Putauerunt quidam ſecũdũ animam trahi peccatum originale: non ſolum ſecundum carnem quia non ſolum carneꝫ ſed ꝛ animam ex traduce eſſe arbitrati ſũt Sicut enim in generatione prolis de carne paterna ſubſtantialiter trahitur caro: ita etiam de gignentis anima: animaꝫ geniti eſſentialiter deduci ab his exiſtimabatur. Ideoqꝫ ſicut de corrupta carne caro corrupta ſeminatur: ita etiam de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta: ab illis trahi dicitur.

Predictam opinionem dãnat: et ꝙ per carnem traducatur peccatum dicit: ꝛ quomodo oſtendit.

¶ Hoc autem fides catholica reſpuit: et tanꝙ veritati aduerſũ damnat: que non animas ſꝫ carnem ſolam: ſicut ſuperius diximus ex traduce eſſe admittit. Nõ ergo ſecundum animam: ſed ſecundum carnem ſolam peccatuꝫ originale trahitur a parentibus. Eſt enim peccatuꝫ originale: vt ſupra diximus: concupiſcentia: non quidem actus ſed vitium. Ipſa concupiſcẽtia eſt lex membrorum vel carnis que eſt morbidus quidam affectus vel languor qui commouet illicituꝫ deſiderium: ideſt carnalem concupiſcentiam que lex peccati dicitur. Que dicitur manere in carne: non quin in anima ſit: ſed qr per corruptionem carnis in anima ſit.

Cauſam corruptionis carnis oſtendit: ex qua in anima peccatum ſit.

¶ Caro enim propter peccatuꝫ corrupta fuit in adaꝫ adeo vt cũ

ante peccatũ vir ⁊ mulier ſine in centiuo libidinis ⁊ concupiſcentie feruore poſſent conuenire: eſ ſetq; thorus imaculatus: iã poſt pctũm non valeat fieri carnalis copula abſq; libidinoſa cõcupiſcentia que ſemper vitium eſt: et etiã culpa niſi excuſetur per bona coniugij. In concupiſcentia ergo ⁊ libidine cõcipitur caro formanda in corpus prolis. Uñ caro ipſa que concipitur in vitioſa concupiſcentia polluitur ⁊ corrũpitur: ex cuius contactu anima cum infunditur maculam trahit qua polluitur ⁊ fit reatus: id eſt vitium concupiſcentie: que eſt originale peccatum.

Quod propter corruptionẽ carnis que eſt cauſa peccati dicitur peccatum eſſe ĩ carne

Ideoq; ipſum peccatum dicatur manere ĩ carne. Caro ergo que in concupiſcẽtia libidinis ſeminatur: nec culpam habet nec actum culpe: ſed cauſam. In eo ergo quod ſeminatur corruptio eſt. In eo aũt q naſcitur cõcupiſcentia vitiũ eſt. Uñ Ambro. de verbis apl'i ſic ait. Quomõ habitat pctũ in carne: cũ nõ ſit ſubſtanti ſed priuatio boni. Ecce primi hominis corpꝰ corruptũ eſt per peccatũ: ipſaq; corruptio per conditionem offenſionis manet in corpore: robur tenens diuine ſententie date in adam: cuiꝰ conſortio anima maculatur peccato. Per id ergo q facti cauſa manet: inhabitare dicitur peccatum in carne. hec eſt lex carnis. Idem non habitat peccatum in anima: ſed in carne: quia peccati cauſa ex carne eſt: non ex anima qr caro eſt ex origine carnis pctĩ et per traducem omnis caro fit cauſa peccati: anima vero nõ traducitur: et ideo in ſe cauſam peccati non habet. Auguſtinꝰ quoq; ex carne peccatum animam contrahere in ſermone quodam de verbis Apoſtoli oſtendit dicens. Uitiũ concupiſcentie eſt quod anima ex carne contraxit. Natura quippe humana nõ opere dei cum vitio primitus eſt inſtituta: ſed ex volũtatis arb.trio priorum hominum venienti vitio eſt ſauciata: ita vt non ſit in carne bonum: ſed vitium quo inficitur anima.

De cauſa originalis peccati que eſt in carne: vtrũ ſit culpa an pena.

¶ Hic queri ſolet: vtrum cauſa peccati originalis que dicta eſt eſſe in carne culpa ſit vel pena ſiue aliquid aliud. culpa eſſe nō poteſt: quia culpa non eſt in re irrationali. Si enim culpa eſſet i carne ante infuſionem anime: actualis eſſet vel originalis. Sʒ actualis ibi non eſt: nec originalis culpa eſt: quia ipſa cauſa eſt origialis peccati. Si autem pena eſt: que eſt illa: paſſibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. Hos enim defectus carni ineſſe cōſtat

Hic aperietur quid ſit feditas tracta ex libidine coeuntiuʒ: que vitio vel corruptio dici poteſt.

¶ Ad quod dici poteſt: qȝ multiplex defect⁹ carnis ⁊ precipue pollutio quedam: quaʒ ex feruore coitus parentum ⁊ concupiſcentia libidinoſa contrahit caro dum concipitur: cauſa eſt originalis peccati: que recte vitium ſiue corruptio carnis appellari poteſt. Que feditas maior videtur eſſe in carne concupiſcentialiter traducta ꝙ in ea vnde traducitur. Et qꝫ vitium vel corruptio ſit in carne ante coniunctionem anime effectu probatur cum anima infunditur que ex corruptione carnis maculatur. Sicut in vaſe dinoſcitur vitium eſſe cum vinum infuſum aceſcit.

Inductu ſimilium oſtendit non abſurde dici filios trahere peccatum a parentib⁹ etiam mundis.

¶ Ne autem miremur et intellectu turbemur audientes peccatum originale filios traducere a parentibus iam per baptiſmum ab illo peccato mundatis: diuerſarum ſimilitudinum inductiōe id poſſe fieri inſinuat Aug⁹. in libro de baptiſmo par. ita inquiēs Quō preputium per circunciſionem aufertur: manet tamē in eo quem genuerunt circunciſi. quō etiam palea que opere hūano tāta diligentia ſeparatur: manet tamē in fructu qui de purgato naſcitur tritico: ita peccatū quod in parentibus per baptiſmū mundatur manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt quod adhuc vetuſtum trahunt non ex hoc quod lex in nouitate promouit eos inter filios dei.

Non enim generant parentes fi
lios ſecundum illam generatio-
nem qua denuo nati ſunt: ſed po
tius ſecundum illam qua carna-
liter ⁊ ipſi primum ſunt generati

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.

¶ Iam oſtenſuꝫ eſt quid ſit ori
ginale peccatum: ⁊ qualiter a pa
rentibus in filios: et per carnem
in animam tranſeat. Ex quibus
etiam innoteſcit: quare dicatur
originale peccatuꝫ: ideo ſcꝫ quia
ex vitioſa lege originis noſtre in
qua concipimur: ſcꝫ carnis libidi
noſa concupiſcentia traducitur:
vt ſupra dictum eſt. Non enim
quia ex carne tracta ab adam cō
cepti ſumus: ideo peccatum tra
ximus: quia ⁊ chriſti corpus ex
eadem carne formatum eſt: que
ab adam deſcendit: ſed eius con
ceptus eſt celebratus non lege
peccati: id eſt concupiſcentia car
nis: vnde ⁊ caro eius peccatrix
non fuit: imo operatiōe ſpiritus-
ſancti. Noſter vero concept⁹ nō
fit ſine libidine: et ideo non eſt ſi-
ne peccato. Quod euidēter Au
guſtinus oſtendit in libro de fi-
de ad petrum dicens. Quia duꝫ
ſibi inuicem vir mulierqꝫ miſcen-
tur: ſine libidine non eſt parentū
concubitus: ob hoc filiorum ex
eorum carne naſcentium nō po-
teſt ſine peccato eſſe conceptus:
vbi peccatum in paruulos non
tranſmittit propagatio ſed libi-
do: nec fecunditas humane na-
ture facit homines cum peccato
naſci: ſed feditas libidinis quam
homines habent ex illius iuſtiſ-
ſima condemnatione peccati.
Ideo beatus Dauid propter
originale peccatum quo natura
liter obſtricti ſunt filij ire: dicit.
In iniquitatibus conceptus ſū
et in peccatis concepit me ma-
ter mea. Ex hoc itaqꝫ apparet ex
lege conceptionis traduci origi
nale peccatuꝫ: quia niſi cōceptio
ptio ſic fieret in carne: anima ex
carnis coniunctione concupiſcē
tie vitium non traheret.

Obiectio quorundam volē tium probare peccatum nō traduci ex lege coitus.

¶ Sed ad hoc opponitur hoc
modo. In ipſo conceptu vbi di
citur: tranſmittit peccatum: pro
pagatur caro: nec tamen infun-
ditur anima ſecundum phiſicos
ſed iam effigiato corpore. Quod

etiam Moyſes in exod. aperte ſignificat: vbi ait de percuſſura mulieris pregnãtis. Si quis inquit percuſſerit mulierez pregnãtem et abortum fecerit: ſi adhuc informe fuerit puerperium mulctabitur pecunia. Si autem formatum fuerit: reddat animã pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima animatum et informe quod nondum habet animam. In ipſo ergo conceptu cum caro propagatur nondum infũditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum tranſmittitur: cum peccatum nõ poſſit eſſe vbi anima nõ eſt. Ad quod dici poteſt: quia in illo conceptu dicitur peccatum tranſmitti: non qz peccatum originale ibi ſit: ſed qz caro ibi contrahit id ex quo peccatum fit in anima cum infunditur Et vtrumqz vocatur conceptus ſcz et cum caro propagatur formamqz corporis humani recipit et cum anima infunditur: quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Unde quod natum eſt in te Proprie autem natiuitas dicitur in lucem editio.



Irca triceſimã primã diſtinctionẽ queritur primo. vtrum peccatum originale lege ꝓpagationis contrahatur ab anima vl' carne. Pro huius difficultatis declaratione eſt preſupponendum quod declaratum eſt in prima queſtione. 17. diſtin. 2. ſcz q anima rationalis non educitur de potentia materie: ſz a ſolo deo creatur: ⁊ creãdo infunditur ipſi materie. Ulterius ſunt preſupponẽde opiniones ĩ precedenti diſtin. declarate de peccato originali: vnde ſcdm opinionez magiſtri dicendum eſt q pecca. origi. cõtrahitur ab anima mediãte carne ita q morbida qualitas carnis ꝓducit in animam vnam aliam morbidã qualitatem que vocatur pctm̃ originale: ſed ſcdm opinionem diui anſelmi contrahitur peccatũ originale ab anima rationali: ideo quia coniũgitur carni deſcendenti ab adam ſecundum rationem ſeminalem.

¶ Contra ambas opiniones arguitur argumento Iuliani: non peccat iſte qui naſcitur nec qui genuit: non ille peccat qui cõdidit: per quas igitur rimas inter tot preſidia innocentie peccati fingis ingreſſum. Reſpondet Augu. contra eundẽ Iulianum ſacra pagina ad rom. 5. pro me rñdet dicens. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Cõtra hoc replicat Iulianus: ſi per hominem intrauit peccatum: vel tale

peccacũ eſt ex natura vel ex volũta-
te: nullum iſtorum eſt dicendũ: igit
ꝙ non poſſit dari primũ patet: quia
tunc natura eſſet mala de ſe: ꝙ non
poſſit dari ſcðm patet: qꝛ talis par-
uulus nõ habet libertatem neqꝫ vſũ
rationis. Ad hoc rñdet diuꝰ Augu.
negando minorẽ ⁊ dat ſcðm mẽbꝛũ
ſcꝫ ꝙ tale peccatũ eſt ex volũtate: ſꝫ
non cõcedit ꝙ ſit ex volũtate paruu
li: ſed bene cõcedit ꝙ ſit ex volũtate
primi parentis. Scðo arguit ſic te-
ſte pħo noſtro in .3. ethicoꝝ: propter
ea que inſunt nobis a natura nec lau
damur neqꝫ vituparamur: nemo ipro
perabit ceco a natura: igitur pctũm
originale non eſt vituperabile. Ad
hoc rñdetur ꝙ philo. intelligit: niſi
homo ſit particeps culpe: modo par
uulus eſt particeps culpe. Contra
iſtam ſolu. arguitur. Donum xp̄i eſt
maius ꝙ̃ pctũm ade: ſed donuꝫ xp̄i
non tranſit in omnes. ergo neqꝫ pec
catum primi parentis. Ad hoc rñde
tur ꝙ ſicut peccatũ ade nõ tranſit ni
ſi in eos qui naſcũtur ex eo per ratio
nem ſeminalem: ita etiam donũ xp̄i
non tranſit niſi in eos qui regenerã
tur per baptiſma. Cõtra iſtam ſolu.
arguitur. parentes baptizati nõ poſ
ſunt generare filios in peccato origi
nali: igitur reſolutio nulla: ꝯñs patꝫ
parentes xp̄iani non habent pctũm
originale. ergo non generant filios
in peccato originali: ꝯña tenet: qꝛ ne
mo dat quod non habet. Ad hanc re
plicam rñdetur negando añs: et ad
probationẽ negatur ꝯña: ⁊ ad proba
tionẽ datur inſtãtia de primis parẽ-
tibus iudeis aut ſarracenis qui non
habent prepuciũ: ⁊ generant filios
prepuciatos: ſimiliter granum non
habet paleam: et tamen producit tri
ticum cum palea.

¶ Circa iſtam queſtionem du-
bitatur primo: vtrũ in vno homine
ſit tantum vnuꝫ peccatũ originale.
Ad hoc rñdetur affirmatiue ab oibꝰ
doctoribꝰ catho. Et ſi arguas aucte
pſal. 50. Ecce in iniquitatibꝰ conce-
ptus ſum: ⁊ in peccatis concepit me
mater mea: rñdetur ꝙ plurale capit
loco ſingularis: ⁊ iſte eſt modꝰ ſacre
pagine: velut illud Mat. 2. Defuncti
ſunt qui querebant aiam pueri: ⁊ tñ
Herodes erat deffunctus qui quere
bat animam pueri.

¶ Dubitatur ſcðo: an peccatũ
originale ſit equaliter ĩ oibus. Hoc
dubium nullam habet difficultateꝫ
in opinione diui Anſelmi: nam in oĩ
bus eſt equalis carẽtia iuſticie origi-
nalis. Sed magnã habet difficulta-
tem in opinione magiſtri diui Tho.
⁊ diui Bonauen. nam ab ipſis rñde
tur affirmatiue. Contra quos argu
mẽtor primo ſic. peccatũ originale
ſcðm iſtos doctores cauſatur a libi-
dine parentum naturaliter: ſed ma-
ior eſt libido in aliquibus parentibꝰ
ꝙ̃ in alijs: et vbi eſt maior cauſa ce-
teris alijs paribus ſemper produci
tur maior effectus. ergo a maiori li-
bidine ſemp producitur maius pec-
catũ originale: ⁊ per ꝯñs pctũm ori
ginale non eſt equaliter in omnibus
Secũdo arguo ſic: deducendo incõ-
ueniens: ſequeretur ꝙ actus merito
rius produceret peccatũ originale:
ꝯñs eſt abſurdum: igitur ⁊ opinio ſe
quela probatur: volo ꝙ aliquis con-

iugatus velit cognoſcere vxorem ſu
am propter deum:quia ipa petit de
bitum:ita ꝙ ex ſe nolet cognoſcere:
niſi ipa peteret:tunc talis libido im
perata a tali cōiugato producit pec-
catum originale ſecūdum iſtos do-
ctores:et eſt operatio meritoria: igi
tur ſequela vera,

¶ Dubitatur tertio: vtrum po
tentia generatiua ſit magis infecta
ꝗ aliqua alia potentia humana. Ad
hoc dubium reſpondet Auguſt.i.14
lib.de ciui. dei affir.ſed diuꝰ Anſel-
mus diceret ꝙ non eſt infecta: ſed
bene eſt magis rebellis:vt docet ex-
perientia.

¶ Queritur ſecundo circa ean-
dem diſtinctionem:vtrum ſi adā nō
peccaſſet: eua autem peccaſſet: filij
fuiſſent concepti in peccato origina-
li. Pro huius queſtionis declaratio
ne preſupponendum eſt ex philoſo-
phia:ꝙ principium actiuū generatio
nis eſt a patre: materiam autem mi
niſtrat mater. Iſto ſuppoſito ponū-
tur tres conclu.reſponſiue ad titulū
queſtionis: quarum prima eſt iſta.
Si ſola eua peccaſſet nulli fuiſſent
concepti in peccato originali. iſta cō
clu.patet auctoritate apl'i ad rom̄.5.
dicentis. Per vnum hominem itra
uit peccatum in hunc mundum:ſi er
go per euam intraſſet: non dixiſſet
per vnum hominem: ſed per duos
maxime: quia eua prius peccauit ꝗ
adam. Secunda concluſio eſt iſta.ſi
ſolus adam peccaſſet fuiſſemus con
cepti in peccato originali.iſta cōclu-
ſio patet:quia ipſe accepit caſtruz iu
ſticie originalis pro ſe ⁊ nobis omni
bus. Tertia concluſio eſt iſta: ſi ali-
quis ſine ſemine produceretur velut
chriſtus non contraheret peccatum
originale. Iſta concluſio patet:quia
adam ſolum accepit caſtrum iuſtitie
originalis pro ſe et omnibus illis
qui deſcendſit ab eo ſecundum ratio
nem ſeminalem.

¶ Contra primam concluſionē
arguitur: homo preexiſtit in matre
ſicut in patre. ergo ſi eua peccaſſet
omnes fuiſſemus concepti in pecca
to originali.
Ad hoc argumentum reſpondet ne-
gando ꝯſequentiam ⁊ ratio eſt: quia
in patre eſt principium actiuū: et in
matre eſt ſolum paſſiuum:et reuera
potiſſima cauſa eſt:quia ade datum
eſt caſtrum iuſticie originalis pro ſe
et omnibus deſcendentibus ſecun-
dum rationem ſeminalē et non eue.
Contra iſtam ſolutionem arguitur.
ſi eua peccaſſet fuiſſemus omnes
mortales et paſſibiles. ergo fuiſſe-
mus concepti in peccato originali.
ꝯſequentia tenet:quia mors et paſ-
ſibilitas ſunt pene peccati origina-
lis:et antecedens probatur: mater
miniſtrat materiam:vt dictum eſt in
notabili:mors autem ⁊ paſſibilitas
proueniunt ex neceſſitate materie:
igitur fuiſſemus mortales et paſſi-
biles.
Ad hanc replicam reſpondetur ne-
gando āncedens: et ad probationē
negatur aſſumptum. imo mors et
paſſibilitas ſolum proueniunt ex de
fectu iuſticie originalis.

Quomodo originale peccatuz dimittatur in baptiſmo cum et poſt ſit illa concupiſcentia que dicitur originale peccatum.

Diſtinctio. XXXII.

Quoniã ſupra dictum eſt originale peccatuz eſſe vitium ꝯcupiſcẽtie aſſignatum ꝙ quomodo a parentibus trahatur et originale dicatur: ſupereſt inueſtigare quomodo in baptiſmo dimittatur: cum etiam poſt baptiſmum remaneat concupiſcentia que ante fuerat. Unde videtur vel peccatum originale nõ eſſe concupiſcentia: vel nõ remitti in baptiſmo. Manet quippe vt ait Augu. in corpore mortis huius carnalis concupiſcentia: cuius vitioſis deſiderijs nõ obedire precipimur. Que tamen cõcupiſcẽtia quotidie minuitur in proficientibus et continentibus ſed licet remaneat concupiſcẽtia poſt baptiſmum: non tamen dominatur ⁊ regnat ſicut ante: imo per gratiam baptiſmi mitigatur ⁊ minuitur: vt poſt dominari nõ valeat niſi quis reddat vires boſti eundo poſt concupiſcentias: nec poſt baptiſmum remanet ad reatum: quia non imputatur in peccatum: ſed tantum pena peccati eſt. Ante baptiſmũ vero pena eſt et culpa.

Quod originale peccatum duobus modis dimittitur: ſcȝ extenuatione ſui et ſolutione reatus.

¶ Duplici ergo ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptiſmo: quia per gratiã baptiſmi vitium concupiſcentie debilitatur atq͂ extenuatur: ita vt iam non regnet niſi conſenſu reddantur ei vires: quia ⁊ reatus ipſius ſoluitur. Unde Augu. in lib. de baptiſmo paruulorum. Gratia per baptiſmum id agitur: vt vetus homo crucifigatur: ⁊ corp⁹ peccati deſtruatur: non ita vt in ipſa viuente carne concupiſcẽtia reſperſa et innata repẽte abſumatur ⁊ non ſit: ſed ne obſit mortuo que inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit in carne habet concupiſcentiam cũ qua pugnet eamq͂ adiuuante deo ſuperet: ſi

tamen non inuacuum gratiam eius ſuſcepit. Non itaq̧ hoc pſtatur in baptiſmo niſi forte miraculo ineffabili creatoris: vt lex peccati que eſt in membris prorſus extinguatur et non ſit: ſed vt quicquid mali ab homine factū dictū cogitatumq̧ eſt totū aboleatur: ac velut factum non fuerit habeatur. Ipſa vero concupiſcentia ſoluto reat⁹ vinculo: quo per illam diabolus animam retinebat: & a ſuo creatore ſeparabat maneat in certamine. Ecce hic aperte oſtendit ea ratione dimitti in baptiſmo: non quia non maneat poſt baptiſmum: ſed q2 reatus in baptiſmo aboletur. Deinde idem ipſe oſtendit eo mō etiā dimitti: quia baptiſmi gratia cōcupiſcentia ipſa mitigatur et minuitur in eodem lib. ita dicens. Lex carnis quam apoſtolus appellat peccatum cum ait. Nō regnet peccatum in veſtro mortali corpore: non ſic manet in mēbris eorum qui ex aqua & ſpūſancto renati ſunt tanq̄ non ſit eius facta remiſſio: vbi omnino plena fit remiſſio peccatorum: ſed manet in vetuſtate carnis tanq̄ ſuperatum & peremptum: niſi illicito conſenſu quodāmodo reuiuiſcat: et in regnum proprium dominationemq̧ reuocetur. Hic aperte inſinuatur in baptiſmo cōcupiſcentiam debilitari ex quo & dicitur dimitti non ſolum ideo: quia reatus ibi ſoluitur. Quem remiſſionis modum alijs etiam pluribus teſtimonijs ſcriptura edocet. Ait enim Auguſt. cōtra Julianum. Lex in membris eſt vitium carnis eſt: quod ex pena peccati & ex traduce mortis prouenit. Sed lex iſta que eſt in mēbris: remiſſa eſt regeneratiōe ſpirituali et manet in carne mortali Remiſſa eſt: quia reatus ſolutus eſt ſacramento quo renaſcuntur fideles. Manet autem quia operatur deſideria que dimicāt etiā cōtra fideles. Idem in ſermone quodā de cōcupiſcentia carnis. Per gratiam baptiſmatis et lauacrum regenerationis ſolutus eſt et ipſe concupiſcentie reatus cū quo eras natus: et quicquid antea conſenſiſti male concupiſcentie ſiue cogitatione ſiue loqutione ſiue actione. Idem in libro de nuptijs & concupiſcentia. Cōcupiſcentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatū: quecūq; tamen proles naſcitur: obligata eſt originali peccato. Item. Dimittitur concupiſcentia carnis in baptiſmo: nō

vt non ſit ſed vt non imputetur in peccatum. Hoc eſt enim non habere peccatum non eſſe reum peccati. Quomō ergo alia peccata pretereunt actu et remanent reatu: vt homicidium et ſimilia. Ita econuerſo fieri poteſt vt cōcupiſcentia pretereat reatu et remaneat actu. Ex predictis euidenter mōſtratur quomodo peccatum originale in baptiſmo remittatur.

De feditate quaꝫ caro ex libidine coitus cōtrahit vtrū in baptiſmo diluatur.

¶ Solet autem hic queri: vtrū et ipſa caro in baptiſmo ab illa feditate purgetur: quam in conceptione ex concupiſcentia libidinoſa contraxit. Quibuſdam videtur ꝙ ſicut anima reatu purificatur: ita et caro ab illa pollutiōe purgatur. Et ſicut duobus completur myſterium baptiſmi: ſcilꝫ aqua et ſpiritu: ita ibi duo purgētur: anima. ſ. a reatu et caro ab illa contagione: quod quideꝫ probabile eſt. Alij vero putant tantum animam ibi mundari: carnē vero non ab illa feditate purgari. Si vero remanet illa feditas vſꝙ ad procreationem filiorū que ſit in cōcupiſcentia carnis: videtur natura carnis magis ac magis corrumpi: et magis corrupta videtur caro prolis ꝙ̄ parentis: quia de carne pollutionem quaꝫ habuit a conceptu retinenti: trahitur polluta et in concupiſcētia concipitur vnde et polluitur: et ita ex duplici cauſa contaminatur. Unde maior videtur pollutio carnis in prole ꝙ̄ fuerit in parente. Ad quod illi dicunt quia licet caro prolis ex carne feda ſeminetur: et in concupiſcentia cōcipiatur: non tamen feditatem maiorem trahit ꝙ̄ caro vnde ſeminatur habuerit. Quāuis etiā ſi fedior atqꝫ immundior ſit caro prolis: et ideo magis corrupta ꝙ̄ caro parentis: nō inde vt aiūt ſit preiudicium veritatis: qꝛ nec abſurdum eſſe dicunt: ſi carnis natura magis in poſterioribus corrupta trahatur: neqꝫ ex ipſa magis corrupta anima magis inficitur.

Ex quo auctore ſit illa concupiſcentia deo. ſ. vel alio.

¶ Preterea queri ſolet: vtrum concupiſcentia que poſt baptiſmum remanet: et tantum penalitas eſt: ante baptiſmum vero pena erat: et culpa: ex deo auctore

ſit vel ex alio. Ad quod breuiter reſpondētes dicimus: q2 inquātum pena eſt: deum habet auctorem: inquantum vero culpa eſt: diabolum ſiue hominem habet auctorem.

Qua iuſticia anime munde ex creatione illud peccatum imputetur: cum non poſſit vitare.

¶ Solet etiam queri qua iuſticia teneatur illo peccato anima innocens a deo creata: cum non ſit in poteſtate ſua illud vitare. Non enim per liberum arbitriuꝫ illud cōmittatur: q2 non pri⁹ eſt anima ꝙ̄ illi peccato eſt obnoxia. Ad hoc quidam dicūt ideo animam ream eſſe illius peccati: licꝫ munda a deo ſit creata: quia cuꝫ infunditur corpori cōdelectatur carni: ex quo peccatum cōtrahit. Quod ſi eſſet iam non originale: ſꝫ actuale diceretur. Potius ergo ideo recte poteſt dici īputari anime illud peccatum quod ex corruptione corporis ineuitabiliter trahit: quia vt ait Aug⁹. in lib. de ciuit. dei. Non fuit corruptio corporis que aggrauat animam cauſa primi peccati: ſed pena nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit: ſed peccatrix ania carnem corruptibilem fecit.

Utrum illud peccatum ſit voluntarium vel neceſſariū

¶ Illud etiam non immerito q̄ri poteſt: vtrum peccatum originale debeat dici voluntariuꝫ vel neceſſarium. Et neceſſarium poteſt dici: quia vitari non poteſt. vnde ꝛ propheta dicit. De neceſſitatibus meis erue me. Et volūtarium non incongrue appellatur: quia ex voluntate primi hominis proceſſit: vt Auguſtinus in primo libro retractationum oſtendit dicēs. Illud quod ī paruulis dicitur originale peccatuꝫ cum adhuc non vtantur libero arbitrio voluntatis: non abſurde vocatur voluntarium: quia ex prima hominis mala voluntate contractum: factum eſt quodammodo hereditarium.

Quare deus animā corpori iungit ſciens etiam inde maculari et ideo dānari.

¶ Si vero queritur cur deus qui fecit animam ipſam ſine macula: et ſcit eam ex corporis coniunctione maculam peccati contrahere: et aliquando ante baptiſmum ſeiungi ab ipſo corpore: et ſic damnari eam corpori iungit. Reſpondemus ex altitudine iudiciorum dei id prouenire: ⁊ nec iniuſte id a deo fieri. Ipſe enim non incongrue humane conditionis modum quem a principio inſtituit: licet peccata hominū intercesſerint ſine imitatione continue ſeruat. Corpora de materia a principio ſine vitio facta fingēs animaſqꝫ de nihilo creans: corſiqꝫ coniunctione hominem perficiens. Cum ergo vtraqꝫ hominis natura a deo ſine vitio ſit inſtituta: licet a ſe peccato ſit vitiata: non ideo immutabilis deus humane conditionis primariaꝫ legem mutare debuit ſiue ab hominuꝫ multiplicatione deſiſtere.

An anima ſit talis qualis a deo creatur.

¶ Hic a quibuſdam queri ſolet vtruꝫ anima talis ſit ante baptiſmum qualis a deo creatur. Quod non eſſe probare conantur hoc modo. Anima in corpore creatur: in cuius coniunctione peccato maculatur. Quam cito ergo eſt peccatum habet: nec prius fuit qꝫ peccatum habuerit: nō eſt ergo talis qualis a deo creatur. Creatur enim a deo innocens et ſine vitio: et nunqꝫ talis eſt. Ad quod dici poteſt: quia non omnino talis eſt qualem eam deus fecit. Deus enim bonam eaꝫ fecit: ⁊ bonitatem ei ſine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas quam in creatione conditore ſuſcepit: quam bonitatem propter peccatum penitus non amiſit: ſed vitiatam habuit quam deus tamē ſine vitio fecit. Si enim res bona non eſſet anima: in ea maluꝫ eſſe nequiret: cuꝫ non poſſit malum eſſe niſi in bono: vt poſt dicetur. Non ergo omnino talis eſt anima qualis a deo eſt creata. Sicut quis pollutas habens manus non tale habuit pomum quale ego dedi mūdis manibus. Ego enim dedi mundum.

An anime ex creatione ſint equales in donis naturalibus.

¶ Illud quoqꝫ non incongrue queri ſolet: vtrum omnes anime

et creatione equales ſint: an alie alijs excellentiores. Pluribꝰ nō irrationabiliter videtur q̄ ex ipſa creatione alie alijs excellant ī naturalibus donis: vt in eſſentia alia alijs ſit ſubtilior: et ad intelligendum memorandumq̄ habilior: vtpote acutiori ingenio: et perſpicatiori intellectu predita. Quod non improbabiliter dicitur cum in angelis ita fuiſſe conſtet. Et licet naturalibus donis alie pre alijs polleant: et tamē ante baptiſmum a corpore diſcedētes parem penam: et poſt baptiſmum ſtatim equalem coronam ſortiuntur: quia ingenij acumen vel tarditas: premium vel penā in futuro non collocat.



Irca triceſimā ſecundā diſtinctionē q̄ritur primo. vtrum originale peccatū p baptiſma auferatur. Pro huiꝰ q̄ſtionis intelligentia eſt aduertendū q̄ peccatum auferri nihil aliud eſt q̄ peccatū non imputari: et licet deus poſſit de potentia abſoluta delere peccatum abſq̄ infuſione illius rei que antea abſtulit peccatum: non tamen remittit peccatum de potentia ordinata niſi reſtituat illō quod peccatum abſtulit formaliter vel equiualenter ſiue virtualiter: idcirco non remittit peccatum actualiter niſi reſtituat gratiam nec remittit originale niſi reſtituēdo iuſti.origi. aut gratiam gratum facientem que excellētior eſt iuſti.origi. infundendo autē gratiam tollit debitū habendi iuſticiam originalem: et ipſum cōmutat in debitum habendi gratiam gratū facientē: nam ſi xp̄ianus perdiderit gratiam baptiſmalē non reddit debitum habendi iuſti.origi. ſed debitum habendi gratiam gratum fa. In quod debitum iuſti.origi. eſt cōmutatum. Iſto notato reſpondetur per duas conclu. quarum prima eſt iſta Originale peccatum per baptiſma deletur. Sc̄da conclu. eſt iſta: non ſolum originalia peccata verū quecūq̄ alia ante baptiſma commiſſa remittuntur per ipſum baptiſma: iſte ambe ꝯclu. patent expreſſa auctoritate diui Petri actorū.2. dicentis. Baptizetur vnuſquiſq̄ veſtrum in nomine Jeſu xp̄i in remiſſione peccatorum veſtrorum: et accipietis donum ſpūſſancti.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur ſic. In chriſtiano remanet adhuc concupiſcentia poſt baptiſmū. ergo nō remittitur peccatum originale per baptiſmū. Ad hoc argumentum reſpondetur negando cōſequentiam: ratio eſt: quia talis concupiſcentia ſiue pronitas ad malum non eſt peccatum: ſed pena peccati.

Et ſi arguas: deficte accedente ad baptiſma: patet reſponſio ex quarto ſententiarum.

An peccata omnium prece-
dentium patruȝ paruuli ori
ginaliter trahant vt pecca-
tum ade.

Diſtictio. XXXIII

PRedictis ad
ijciendū vi
detur: an
peccata p̄
cedentium
patrum ad
puulos trā
ſeant: ſicut illud primi hominis
delictum in omnes carnaliter ge
nitos diximus redundaſſe: et ſi
parentum trāſeunt in paruulos
vtrum omnium qui fuerunt ab
adam vſqȝ ad ipſos: an aliquorū
et non omnium.

Quid ſuper hoc Auguſtinꝰ
in enchiridiō diſcere videtur

¶ De hoc Augꝰ. in enchiridiō
ambigue diſſerit: videtur enī ap
probare peccata parentum pre
cedentium imputari paruulis:
non omnium tamen qui fuerunt
ab adam: ne importabili ⁊ nimia
ſarcina in pena eterna grauaren
tur paruuli: ſed tantum eorū pa
rentum qui eos a quarta genera
tione preceſſerunt. Quod confir
mat illis verbis quibꝰ in Exod.
dominus ait. Ego ſum deus vi
ſitans iniquitates patrum vſqȝ
in tertiam et quartam generatio
nem: quaſi peccata parentum ꝑ
ximorum tantum paruulis im
putentur et non alia: quod ē per
moderationem diuine miſeratio
nis.

Eorū ponit documenta qui
dicunt tranſire in paruulos
parentum delicta.

¶ Et ꝙ non illud ſolum primi
hominis delictum paruulos te
neat: ſed etiāȝ alia: illi quibus ita
videtur ex eo confirmant: ꝙ etiā
paruuli non modo maiores di
cuntur baptiſari in remiſſionem
peccatorum per pluralem nume
rum non per ſingularem in remiſ
ſionem peccati. Et Dauid de le
gitimo matrimonio procreatus
dicit. In iniquitatibus cōceptꝰ
ſum: et in peccatis concepit me
mater mea. non dicit iniquitate
vel peccato. Unde putant nō tā
tum illud vnum peccatum origi
nale: ſed etiam plura que in pctō
ade reperiri poſſunt: ⁊ alia paren
tū pctā paruulis imputari.

Quod in illo vno primo peccato plura reperiuntur.

¶ Quod vero in actuali peccato ade plura notari valeant peccata. Auguſt. in enchiridion inſinuat. Poſſunt inquit intelligi plura peccata in vna tranſgreſſione ade: ſi in ſua quaſi mēbra diuidatur: nam ⁊ ſuperbia eſt illic: quia homo in ſua potius eſſe q̄ dei poteſtate dilexit. Et ſacrilegium: quia deo non credidit. Et homicidium: quia ſe in mortem precipitauit. Et fornicatio ſpiritualis: quia integritas mētis humane ſerpentina ſuaſione corrupta eſt. Et furtum quia cibus p̄hibitus vſurpatus eſt. Et auaricia: quia pluſq̄ ſufficere illi debuit appetiuit: et ſi quid aliud ī hoc vno peccato iueniri poteſt. Deinde de parentum precedentiū peccatis vtrum paruulis imputentur: opinando q̄ aſſerendo diſceptat ita inquiens. Parentū peccatis paruulos obligari: non ſolum primorum hominum: ſed etiam ſuorum de quibus ipſi nati ſunt nō improbabiliter dicitur Illa quippe diuina ſentētia: reddam peccata patrum in filios: tenet eos ante regenerationem vſq̄ adeo: vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat. In iniquitatibus conceptus ſum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea. Non dixit in iniquitate vel in peccato: cum ⁊ hoc recte dici poſſet. Sed iniquitates ⁊ peccata dicere maluit: quia ⁊ ī illo vno quod in omnes homines ptranſijt: atq̄ tam magnum eſt vt eo mutaretur humana natura: reperiuntur ſicut ſupra diſſerui plura peccata: et alia parentū que nō ita poſſunt mutare naturam reatu obligant filios: niſi gratia dei ſubueniat. Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipſo Adam vſq̄ ad patrem ſuū pro generationibus ſuis quiſq̄ ſuccedit: non īmerito diſceptari poteſt vtrum omnium malis actibus ⁊ multiplicatis delictis originalibus qui naſcitur īplicetur: vt tāto peius quanto poſterius quiſq̄ naſcatur. An propterea deus in tertiam ⁊ quartam generationē de peccatis parentū poſteris eorum comminetur: quia iram ſuam quantum ad progeneratorum culpas non extendit vlterius moderatione miſerationis ſue: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur: nimia ſarcina in ipſa eterna damnatione premerentur ſi cogerentur ab ip-

ſo initio generis humani: omni um precedentium parentuȝ ſuorum originaliter peccata contrahere: ꝛ penas pro eis debitas pēdere. An aliquid aliud de re tanta ſcripturis ſanctis diligentius perſcrutatis ac tractatis valeat vel non valeat reperiri: tenere affirmare non audeo. Ecce perſpicuum ſit lectori Auguſtinuȝ ſuperiora dixiſſe non aſſerendo: ſed diuerſorum opiniones referēdo

Oſtendit Auguſtinum ſibi fore contrariū: ſi id ſentiret

¶ Alioquin ſibiipſi cōtradicere oſtenderetur: qui in eodem lib. omnium mitiſſimam dicit eſſe penam paruulorum qui originali tantum tenētur peccato his verbis. Mitiſſima ſane pena eoruȝ erit qui preter peccatū quod originale contraxerunt: nullum inſuper addiderūt: ꝛ in ceteris qui addiderunt: tanto quiſqȝ ibi tolerabiliorem habebit damnationē ꝙto hic minorem habuit iniquitatem. Ecce hic aperte dicit paruulorum penam omnium aliarum penaruȝ eſſe leuiſſimā. Quod ſi eſt: non ergo peccatis patrum precedentiuȝ obligantur niſi adẽ Si enim pro peccatis parentuȝ actualibus eternaliter punirētur et pro ſuo originali: non iam minus: ſed forte magis ꝙ ipſorum parentes punirentur. Non ergo pro peccatis parentum actualibus: nec etiam pro actualibꝰ primi parentis: ſed pro originali qḋ a parētibus trahitur paruuli dānabuntur: pro eo nullam aliam ignis materialis vel conſcientie vermis penam ſenſuri: niſi quod dei viſione carebunt in perpetuū Uno ergo et non pluribus peccatis paruuli obligati ſunt. Unde etiā ea quibus illa opinio muniri videtur. ſ. ꝙ peccata et iniquitates in paruulis aliquando ſcriptura eſſe ſignificat vtens plurali numero: ita determinat Auguſtinus in eodem libro. Quia in ſcriptura per ſingulareȝ numerū pluralis numerus ſepe ſignificari ſolet: vt ibi. Ora ergo ad deuȝ vt auferat a nobis ſerpentem: nō ait ſerpētes quos patiebatur populus. Et econuerſo per pluralē ſignificatur ſingularis numerus vt in euāgelio. Mortui ſunt enī qui querebant animaȝ pueri: nō ait: mortuus eſt: cuȝ loqueretur de herode. Et in eoḋ. Fecerunt deos aureos: cum vnuȝ fecerūt vitulum de quo dixerunt. Iſti ſunt dij tui iſrael. Ita et illud or

ginale vnum plurali numero ſignificatur: cum dicimus paruulos in peccatorum remiſſionem baptizari: ⁊ in peccatis vel iniquitatibus concipi.

An actuale peccatū ade ſit grauius ceteris.

¶ Hic queri ſolet: vtrum peccatum ade tranſgreſſionis ex quo proceſſit originale: et in quo plura ſuperius notata ſunt peccata: grauius fuerit ceteris peccatis. Quibuſdam ita eſſe videtur: qꝛ illud peccatum totam humanā naturam mutauit: ſicut Augu. dicit in enchi. Illud vnum peccatum in loco et habitu tante felicitatis admiſſum: tam magnū eſt: vt in vno homine originaliter: vt ita dixerim: radicaliter totum genus humanum damnaretur. Idem in lib. de ciuita. dei Tanto maiori iniuſticia violatū eſt illud mandatum: quanto faciliori poterat obſeruantia cuſtodiri. Nondum enim ipſi volūtati cupiditas reſiſtebat: quod de pena tranſgreſſionis poſtea ſequutum eſt. His aliiſq; vtuntur auctoritatibus qui illud peccatum ceteris aliorū hominū peccatis grauius eſſe dicunt. Quod etiā ratione oſtendere laborant hoc modo. Magis nocuit illud peccatum ꝙ aliquod aliorum: quia totum humanū genus vitiauit ac morti vtiq; ſubdidit: qđ nullo alio peccato factum eſt. Maiorem ergo effectū mali habuit illud peccatum ꝙ aliquod aliud

Reſponſio contra illos vbi alia peccata oſtenduntur illo maiora.

¶ Ad quod dici poteſt: quia licet illud peccatum humanā naturam mutauerit in neceſſitatē mortis: et in totum genus humanum reatum diffuderit: non eſt tamen putandum grauiꝰ fuiſſe peccato in ſpūmſctm̄: qđ neq; hic neq; in futuro: vt veritas ait dimittitur. Qđ vero totā humanā naturā corrupit: nō ideo eſt: qꝛ grauius fuerit cūctis aliis peccatis: ſed qꝛ ab hoīe cōmiſſū eſt: qñ in vno hoīe tota humana natura cōſiſtebat: ⁊ ideo tota in eo corrupta eſt. Maiorēq; effectū mali intulit quantū ad multiplices deffectus qui ex eo manauerunt: ſed non quantū ad penam eternā: quā grauiorem non meruit: quā plures poſtea meruerunt per alia peccata: imo alios

grauiorem promeruiſſe credim⁹ iram q̄ȝ adam meruerit.

An illud peccatū ſit primis dimiſſum parentibus.

¶ Si vero queritur an illud peccatū fuerit dimiſſum primis parentib⁹. Dicimus eos per penitentiā veniā cōſequtos. vñ Auguſt. in lib. de bep tiſmo paruulorū ait. Sicut illi primi parentes poſtea iuſte viuendo creduntur per dñi ſanguinē ab extremo liberati ſupplicio: non tamē in illa vita meruerūt ad paradiſum reuocari: ſic ꝛ caro peccati etiaȝ remiſſis peccatis: ſi homo in ea iuſte vixerit: non continuo meretur eā mortem non perpeti: quā traxit de propagine peccati.

Quod peccata parentuȝ viſitantur in filios: et qd̄ non ſunt aduerſa que deus dicit in exodo ꝛ in ezechiele.

¶ Et licet peccatis parentū niſi ade paruuli nō obligentur: nō eſt tñ diffitendū pctā parentū in filios redūdare: ſicut dñs in exo. ad Moyſen ait. Ego ſum deus fortis zelotes viſitans iniquitates patrum in filios vſq̄ in tertiam ꝛ quartam generationē his qui oderunt me. His verbis aperte inſinuatur q̄ deus reddit peccata patruȝ ſuper filios tertios ꝛ quartos. Huic autē videtur aduerſari quod dñs ait in ezechiele Quid eſt qd̄ inter vos parabolā vertitis in prouerbium iſtud dicentes. Patres comederūt vuā acerbam ꝛ dentes filioꝛuȝ obſtupeſcunt. Viuo ego dicit dominus ſi erit vobis vltra parabola hec in prouerbiuȝ in iſrael. Ecce omnes anime mee ſunt vt anima patris: ita ꝛ anima filij mea eſt. Anima que peccauerit ipſa morietur Filius non portabit iniquitateȝ patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Iuſticia iuſti ſup eum erit: et impietas impij erit ſuper eum. His verbis videtur deus corrigere per prophetā q̄ male dixerit in lege. Si enim peccata patrum reddit in tertiam et quartam generationem: iniuſticia videtur dei eſſe vt alius peccet ꝛ alius puniatur. Quo enim iuſtum eſt alium peccare: ꝛ aliuȝ peccata lugere.

Determinatio premiſſarū auctoritatum conuenientiā oſtendens.

¶ Sed vt ait Hieronimus. ne lex ꝛ prophete. i. Exod. ꝛ Ezechiel: imo ipſe deus qui ꝛ hic et ibi loqutus eſt in ſententijs diſcrepare videantur: attendamus finem illius auctoritatis Exodi Dicto enim reddo iniquitates patrum in filios: addit: his qui oderunt me: per quod euidenter oſtendit: non ideo puniri filios: quia peccauerunt patres: ſꝫ quia eis ſimiles quodam hereditario malo deuꝫ oderunt. Illud ergo quod in Exod. dñs dicit: ſicut Hiero. tradit: nõ id ſonat quod multi eſtimãt: nec eſt ſimile huic prouerbio. Patres comederũt vuam acerbam ꝛc. Illud enim Exo. Hiero. ſuper ezech. ꝛ Augustinus ſuper pſal. Deus laudem meam ne tacueris: de filijs peccata patrum imitantibus accipiendum cenſent: ſuper quos dicitur deus reddere peccata patrum: quia punit eos: eo qđ imitantur peccata patrum: nõ quia patres peccauerunt. Non itaqꝫ corrigit deus in propheta: quod ante dixerat in lege: ſed quomodo intelligendum ſit aperit. Unde et illos qui praue intelligebãt arguit qui dicebant. Patres comederunt ꝛc.

Quare dixerat in tertiam ꝛ quartam generationem: et quare patres tantum commemorauit.

¶ Ueruntamen ſi de imitatoribus malorũ illud accipitur: quare tertiam ꝛ quartam generationem tantum cõmemorauit: cum in qualibꝫ generatione rei teneãtur: qui peccata patrum imitantur: et quare patres cõmemorauit: cum et illi omnes mali ſint: qui quorũlibet malorum peccata imitantur. Sed ideo patres ſpecialiter nominauit: quia maxime patres filij imitari ſolẽt: quos precipue diligunt. Et tertiam et quartam generationẽ ideo commemorauit: quia ſolent parẽtes interdum tandiu viuere donec filios tertios ꝛ quartos habeant qui patrum iniquitates videntes: eorum impietatis heredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum recte intelligitur ad litteram quod i exodo dicitur.

Quomodo illud Exodi intelligi debeat ſecundum myſterium.

¶ Quod etiam myſtice intelligendum eſſe oſtenditur ex eo ꝙ parabola dicitur. Si enim parabola eſt: vt ait Hiero. aliud verbis ſonat: aliud ſenſu continet. Unde aliqui ita ediſſerunt. Patrem in nobis eſſe dicunt: leuem punctum ſenſuum: ſcȝ primum motum ſuggeſtionis vel cogitationis. Filium vero ſi cogitatio conceperit peccatum in quo notatur conſenſus ⁊ delectatio mulieris. Nepotem ſi quod cogitaueris atq; conceperis opere compleueris vel complere decreueris: in quo notatur conſenſus viri ſiue patratio peccati. Pronepotem autem ſi non ſolum feceris: ſed in eo glorieris: et eſt quarta generatio: non quia tres preceſſerint: ſed quarta dicitur: quia quarto loco a primo motu qui eſt quaſi pater enumeratur. Deus ergo primos et ſecundos ſtimulos cogitationum quos greci propatheis vocant: ſine quibus nullus hominuȝ eſſe poteſt nõ puniet eternaliter. Sed ſi cogitata quis facere decreuerit: et que fecit corrigere noluerit: que ſunt mortalia peccata et tertia et quarta generatio.

Per quid probatur ꝙ primus motus non puniatur eternaliter.

¶ Ad probandum vero: vt ait Hieronimus: ꝙ primus pulſus cogitationis non puniatur eternaliter a deo: illud de Geneſi afferendum eſt. Cham enim peccauit irridens nuditatem patris et ſententiam non ipſe ſed filius eius chanaan accepit. Maledictus chanaan ſeruus erit fratrũ ſuorum. Que enim iuſticia eſt: vt pater peccauerit et filius punitus ſit. Sed in myſterio illud dictum eſt.

Circa triceſimã tertiã diſtinctionẽ querit primo vtrũ peccata aliorum parentũ a primo parẽte tranſeãt in filios. Pro huius queſtionis intelligẽtia eſt aduertendum: ꝙ peccata parentũ tranſire in prolem poteſt intelligi tripharíam. ſ. punitione ĩmutatione ⁊ trãſfuſiõe: et primo modo poteſt adhuc bipharíaȝ intelligi. ſ. punitione eterna et temporali. Iſto notato ponuntur ſex cõclu. quarum prima eſt iſta. Peccata aliorum parentum ab adã tranſeunt in filios punitione temporali. Iſta conclu. patet aucte dñi di

exod.20 dicentis. Ego ſum de⁹ fortis: zelotes viſitās peccata patrū in filios in tertiam ⁊ quartam generationem. Patet etiā de multis filijs regū qui fuerūt puniti propter peccata ſuorum parentum. Scđa ꝯclu. eſt iſta. peccata regum tranſeunt in populum punitione temporali. iſta conclu. patet: nā populus iſrael fuit punitus propter peccatum regis dauid quando numerauit populum: vt habetur in. 2. reg. Tertia conclu. eſt iſta: nulla peccata tranſeunt in alios a delinquentibus punitione eterna. iſta conclu. patet aucte ezech. 18. dicētis. Filius non portabit iniquitatē patris: et anima que peccauerit ipſa morietur. Quarta cōclu. eſt iſta. peccatū diaboli non modo tranſiuit in angelos malos: verum in homines imitatione, iſta conclu. patet: quia multi homines imitantur diabolum in peccatis ſuperbie et inuidie: et ſic de alijs. Quinta conclu. eſt iſta. peccata aliorum parentum ab adā frequenter tranſeunt in filios imitatione: ſed non ſemper: iſta conclu. patꝫ quia frequenter filij imitantur peccata ⁊ mores parentum: iuxta illud: mali corui malum eſt oūm. Secūda pars patet de rege Ezechia qui non imitatus eſt maledictum patrē ſuū achaz. Pari forma patet de rege Joſaphat et multis alijs. Sexta et vltima cōclu. eſt iſta. ſolum peccatū ade tranſiuit in filios infuſiōe iſta cōclu. nota eſt ex precedentibus q̄ſtionibus: ſed quia diuus Bonauen. tenet: ꝙ ſolum peccatum ade potuit tranſire in filios infuſiōe. Arguitur contra hoc: quia dominus deus poterat dare alicui aliquam virtutē, ꝑ ſe et ſuis ſucceſſoribus duꝫ modo talis perſeueraret in amore dei: ſi igit talis non perſeueraret in amore dei tunc omnes deſcendētes ab ipſo fuiſſent debitores illius virtutis: et per ꝯſequens concepti in tali peccato: ⁊ poteſt dari exemplum de rechabitis quorum parenti dn̄s deus promiſerat ſe ſeruaturum ipſum et ſuos ſucceſſores dummodo non biberent vinum: vt habet apud Hiere. ꝓphetā.

¶ Queritur ſecūdo circa eandē diſtinctionem: vtrum paruuli diſcedentes cum ſolo originali ſola pena damni puniantur. Ad hanc difficultatem bipartita fuit opinio reſpōdētium ante magiſtrū: ſed omnes doctores catholici ſequti ſūt magiſtrū reſpondentes ad hanc difficultatē affirmatiue preter Greg. de arimi. qui tenet partem negatiuā: ⁊ ipſam nititur deffendere. Idcirco arguit contra ipſum aucte diui Auguſt. in lib. enchi. dicentis. Mitiſſima ſane erit pena eorum qui preter peccatū quod originaliter traxerunt: nullum inſuper addiderunt: nam quacunq̄ pena ſignata vltra penā damni: talis erit diuiſibilis: et medietas eius erit minor q̄ tota ipſa ſignata. ergo tota ipſa non eſt mitiſſima. Preterea arguitur aucte innocētij. 3. in. ca. maiores li. 3. de baptiſmo dicētis. Pena origi. peccati eſt carentia viſionis diuine. Ad hanc auctem reſpondet Grego. ꝙ innocē. non dicit ſolū: ſed hec reſponſio non valet: nam licet formaliter non ponat ſolum intētio tamen roma. pontifi. erat ꝙ ſolū

carentia viſiõis diuine eſt pena peccati origi. et hoc clare patet: nam prefatus pontifex in cap. citato intẽdit ponere differentiã inter penam peccati originalis: et penã peccati actualis. Rationibus arguitur ſic: iniuſtũ eſt plus exigere in penam quam cõmiſſum eſt in culpa: ſed paruulus nullo ſuo actu contempſit diuinum imperium. ergo nihil debet pati de pena ſenſibili. Inſuper acerbitas pene debet correſpondere quantitati delectationis iuxta illud apoca. 18. Quantum ſe glorificauit in delitijs: tantũ illi dabitur tormenti. Preterea ſequeretur quod dñs deus puniret tales paruulos vltra condignum et non citra condignum: pñs eſt abſurdum: igit et opinio ſequela probatur: ſi dominus deus puniretparuulos pena dãni: et ſenſibili: tunc nullã miam eis preſtaret. ergo tunc puniret eos vltra condignum et non citra cõdignũ

¶ Propterea oẽs docto. catholici ſcʒ btũs Tho. diuus Bonauen. Guiller. ochã et doctor ſub. etc. ſequũtur magiſtrũ preter Gregorium: vt dictum eſt.

¶ Contra iſtam opinionem arguit. Grego. aucte diui Auguſt. l. 17 cap. lib. de fide ad petrũ dicẽtis. Firmiſſime tene et nullatenus dubites: non ſolum hoĩes iam ratione vtẽtes verũetiam paruulos de hoc ſeculo ſine ſacramento baptiſmi diſcedẽtes ignis eterni ſupplicio puniri. Adhãc auctem rñdet Bonauen. quod diu⁹ Auguſt. loqut⁹ eſt exceſſiue aliqualiter vt recederet ab opiniõe hereticorũ dicentium tales paruulos nulla puniri pena. Alij doct. reſpõdent quod ſupplicium ignis in aucte allegata capitur large: vt ſe extendit ad penã dãni. Neutra harũ ſolutionum placet Grego. ſed ĩpugnationes eius nullius ſunt valoris.

¶ Arguitur vlterius multis au ctoritatib⁹ diui Augu. et quia ad illas proportionabiliter eſt rñdendũ: idcirco breuiloquij amore dimittunt. Propterea arguit: quod in iudicio ſolũ fient due ptes hoim iudicãdorum: et primis dicetur. Venite benedicti: et alijs dicetur. Ite maledicti in ignẽ eternũ et paruuli erũt de numero iſtorum ſecũdorũ. ergo paruuli puniẽtur pena ignis. Ad hoc rñdet quod quãuis paruuli ſint de numero ſecũdorũ: nihilominus ſolũ mittuntur ad locũ in quo eſt ignis: ita quod ſenſus eſt ita ad infernum in quo eſt ignis. Vel dicendũ eſt ſicut ad primã aucteꝫ: vt ignis capiatur vt ſe extẽdit ad penã dãni.

Poſtremo arguitur ſic. paruuli dolebũt et triſtabuntur. ergo alia pena puniẽtur quam pena dãni: añs probat paruuli cognoſcẽt beatitudinẽ et iudicabũt ſe priuatos tali beatitudĩe: ergo dolebũt et triſtabũtur ob beatitudinis carẽtiã. Pro huius argumẽti ſolutiõe eſt aduertendũ quod diu⁹ Bonauen. tenet quod non proficient in cognitiõe: et per pñs nõ habebunt cauſaꝫ doloris et triſticie: ſed quia nũc tales aĩe paruulorũ ſunt ſeparate a corporib⁹: et hñt bona ĩgenia: ideo vr̃ doc. ſub. poſtquam corpora non impediẽt ipſas aĩas paruulorum: quod tales aĩe ſciẽt logicã et phĩam et mirandũ in modũ proficiũt nec triſtant nã iudicant dñm deũ ita velle: et ideo conformãt voluntates ſuas diuine voluntati.

Que de peccato animaduertenda ſint.

Diſtinctio. XXXIIII

Post predicta de peccato actuali diligenti indagine q̃dam conſiderãda ſũt ſcʒ que fuerit origo et cauſa primi peccati: vtrũ res bona an res mala. Poſtea in qua re ſit peccatum. Deinde quid ſit peccatum et quot modis fiat: et de differentia ipſorum peccatorum.

Que fuit origo et cauſa peccati prima.

¶ Cauſa et origo prima peccati res bona extitit: quia ante primũ peccatũ nõ erat aliquid mali: vñ oriretur. Cũ enim originẽ ⁊ cauſam habuerit: aut ex bono aut ex malo habuit. Sed malũ ante nõ erat: ex bono ergo ortũ eſt. Pri⁹ enim in angelo ortum eſt pctũm ⁊ poſtea in homie. Et quid erat angel⁹ niſi bona natura dei. Nõ ex deo ortum eſt malum qđ fuit in angelo: non ex alio q̃ angelo ex bono ergo ortum eſt. Unde Aug⁹. in reſponſionib⁹ cõtra iulianum hereticum qui dixerat. Si ex natura pctũm eſt: tũc mala eſt natura ait. Queſo vt ſi põt reſpondeat. Manifeſtum eſt ex voluntate mala tanq̃ ex arbore mala: fieri omnia opera mala tã q̃ fructus malos: ſed ipſam malam voluntateʒ vnde dicit exortam niſi ex bono. Si enim ex angelo: quid eſt angelus niſi bonũ opus dei. Si ex homie quid erat ipſe homo niſi bonum opus dei Immo quid erant hec duo ante q̃ in eis oriretur mala voluntas niſi bonum op⁹ dei ⁊ bona ⁊ laudanda natura. Ergo ex bono oritur malũ: nec fuit vnde oriri poſſet: niſi ex bono. Dico ergo quia voluntatem malam nullũ malũ preceſſit: ſed ex bono originẽ habuit. Hic aperte dicitur primam cauſam et originem mali bonam fuiſſe naturam. Et nihilominus oſtenditur cuius peccati fuerit cauſa ſcʒ male voluntatis.

Quod mala voluntas ſecũdaria cauſa fuit malorum.

¶ Mala autem voluntas illa angeli ⁊ hois cauſa eſt etiaʒ ma

lorum ſubſequentium.ſ. malorū operum ⁊ malarum voluntatū Unde augu.in encbiri. Nequa ꝙ dubitare debemus rerum bonarum que ad nos pertinēt cauſam non eſſe niſi bonitatem dei. Malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem:prius angeli:poſtea hominis: boc primum eſt creature rationalis malum:ideſt prima priuatio boni. Ecce babes primam voluntatem boni mutabilis:ideſt āgeli vel hominis deficientem ab immutabili bono.i. a deo cauſam eſſe malarum rerū ad nos pertinentium:quia cauſa eſt tam peccatorum ꝙ penarū quibus premitur bumana natura. Prīa ergo origo et cauſa peccati bonum fuit:⁊ ſecunda malū quod ortum eſt ex bono.

In qua re ſit peccatum: an in bona an ī mala: ⁊ dicitur quia in bona tantum.

Oſtēſa origine mali ſupereſt videre in qua re ſit malum.i.an in re bona an in re mala. Qui recte acuteqꝫ ſapit:non niſi in bono malum eſſe intelligit.i.in natura bona. Malū enim eſt corruptio vel priuatio boni: vbi autem bonum eſt: non poteſt eſſe corruptio vl' priuatio boni. Peccatū ergo non poteſt eſſe niſi in re bona. Sicut enim morbis ac vulnenbus corrumpuntur corpora:que:vt ait Auguſtinus in encbiriō. ſunt priuationes boni quod dicitur ſanitas:ita ⁊ animorum quecūqꝫ ſunt vitia: naturalium ſunt priuationes bonorū. Quid eſt enim aliud quod malū dicitur niſi priuatio boni: bonum enim minui malū eſt: quāuis ꝙtumcūqꝫ minuatur neceſſe eſt: vt aliquid remaneat:ſi adbuc natura eſt. Non enim conſumi poteſt bonum quod eſt natura:niſi ⁊ ipſa conſumatur. Cū vero corrumpitur: ideo malum eſt eius corruptio: quia eā qualicumqꝫ priuat bono: nam ſi nullo bono priuat non nocet. nocet autem:adimit ergo bonū. Quādiu itaqꝫ natura corrumpitur:ī eſt ei bonū quo priuetur:ac per boc nullum eſt quod dicitur malum ſi nullum ſit bonum: ſed bonum omnino malum carens:integrum bonum eſt. Cum vero ineſt malum: vitiatum vel vitioſum bonum eſt:nec malū vnꝙ poteſt eſſe vllum vbi eſt nullum bonum. Unde res mira conficitur:vt quia omnis natura ī quā

tum natura eſt bonum eſt: nihil aliud dici videtur: cum vitioſa natura eſt mala natura eſſe dicitur: niſi malum eſſe quod bonuȝ eſt: nec malum eſſe niſi quod bonum eſt. Hac contextione euidẽter inſinuatur malum non poſſe eſſe niſi in re bona: vbi etiam licet abſurdum videatur manifeſte dicitur eſſe malum quod bonũ eſt.

Quod ex premiſſis ſequitur ſcȝ ꝙ cum dicitur malus homo dicitur malum bonum.

¶ Ex quo colligitur nihil aliud ſignificari cuȝ dicitur homo malus niſi bonum malum. Unde Auguſtinus in eodem ſubdit. Quid eſt malus homo niſi mala natura. Quia homo natura eſt. Porro ſi homo ſi homo aliquod bonuȝ eſt: quia natura eſt: quid aliud eſt malus homo: niſi malum bonum. Tamen cũ duo iſta diſcernimus inuenimus nec ideo malum: quia homo eſt: nec ideo bonum quia iniquus eſt. ſed bonum quia homo: malum quia iniquus. Omnis itaq; natura etiam ſi vitioſa ſit: inquantum natura eſt bona eſt: inquantum vitioſa eſt mala eſt.

Quod regula dyaleticorum de contrarijs fallit in his ſcilicet bono et malo.

¶ Ideoq; in his contrarijs que mala et bona vocantur: illa dyaleticorum regula deficit: qua dicunt nulli rei duo ſimul ineſſe cõtraria. Nullus enim potus aut cibus ſimul dulcis eſt et amarus Nullum ſimul vbi album ibi et nigrum: et hoc in multis ac pene in omnibus reperitur contrarijs: vt ĩ vna re ſimul eſſe nõ poſſunt. Cum autem bona et mala nullus ambigat eſſe contraria: non ſolum ſimul eſſe poſſunt: ſed mala omnino ſine bonis ⁊ niſi in bonis eſſe non poſſunt. Et hec duo contraria ita ſimul ſunt: vt ſi bonum non eſſet in quo eſſet: prorſus nec maluȝ eſſe potuiſſet quia non modo vbi conſiſteret: ſed vnde orietur corruptio non haberet: niſi eſſet quod corrũperetur: quoniaȝ nihil eſt aliud corruptio ꝙ̃ boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta ſunt: et niſi in bonis nõ ſunt: nec fuit prorſus vnde orietur vlla mali natura niſi ex angeli et hominis natura bona: vnde primitus orta eſt voluntas mala.

Epilogum facit ad alia trāſiturus.

¶ Ex his aperitur quod primo et ſecundo ſupra inueſtigānduꝫ dirimus: ſcꝫ que fuerit origo mali: et in qua re ſit. Ex bona enim re ortum: et in re bona conſiſtere premiſſis teſtimonijs comprobatur.

Sententie illi qua dictum eſt bonum eſſe malum opponitur de prophetia que ait. Ve his qui dicunt bonum malum.

¶ Ad hoc autem quod dictum eſt malum eſſe quod bonum eſt: quidam ſic opponunt. Si bonū malum eſſe dicimus: incidimus in illam ſententiam propheticaꝫ vbi legitur. Ve his qui dicūt bonum malum: et malum bonum. Igitur ſi hanc maledictioneꝫ vitare volumus: nullatenus dicere debemus bonum eſſe malum et econuerſo. Hoc autem Auguſtinus in eodem libro determinat dicens id quod dictuꝫ eſt in prophetia intelligendum eſſe de ipſis rebus quibus homines mali ſunt: non de hominibus. Unde qui adulterium dicit bonum: in eum cadit illa prophetica deteſtatio: et in eum qui dicit malum eſſe bonum: vel bonum eſſe iniquum. Qui enim dicit hominem inquantuꝫ homo eſt malum eſſe: et bonitatem eſſe iniquitatem: opus dei culpat quod eſt homo: et vitiuꝫ hominis laudat quod eſt iniquitas.

Circa triceſimā quartam diſtinctioneꝫ queritur primo: que fuit origo ⁊ cauſa peccati et cui inhereat. Pro huiꝰ .q. intelligentia eſt aduertendum: ꝙ diuus Augu. in lib. de duabus animabus narrat hereſim ſpurciſſi. manichei ponentis duos deos: vnū ſumme bonum: ⁊ alium ſumme malum. Deus bonus erat principiuꝫ omniū bonorum: et deus ſumme malꝰ erat principium omniū malorum: ⁊ quia videbat hominem poſſe bene agere ⁊ male: idcircò poſuit duas animas in homine: vnam adeo bono productam: ⁊ aliam adeo malo productaꝫ que ſemper cupit mala: ideo ī nobis eſt continua pugna: ⁊ omnia mala q̄ perpetramus oriuntur a deo malo: ſicut bona emanant a deo bono. Hanc hereſim īpugnat egregie diuus Auguſt. per definitiones peccati ⁊ voluntatis: nam peccatuꝫ eſt voluntas retinendi vel cōſequendi qḋ

iuſticia vetat:⁊ vnde liberum eſt ab
ſtinere: voluntas vero eſt animi mo
tus: nullo cogente ad aliquid nõ ad
mittendum vel adipiſcendum. Ex
iſtis diffin: rñõib⁹ clare deducitur: qḋ
anima mala peccãdo non peccat: nã
non habet in ſua poteſtate bene age
re. Preterea arguit argumento ad
hominem iſte hereſiarcha aſſerit ꝙ
poſſibile eſt hominez penitere: imo
ſuadet penitẽtiam ⁊ notũ eſt ꝙ ei⁹ ẽ
penitere qui fecit malũ. ergo idẽ eſt
principiũ boni et mali: vt puta idez
homo quod eſt contra iſtũ hereſiar-
chã: vel impoſſibile eſt hoīem peni-
tere: qḋ etiã eſt contra ipſum. Pro-
pterea reiſciẽda eſt hec hereſis: nã
non ſolum eſt contra fidem: verũ cõ
tra rationem naturalem.

¶ Iſtis ſuppoſitis rñdetur ad
queſtionẽ per quatuor ꝯclu: quarum
prima eſt iſta. Omnis res eſt bona.
Iſta ꝯclu. patet auctẽ ſacre pagine
habetẽ geñ. i. cap. Vidit deus cũcta
que fecerat: ⁊ erant valde bona. Se
cũda ꝯclu. eſt iſta: aliqua res eſt ma
la: iſta conclu. patet de diabolis ⁊ in
fidelibus: ⁊ de multis xpianis. Ter
tia conclu. eſt iſta: implicat contradi
ctionẽ ꝙ aliquis deus ſit ſũme ma-
lus: vel ꝙ aliqua res ſit ſũme mala
nam bene ſequitur: talis eſt res ſum
me mala. ergo nullã habet bonitatẽ
⁊ vltra ſequitur: eſt quedaz res ſiue
natura. ergo eſt bona. Quarta ꝯclu.
eſt iſta: peccatũ precipue ineſt volũ-
tati. Iſta ꝯclu. patz: quia omnis ma
licia peccati dependẽt ex volũtatis
libertate: imo omnia alia peccata
recipiunt maliciam ab actibus volũ
tatis: vt inferius abunde declarabit

¶ Contra primã ⁊ ſcḋam ꝯclu.
arguitur ſic. Ex illis duabus cõclu.
ſequitur ꝙ eadem res eſt bona ⁊ ma
la: ꝯñs implicat: igitur minor proba
tur: bene ſequitur: talis eſt mala et
eſt bona. ergo eſt bona ⁊ non eſt bo-
na: igitur ſequela implicat. Pro hu
ius argumẽti ſolu. eſt aduertendum
ꝙ bonuz capitur bipharia. Vno mo
do entitatiue: et alio modo moralr:
⁊ malum opponitẽ bono: ⁊ teſte phõ
in lib. thop. tot modis dicitẽ vnũ op-
poſitoruz quot ⁊ reliquũ: idcirco ma
luz capitur dupliciter. vno modo vt
opponit bono entitatiue. et alio mõ
vt opponitur bono moraliter. Iſto
notato facile rñdetur ad argumen-
tum diſtinguendo de li malum: vel
capitur primo modo: et ſic negatur
ſequela: imo non eſt poſſibile dare
malum primo modo: nec iſto modo
capitur in pria ꝯcluſione: vel capien
do malũ ſcḋo mõ: ⁊ ſic ꝯcediẽ illa et
negatẽ mior: nec ꝓbatẽ in iſto ſenſu: ⁊
iõ nõ contrariantẽ ille due prie ꝯclu.

¶ Contra vltimã cõclu. argui-
tur ſic. voluntas eſt bona. ergo pctm̃
non põt inherere voluntati: ꝯñs patz
qr ſequeretẽ ꝙ pctũz eſſet bonũ: ꝯñs
eſt abſurdũ: igẽ ſequela patz: cã pecca
ti eſt bona. ergo ipm̃ pctũz eſt bonũ
ꝯña tenet: qr teſte phõ in prio thop.
cuius cã bona eſt ipm̃ bonũ eſt. Ad
hoc argu. rñdetẽ diſtinguẽdo añs: vel
de bona moralr: ⁊ ſic negatẽ illud: in-
telligẽdo vniuerſalr de oĩ volũtate
vel loquẽdo de bona entitatiue: ⁊ ſic
negatẽ ꝯña: ⁊ ad ꝓbationẽ negatẽ ſeq
la: ⁊ ad ꝓba. negatẽ ꝙ cã pcti totalis
ſit bona moralr: imo eſt mala: nã vo
luntas peccans mala eſt moraliter.

Contra iſtam ſolutionem arguitur auctoritate ſaluatoris Math.7.dicentis. Non poteſt bona arbor malos fructus facere:neqꝫ mala bonos ergo voluntas bona non poteſt eſſe cauſa peccati. Ad hanc replicam rñdetur:ꝙ ſaluator noſter capit bonã arborem pro bona volitione:ꝛ malã arborem pro mala volitione: et certum eſt ꝙ non poteſt procedere malum opus a bona volitione: neqꝫ bonum opus a volitione:ꝛ ꝙ ita intelligat ſaluator patet:quia in eodeꝫ ca. dicit. A fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos Ex quibꝰ verbis clare deducit ꝙ loqtur de volitione interiori ꝛ opere exteriori. Contra iſtam ſolutionem arguitur:contrariorum contrarie ſunt cauſe.ergo implicat ꝙ volũtas que eſt cauſa bonorum operum ſit poſtea cauſa malorum operum. Ad hoc negatur ꝯña: naꝫ non inconuenit de cauſa libera ꝙ ſit productiua contrariorum effectuum. Et ſi arguas:vlterius non eſt dabilis proceſſus in infinitũ in malis.ergo dabile eſt primum malum:quod eſt principium. omnium malorum.

Ad hoc reſpondet diſtinguẽdo ꝯña: vel loqñdo de malo entitatiue:et ſic negatur ꝯña:nam nulluꝫ tale eſt dabile:vel loquẽdo de malo moraliter et ſic conceditur ꝙ eſt dabile primũ malum:vtputa ſuperbia luciferi:ſed non eſt principium effectiuum oĩm aliorum malorum.

Secundo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ maluꝫ eſſet in bono: ꝯñs eſt contra diuum Dionyſiuꝫ in.4. cap. de diuinis nominibus dicentem: ꝙ malum neqꝫ eſt exiſtens neqꝫ in exiſtentibus:igitur quarta cõclu. falſa: ꝯſequela probatur:malum eſt in volũtate ex quarta ꝯcluſione ꝛ voluntas eſt bona:igitur malum eſt in bono. Ad hoc argumentum reſpondetur diſtinguendo ſequelam: vel loquendo de malo primo modo:ꝛ ſic negatur illa nec probatur in iſto ſenſu: vel loquendo de malo ſcḋo modo: ꝛ ſic conceditur illa et negatur minor:ratio eſt:quia beatus Dionyſius loqtur de malo prĩo modo:ꝛ de tali eniã aſſerit ꝙ non eſt ens. Et ſi vlterius arguas inferendo ꝙ ideꝫ eſſet bonũ et malum:quod eſt contra Eſayã.5. cap. dicentem. Ue vobis qui dicitis bonum malum ꝛ malum bonum:ꝓportionabiliter eſt reſpondendũ cuꝫ eadem diſtinctione. Unum tamẽ eſt aduertendum ꝙ Eſayas in prefata auctoritate ſolum loquitur de bono moraliter et malo moraliter. Et ſi vlterius replices. vnum ſubiectum non poteſt eſſe ſubiectum contrariorum:negatur aſſumptũ:ꝛ ꝑcipue de ſubiecto libero quale eſt voluntas.

Quid ſit peccatum.

Diſtictio. XXXV.



Oſt hec videndum eſt quid ſit peccatũ. Peccatuꝫ eſt: vt ait Augu. omne dictũ vel factũ vel

concupitum quod fit contra legem diuinā. Idē in libro de duabus animabus. Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequēdi quod iuſticia vetat. In vtraqꝫ aſſignatione de actuali peccato agitur et mortali non veniali. Ex prima deſcriptione oſtenditur peccatum eſſe voluntas mala ſiue loqutio et operatio praua ideſt actus malus tam interior ꝙ exterior: ex altera vero tantuꝫ oſtenditur eſſe actus interior. Voluntas enim: vt in ſuperioribus dictum eſt: motus animi eſt actus ergo interior eſt. Ambroſius quoqꝫ in lib. de paradiſo ait Quid eſt peccatum niſi legis diuine preuaricatio: et celeſtiū inobedientia preceptoruꝫ. Ergo in preuaricante peccatum eſt: ſed in mandante culpa non eſt. Nō enim conſiſteret peccatum ſi interdictio non fuiſſet. Non conſiſtente autem peccato non ſolum malicia: ſed etiam virtus fortaſſe non eſſet. Que niſi aliqua malicie fuiſſent ſemina: vel ſubſiſtere vel eminere non poſſet. Ecce preuaricationem legis et inobedientiam diffinit Ambroſi⁹ eſſe peccatum.

Diuerſorum ſententias de peccato ponit.

Quo circa diuerſitatis huius verborum occaſione: de peccato plurimi diuerſa ſenſerunt. Alij enim dixerunt voluntatem malam tantum eſſe peccatum: ⁊ nō actus exteriores. Alij voluntatem et actus: alij neutrum dicentes omnes actus eſſe bonos ⁊ a deo et ex deo auctore eſſe. Malum autem nihil eſt: vt ait Auguſtin⁹ ſuper Joannē. Omnia per ipſum facta ſunt ⁊ ſine ipō factum eſt nihil. i. peccatum quod nihil eſt et nihil fiunt homines cum peccant. Supra etiam dixit Auguſt. ꝙ malum eſt priuatio boni vel corruptio boni: qui etiam in lib. lxxxiij. q. ait. Summum malum nullum modū habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni eſt: non igitur eſt: quia nulla ſpecie continetur: totumqꝫ hoc nomen mali de ſpeciei priuatione repertum eſt. Item in dogmatibus eccleſiaſticis dicitur malum vel maliciam non eſſe a deo creatam: ſed a diabolo inuentam: qui et ipſe bonus creatus eſt. Idem etiaꝫ in lib. contra manicheos quid ſit peccatum oſtendit dicens. Peccare quid aliud eſt niſi in veritatis preceptis vel in ipſa veritate errare. Quod ſi non voluntate

faciunt peccatores iniuſte iudi-
cantur. Quid ergo in hac tanta
varietate tenendum: quid dicen
dum.

Vera ſententia de peccato proponitur.

¶ Sane dici poteſt et libere tra
di debet: peccatum eſſe actū ma
lum interiorem ⁊ exteriorem: ſcꝫ
malam cogitationem ⁊ loquutio-
nem et operationem. Precipue
tamen in voluntate conſiſtit pec
catum: ex qua tanq̄ arbore ma-
la procedunt opera mala tanq̄
fructus mali.

Traditio quorundam qui dicunt voluntatem malam ⁊ actum inquantum ſunt: eſſe naturas: et ideo bona inquãtum vero mala ſunt: eſſe peccata.

¶ Quidam autē diligenter at
tendentes verba Auguſt. quib⁹
ſupra et ī alijs ſcripture locis vti
tur: non indocte tradunt volun-
tatem malam ⁊ actus malos in-
quantū ſunt: vel inq̄tum actus
ſunt bona eſſe: inquātū vero ma
li ſunt: peccata eſſe qui volunta-
tem et actum quecūqꝫ bonāꝫ dei
naturāꝫ eſſe dicunt: inquantum
actus eſt vel voluntas: et ex deo
auctore eſſe: inquantum vero in-
ordinate et contra legem dei fit:
et fine debito caret peccatum eſt
et ita inquantum peccatū eſt: ni
hil eſt. Nulla enīꝫ ſubſtantia eſt:
nulla natura eſt.

Auctoritatibus probant voluntates et actus omnes eſſe bona: inquantum ſunt.

¶ Quod autem voluntas om
nis ⁊ actio bonum ſit inquātum
eſt: ex eo probant quod ait Au-
guſt. in lib. de. lxxxiij. queſtioni-
bus. Deus boni tantummodo
cauſa eſt: quocirca mali auctor
non eſt: quia omnium que ſunt
auctor eſt: que inquantum ſunt
intantum bona ſunt. Idem pro
bans nihil caſu fieri in mūdo ait
in eodem. Quicquid caſu fit: te-
mere fit: quicquid temere fit: nō
fit dei prouidentia. Si ergo caſu
aliqua fiunt in mundo: non pro
uidentia vniuerſus mundus ad
miniſtratur. Si non prouidētia
vniuerſus mundus adminiſtra
tur: aliqua natura vel ſubſtantia
eſt que ad opus prouidentie nō
pertinet. Omne autem quod eſt
inquantum eſt bonum eſt.

Summū enim eſt illud bonum cuius participatione ſunt cetera bona: ⁊ omne quod mutabile eſt non per ſe: ſed boni illius participatione inq̄ʒtum eſt bonum eſt: quod diuinam etiam prouidentiam vocamus. Nihil ergo caſu fit in mundo. His teſtimonijs innittuntur ad oſtendendū omne quod eſt inquantū eſt: bonuʒ eſſe. Unde idem Augu. in. j. lib. de doctrina chriſtiana ait. Ille ſumme ac primitus eſt: qui omnino incōmutabilis eſt: ⁊ cetera que ſunt niſi ab illo eſſe non poſſunt: ⁊ intantū bona ſunt inquātum acceperunt vt ſint.

Quid ex predictis ſequatur

¶ Ex predictis colligitur atqʒ infertur: qꝛ ſi mala volūtas ⁊ mala actio eſt: inq̄ʒtum eſt bona eſt. Sed quis eſt qui diffitetur malam voluntateʒ eſſe ⁊ malā actionem. Mala ergo voluntas ſiue actio inquantū eſt bonum eſt: et inquantū voluntas eſt vel actio bonum ſimiliter eſt: ſed ex vitio mala eſt: quod vitium a deo non eſt: neqʒ aliquid eſt. Qd Aug9. notaſſe videtur in lib. de. lxxxiij. q. dicens. Uitium eſt voluntas quo eſt homo deterior: quod vitium longe abeſt a voluntate dei vt ratio docet. Ex hoc loco probant voluntatem inquantum vitioſa eſt: non eſſe a deo: et inquātum vitioſa eſt peccatum eſt. Et peccatum eſt: vt aiunt: inquantum non habet ordinem nec finē debitum. Ita et actio inquantū ex malo procedit: et ordinem nō habet: ⁊ ad malum tendit.

Alia probatio qd oīs actus inq̄ʒtum eſt bonus eſt.

¶ Item ⁊ aliter probant omnē actum interiorem vel exterioreʒ inquantū eſt eſſe bonum: qꝛ non eſſet actus malus niſi eſſet res bona: qꝛ nō eſt aliqua res mala niſi eadem res bona ſit. Unde Auguſt. in enchiri. Oīs natura bonum eſt: nec res aliqua mala eſſet: ſi res bona ipſa que mala eſt natura non eſſet. Non ergo poteſt eſſe malum: niſi eſſet aliquod bonum. Quod cum dici videatur abſurde; connexio tamen ratiocinationis: nos compellit hoc dicere. Ex premiſſis teſtimonijs: aſſerunt omnes actus inquantuʒ ſunt: eſſe res bonas: nec aliquid eſſe malum: id eſt peccatum: niſi idem quoqʒ ſecundū aliquid bonum ſit: ⁊ om

nium que ſunt: inquantum ſunt deum auctorem predicant: et eiꝰ voluntate omnia eſſe quecumqꝫ ſunt: que inquantum ſunt natu-re ſunt.

Obiectio contra illos qui dicunt omnes actus inquãtũ ſunt eſſe bonos.

¶ Quibus opponitur. Si omnia que ſunt inquãtũ ſunt: bona ſunt et nature ſunt: ergo adulterium et homicidium ꝛ ſimilia inquantũ ſunt: bona ſunt ꝛ nature ſunt ꝛ deo volente fiunt. Quod ſi eſt: tunc illi qui faciunt illa bona agũt: quod penitus abſurdũ eſt. His vero ſic illi reſpondent. Dicunt equidem adulteriũ: homicidium: ꝛ huiuſmodi, non ſimpliciter actus denotare: ſꝫ actuũ vitia. Actuſqꝫ ipſos adulterij et homicidij inquãtum ſunt vel inquãtũ actus ſunt a deo eſſe ꝛ bonas naturas eſſe: ſed non inquãtum adulterium ꝛ homicidium ſunt. Et ideo non ſequi dicunt ſi actus qui homicidia ꝛ adulteria ſunt a deo ſunt: ꝙ homicidia et adulteria a deo ſunt.

Alia illorum oppoſitio contra eoſdem.

¶ Item aliter eis opponitur. Si aliquid non eſt maluꝫ quod non ſit natura vel res bona: quomodo ergo peccata ſunt non credere in deum non ire ad eccleſiaꝫ et huiuſmodi: cum iſta non ſint nature: imo omnino non ſunt. Non eſt enim aliquid vel res aliqua non ire ad eccleſiam vel non credere et huiuſmodi. Ad quod dicunt his atqꝫ huiuſmodi dictionibus que videntur priuationes ſimpliciter notare et nihil ponere: quia per negationem dicuntur vere aliqua poni: actuſqꝫ per eas ſignificari. Non credere enim in chriſtũ incredulitatẽ dicunt: ꝛ nomĩe incredulitatis malum mẽtis actum ſignificari. Iã etiam cum dicitur non ire ad eccleſiam maluꝫ eſt: non euntis cõtemptus ſignificatur. i. volũtas mala vel propoſitum: hoc eſt eñi declinare a bono et ideo malum eſt: ſicut ecõuerſo declinare a malo bonum eſt. Sicut ergo declinatio a malo aliquid ponit. ſ. voluntatem et propoſitum vitãdi malum. Non enim poteſt eſſe bonum quod omnino nihil eſt: ita declinatio a bono quod eſt ſignificat: ſcꝫ voluntatem ꝛ propoſitũ mali. Et ſecundũ hoc vera eſt et generalis illa peccati mortalis

deſcriptio quã ſupra poſuit Au
guſtinus.

Utrum malus actus inquã tum peccatum eſt ſit priua- tio vel corruptio boni.

¶ Poteſt etiam queri ab eiſdeꝫ
cum peccatum ſit: vt ſupra dictũ
eſt: priuatio vel corruptio boni:
et omnis actus malus ſit pecca
tum: vtruꝫ ſit priuatio vel corru
ptio boni: inquantũ peccatuꝫ eſt
vel non. Si enim inquãtum pec
catum eſt corruptio boni eſt: cuꝫ
corruptio vł priuatio boni pena
ſit homini. Inquantũ ergo pec
catum eſt pena eſt. Quod ſi eſt:
tunc inquantum peccatum eſt:
bonum eſſe videtur ⁊ a deo eſſe.
Si autem non inquantũ pecca-
tuꝫ eſt corruptio eſt: queritur er
go ſecundũ quid corruptio ſit.
Si enim corruptio eſt ⁊ non in-
quantum peccatum eſt: cum nõ
ſit niſi bonum: preterq̃ in eo qđ
peccatũ eſt. ergo inquãtũ bonuꝫ
eſt: corruptio vel priuatio boni
eſt. Ad quod etiã ipſi dicũt actũ
malum non inquãtum eſt neqꝫ
inquantũ bonum eſt: eſſe priua-
tionem vel corruptionem boni:
ſed inquantũ peccatũ eſt: non ta
men inquãtum peccatum eſt pe
na eſt: vel aliquid quod a deo ſit
Ut eniꝫ ex verbis premiſſis Au
guſti. colligitur peccatuꝫ dicitur
corruptio vel priuatio actiue nõ
paſſiue. Nam ideo malũ vel pec
catum dicitur corruptio boni: q2
naturam bonaꝫ qualicumqꝫ pri
uat bono: nam ſi non priuat ali-
quo bono non nocet: vt ſupra
Auguſt. ait. Nocet autem: adi
mit ergo bonum. Non auteꝫ no
cet niſi inquantum eſt. ergo in-
quantum peccatuꝫ eſt priuat bo
no. Itaqꝫ inquantum peccatuꝫ
eſt ꝑuatio eſt vel corruptio boni

Quomodo inquantũ pecca tum eſt poſſit corrũpere bo- num cum nihil ſit.

¶ Sed cum nihil ſit inquantuꝫ
peccatum eſt: quomodo poteſt
bonum corrumpere vel adime-
re. Auguſt. de hoc docet in libro
de natura boni dicens. Auguſt.
de hoc docet in libro de natura
boni dicẽs. Abſtinere a cibo nõ
eſt aliqua ſubſtantia: tamen ſub
ſtantia corporis ſi omnino abſti
neatur a cibo: langueſcit ⁊ frãgi
tur. Sic non eſt ſubſtantia pec-
catum: eo tamen natura anime
corrumpitur.

Quod peccatuꝫ proprie cor ruptio eſt anime ⁊ quomõ.

¶ Peccatum vero id eſt culpa: proprie anime corruptio eſt. Si autem queritur in quo poſſit corrumpi anima. In parabola illi' qui incidit in latrones qui eũ vulnerauerunt et ſpoliauerunt clarescit. Incidit enim homo in latrones: quando per peccatũ in poteſtatem diaboli trahitur: et tũc per peccatũ expoliatur gratuitis bonis. i. virtutibus: et in naturalibus bonis vulneratur: que ſũt ratio et intellectus: memoria et ingeniũ et huiuſmodi: que p peccatum obtenebrantur et vitiãtur. Per peccatum etiam priuatur illo bono cuius participatiõe cetera bona ſunt: quo tantomagis priuatur quanto magis ſe ab eo elongat.

Qualiter homo ſe elongat a deo: ſcz per diſſimilitudinẽ quam facit peccatum.

¶ Ab eo autẽ ſe elongat homo per pctũm non loci diſtantia: qz vbiqz totus et preſens eſt oibus et omnia in ipſo ſunt: vt ait Auguſt. in lib. de. lxxxiij. q. et ipſe locus non eſt. Locus tamen dei abuſiue dicitur templum dei: nõ qȝ eo contineatur: ſed quod ei p̄ſens ſit et inhabitans: id autẽ anima munda intelligitur. Per peccatum ergo non ſecundũ locum aliquis longe fit a deo: et in eo lõge fit qȝ a b eius ſimilitudine recedit: et tanto longius quanto fit diſſimilior. Illa autẽ: vt ait Auguſt. in lib. de. lxxxiij. q. que participatione ſimilia ſunt deo: recipiunt diſſimilitudinem. At ipſa ſimilitudo nullo modo ex aliqua parte poteſt eſſe diſſimilis. Unde fit cum ſimilitudo patris fili' ſit ex nulla parte patri poſſit eſſe diſſimilis: cuius participatione ſimilia ſunt: quecũqz deo ſimilia ſunt: et illa poſſunt recipere diſſimilitudinem. Nihil eſt autez qd hominem adeo deo diſſimilez faciat quemadmodũ peccatũ. Cũ autem peccatum ſit priuatio vel corruptio boni que eſt in anima eſt etiam priuatio vel corruptio boni corporis: ſicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis et ĩpaſſibilitatis quam habuit ante peccatum.

An pena ſit priuatio boni.

¶ Queri autẽ ſolet vtrum et pena ſit priuatio vel corruptio boni? Ad quod facile reſponderi poteſt: ſi predicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim

ſupra priuationez vel corruptio
nem boni accipi actiue vel paſſi-
ue.i.ſecundū efficientiam vel ef-
fectum. Ideoqꝫ priuatio vl' cor
ruptio boni dicitur et peccatum
et pena:ſed peccatum ſecundum
efficientiam:quia priuat vel cor
rumpit bonum. Pena autem ſe
cundum effectum:ideſt ſecundū
paſſionem que eſt effectus pecca
ti. Aliud eſt enim culpa aliud pe
na. Alteruz eſt dei.i.pena:alterū
diaboli vel hoīs eſt: ideſt culpa.

CIrca triceſi-
mā quintam
diſtin.querit
primo. Que
res eſt pctm̄.
Pro hui⁹.q.
intelligentia
eſt aduerten
dū: q divus
Aug. duob⁹ modis diffinit. Uno mō
in.22.ɔtra fauſtū ſic.ſ.pctm̄ eſt di-
ctū aut factū vel ɔcupitū ɔtra legez
dei.alio mō diffinit ī li.de duab⁹ aīa
bus cōtra manicheū ſic. Pctm̄ eſt
voluntas retinendi vel conſequendi
quod iuſticia vetat.

¶ Contra primā diffinitionem
vt dilucidi⁹ intelligat̄ arguit̄ ſic.ſeq̄
retur q ſctiſſima mulier eſſet pctm̄
ɔñs eſt abſurdū:igit̄ diffinitio nōva
let:ſeq̄la pbat̄:poſito caſu q aliquis
ɔcupiſcat ſctiſſimā mulierē:tunc ve-
rū eſt dicere q talis mulier eſt cōcu-
pita ɔtra legē dei. ergo talis mulier
eſt pctm̄. Proportionabiliter pōt
pbari q angelus ſit pctm̄ ⁊ de⁹ ⁊c.
Propter hoc argu.dicendū eſt q.2.
diffinitio declarat primaz: ita q illa
verba dictū factū ɔcupitū nō capiū
tur p obiectis: ſed pro ipa potētia q̄
ɔcupiſcit ipſa obiecta:⁊ ppt̄ea ī ſcđa
diffinitione ponit̄ volūtas loco gñis
Contra iſtā ſolu.arguit̄ pbando am
bas diffinitiōes nō valere:dabile eſt
aliqđ peccatū qđ non eſt volūtas ne
qꝫ aliqđ poſitiuū:igit̄ ambe diffini-
tiones nulle:añs probat̄:dabilis eſt
omiſſio que eſt pctm̄ mortale: ⁊ ta
lis nō eſt volūtas neqꝫ aliqđ poſiti-
uū:igr̄ aſſumptū verū maior pbat̄:
volo q aliqs xp̄ianus habeat hoc di
ctamē in die dñico.diligēd⁹ eſt a me
de⁹ ſup oīa hodie:tūc talis xp̄ianus
pōt nō diligere deū in tali die dñico
quo dato talis omiſſio erit pctm̄ mor
tale:qr ɔtra primū p̄ceptū pme tab.
igr̄ maior vera:q talis xp̄ian⁹ poſſit
nō diligere pbat̄:talis chri.nō neceſ
ſitat̄ ab illo dictamie neqꝫ ab aliquo
alio:igr̄ p̄t nō diligere deū die dñico

¶ Pro hui⁹ argumēti ſolu. eſt
aduertēdū q docto.theo.vt videbit̄
in.42.diſtin. hui⁹.2.digladiant̄: an
ſit dabilis pura omiſſio:ſꝫ qr docto.
ſcti.ſ.Tho.⁊ Bonauē.⁊ ocham ⁊ car.
came.tenēt:q dabilis eſt pura omiſ
ſio. Propterea dicēduz eſt q diuus
Auguſt. ſub illis poſitiuis includit
omiſſionem que eſt quedā priuatio.
Sed ſecluſa oī affectiōe diu⁹ ambro
ſi⁹ lōge meli⁹ diffinit pctm̄ ī li. đ pa
radiſo ſic.ſ. Pctm̄ eſt legis diuine p̄
uaricatio ⁊ celeſtiū inobedientia pre
ceptorum: et hec diffinitio pōt eſſe
gloſa aliarum duarum diui Auguſt.

¶ Contra diffinitiões amboꝛũ ſanctoꝛu3 arguitur ſic. ſequeretur ꝙ ſi nulla fuiſſet lex ⁊ nulla fuiſſent p̄cepta data: non eſſet aliquod peccatum. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet: quia illo dato vtraqꝫ definitio peccati nulli conueniret: vt patet intuenti ambas diffinitiones. Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertẽdum ꝙ omnes doctoꝛes catho. conueniunt in hoc: ſc3 ꝙ quocũqꝫ peccato dato dñs deus contingenter acceptat vel deacceptat ad aliquam penam: na3 poteſt dñs deus nolle infligere aliquam penam pꝛo tali pctõ: idcirco dñs Durandus ⁊ Marti. de mr̃is aſtruũt ꝙ eſt poſſibile dare peccatum moꝛale quod non eſt veniale. i. imputatum ad aliquam penam tempoꝛalem: nec moꝛtale. i. imputatum ad aliquam penam eternam. Pariter conueniunt doctoꝛes ĩ hoc ꝙ quacũqꝫ operatione exterioꝛi data poteſt talis fieri libere ab hoĩe: ⁊ non eſſe peccatum: vt adulteriu3 ⁊ homicidium exterius poſſunt libere fieri ab homine ſine peccato: vtputa ſi concurrat ignoꝛantia inuincibilis ſicut dictum eſt: ſepenumero de Jacob cum lya. Pari iure mendacium exterius ſiue pꝛolatio falſi poteſt bene fieri: dũmodo fiat ſine intẽtione fallendi. Sed magna eſt digladiatio de operatione interioꝛi. ſ. de volitione aut nolitione an oĩs talis poſſit libere fieri ab homine ⁊ nõ eſſe mala: nam dñs cardi. cameracenſis ⁊ Joães de larſono ⁊ de caſtro aſſerunt partem affirmatiuam. Ratio eoꝛum eſt: qꝛ dñs deus contingẽter pꝛohibet quamcũqꝫ malam operationem interioꝛem: idcirco ſecluſa tali pꝛohibitione dñi dei videtur ꝙ nulla talis operatio eſt peccatum.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur: ſequeretur ꝙ odium dei poſſet bene fieri. ꝯñs eſt abſurdum: igiť minoꝛ pbatur: ſequeretur ꝙ viatoꝛ per odiu3 dei mereretur: ꝯñs implicat: igitur minoꝛ pꝛobatur: bene ſeqtur: iſte viatoꝛ meretur per odiũ dei ergo habet charitatem: ⁊ per ꝯñs diligit ⁊ habet odium dei. ergo non diligit deum: vel ſimul habebit odiu3 dei et dilectionem dei. Ad hoc argumentum rñdetur ab eis: ꝙ ſi ad meritu3 requiratur ꝙ talis operatio eliciatur ex charitate: implicat ꝙ odiũ dei ſit meritoꝛium: ſi vero non requiratur: tunc poſſibile eſt odium dei eſſe meritoꝛium: ⁊ negabitur illa ꝯña: ſc3 odium dei eſt meritoꝛium. ergo viatoꝛ habens tale odiu3 habet charitatem.

¶ Scdo arguitur contra eandẽ opinionem: volitio qua viatoꝛ vult agere contra pꝛeceptum dei eſt mala: et non poteſt bene fieri: igitur opinio nulla: minoꝛ pꝛobatur: quocũqꝫ caſu dato ſemp talis volitio eſt mala: igitur nequit bene fieri: añs pbať quocũqꝫ caſu dato bene ſeqtur: iſta volitio eſt contra pꝛeceptum dei. ergo talis volitio eſt mala. Ad hoc argumentum rñdetur diſtinguẽdo: vł illa determinatio ꝯtra p̄ceptũ: ſe habet in ratione obiecti: vel ſolũ determinat illud totu3 volo agere: ſi ſecũdu3 nulla eſt apparentia in argumẽto: ſi pꝛimũ negatur minoꝛ: ⁊ ad pꝛobationem negatur añs: imo ſecluſo

precepto diuino talis volitio nõ am plius eſt mala: et ad probationeʒ cõ ceditur ꝙ bene ſequitur: ſed añs eſt falſum.ſ.ꝙ talis volitio ſit contra p̃ ceptum dei: quia nullũ eſt preceptũ ex hypotheſi. Et non ſequitur: iſte vult agere contra preceptum dei.er go agit contra preceptum: veluti nõ ſequitur iſte vult eſſe pontifex. ergo eſt põtifex. Eodẽmodo poteſt ſolui argumentũ quod poteſt fieri de iſta volitione volo occidere platoneʒ cõ tra preceptum dei diſtinguendo de illa determinatione cõtra preceptuʒ dei vl' determĩat totum vel ſe habet in ratione obiecti. Contra iſtam ſo lutionem arguitur: iſtud iudiciũ non eſt occidendus plato contra p̃ceptũ dei eſt neceſſario verum: ergo in nul lo caſu licʒ agere contra tale iudiciũ Ad hanc replicaɱ: r̃ñdetur propor tionabiliter diſtinguendo de illa de terminatione contra preceptũ: nam ſi ſe habeat in ratione obiecti tale iu dicium non eſt neceſſario verum: ſi vero determinet homicidium ⁊ non ſe habeat in ratione obiecti: tunc nõ militat contra opinionem.

¶ Alia eſt opinio diui Thom̃. et Bonauen. ⁊ Guiller. ocbã ⁊ Gre. de arimi. aſſerentium ꝙ aliqui ſunt actus intrinſece mali: ita ꝙ non eſt in poteſtate dei facere ꝙ tales act⁹ libere elicitantur ab homine: et non ſint mali: vt odium dei et mendaciũ adulterium ⁊c. Et huic opinioni fa uet philoſo. in.5.cap.2.ethicoruʒ di cens. Non auteʒ ſuſcipit omnis ope ratio neqꝫ omnis paſſio anime me dietatem. Quedam ſtatim nomĩata conuoluta ſunt quadam malicia: vt mendacium adulterium: ⁊ cetera.

¶ Contra iſtam opinionem ar guitur a dño Cardi. camera. ⁊ gerſo no ⁊ Andrea de caſtro. dñs deus cõ tingenter ⁊ libere prohibet quãcum qꝫ operationem interiorem. ergo po ſito ꝙ non prohibeat: iam talis ope ratio non erit mala. Pro hui⁹ argu menti ſolutione eſt aduertendum ꝙ Hugo de ſancto Victore in.7.ca.6. partis.1.lib. de ſacramentis ait: q̃ð duo precepta ſunt data homini: ſcilʒ preceptum nature ⁊ preceptuʒ diſci pline. preceptum nature fuit q̃ð in tus inſpiratum eſt per naturam. pre ceptuʒ diſcipline fuit quod foris ap poſitum eſt ad diſciplinaʒ intus per ſenſum foris per verbum: et in his autem duobus mandatis totuʒ con tinetur quicquid bonum: vel faciẽdũ vel cauendum precipitur. In prece pto etiaʒ nature tria continentur.ſ. iuſſio prohibitio ⁊ conceſſio: per pre ceptum iſtud nature nihil intelligit niſi ipſa prudentia naturalis que in trinſecus inſpirata eſt: vt per eaʒ ho mo erudiatur de hiſque ſibi appetẽ da vel fugienda ſunt: ita ꝙ diſcretio nem ⁊ intelligentiam hoĩs cordi in ſpirare eſt dare ei preceptum. Quid cognitio faciendorum fuit: niſi q̃daʒ ad cor hominis facta preceptio. Et quid rurſus cognitio vitandorũ fuit niſi quedam prohibitio. Quid vero cognitio eorum que media fuerunt eſtimanda eſt: niſi quedã conſenſio in preceptione: vt illic homo ſuo ar bitrio relinqueretur: vbi quãcumqꝫ partem elegiſſet nõ lederetur. Deũ igitur precipere erat docere hominẽ que ſibi erãt neceſſaria. Prohibere

autem demonſtrare noſcia. Cōcedere vero inſinuare ad vtrūlibet ſe habentia. Hanc egregiam hugonis ſententiam enucleat Grego. de ari. dicens: ꝙ duplex eſt preceptio ſiue ꝓhibitio ſiue lex. ſ. lex imperatiua et indicatiua: lex indicatiua eſt qua tm̄ modo ſignificatur aliquid eſſe agendum vel non agendum. imperatiua dicitur illa qua imperatur alicui aliquid agere vel non agere: et ideo exprimitur verbum imperatiui modi. ſicut illud pſal'. Nolite loqui aduerſus deum iniquitatem: ꝛ q̄uis multi non habuerunt legem imperatiuā: vt patet de gentibus ante apl'orum predicationem habuerunt legem indicatiuam tamē intus inſpiratā: q̄ ſufficiebat ad hoc ꝙ ipſi male agerent: iuxta illud apl'i ad rom. i. Qui talia agunt digni ſunt morte. Huic etiam opinioni fauet diuus Auguſt. in. 3. cap. lib. i. de libero arbi. dicens Adulterium non ideo malum eſt: qꝛ vetatur lege: ſed id̄ vetatur lege: qꝛ malum eſt: idem aſſerit de mēdacio ſuper. 19. leuitici. Iſtis notatis rn̄detur ad argumentū dn̄i cardi. came. ꝛ aliorum diſtinguendo an̄s: vel procedendo de prohibitione indicatiua et ſic negatur illud: vel prohibitiōe ſolum imperatiua procedendo: ꝛ ſic conceditur illud ꝛ negatur ꝯn̄a: ratio eſt: quia ſola ꝓhibitio indicatiua ſufficit ad hoc ꝙ talis operatio interior ſit peccatū aut mala. Ex omnibus iſtis patꝫ ꝙ aliqua ſunt peccata prohibita qꝛ mala: et aliqua ſunt mala: qꝛ prohibita: primum patet de illis peccatis que ſunt contra ius naturale in primo gradu. Aliud patet de his que ſunt ſolum contra ius pure poſitiuum. Contra hoc arguitur ſic. dato aliquo peccato contra ius naturale: in primo gradu verum eſt dicere: ꝙ tale eſt malum: quia prohibitum: igitur opinio nulla: an̄cedens probatur: per prius tale peccatū eſt peccatum q̄ꝫ dicetur per legem indicatiuā eſſe malum: igitur an̄cedēs probatur. lex indicatiua indicans tale opus eſſe malum poſterius eſt vera q̄ꝫ tale opus ſit maluꝫ: igitur an̄s probatur: ideo talis lex eſt vera: qꝛ ita eſt in re ſicut per talem legem ſignificatur. ergo poſterius eſt vera: q̄ꝫ tale peccatum ſit peccatū. Ad hoc argumentum rn̄detur negando an̄s et ad probationem negatur iterum an̄s: ꝛ ad probationem negatur iterū an̄s: et ad probationem negatur ꝯn̄a et ratio eſt: quia correlatiua ſūt ſimul natura et talem legem eſſe veram: et ita eſſe in re ſicut per talem legem ſignificatur ſunt correlatiua.

¶ Secundo arguitur contra eādem opinionem ſiue reſolutionem: dominus deus poteſt precipere tales operationes intrinſece malas viatoribus: ergo non ſunt prohibite quia male: an̄s probatur: homo poteſt precipere tales operationes. ergo dn̄s deus qui eſt omnipotens poteſt tales operationes precipere. Si neges hanc vltimā ꝯn̄am ꝛ bene: nā ideo qꝛ eſt omnipotens non poteſt precipere rem iniuſtam: vt inq̄t Auguſt. ſuper ſymbolū apl'orū. Contra hoc replicat: iam dn̄s de⁹ precepit ipſi Abrahe homicidiū ꝛ filijs iſrael furtū: ꝛ prophete Oſee ſumere vxo-

rem fornicariã ⁊ facere filios fornicationũ: vt habetur in primo cap. oſee igitur a fortiori poteſt pcipere. Ad hanc replicã patet rñſio ex. 3. lib. ſententiarũ: 2. 42. diſtin. primi.

¶ Iam arguitur contra eandẽ opinionem auctoritatibus. Prima eſt apli ad rom. 4. dicẽtis. Ubi non eſt lex: nec preuaricatio. Secũda eſt diui Augu. in. 2. li. de baptiſmo paruulorum ad marcellũ dicẽtis. Neqꝫ peccatum erit: ſi quid erit ſi diuinit⁹ nõ iubetur. Ad iſtas duas auctates facile rñdetur ꝙ intelliguntur de lege: vt comprehendit legem indicatiuam et imperatiuam: et non vt comprehendit ſolum imperatiuã. Sed ſi adhuc arguas: ꝗcquid deus põt facere mediante cauſa ſecunda poteſt facere ſe ſolo. ergo poteſt producere odium homicidium adulterium: et ſic de alijs operationibus intrinſece malis. Facile reſpondetur ꝙ nõ militat contra opinionem: nam oportꝫ probare ꝙ tales operationes elicerentur libere ab homine: et bene fierẽt. Iſtis notatis reſpõdetur ad formam principalis argumenti diſtinguendo ſequelam: vel procedendo de lege: vt comprehendit legem indicatiuam et imperatiuam: et ſic cõceditur ſequela et negatur minor: vl procedendo: vt ſolum comprehẽdit legem imperatiuam: et ſic negatur illa: ⁊ ad probationem negatur aſſũptum et ratio eſt: quia in vtraqꝫ diffinitiõe proceditur de lege: vt cõprehendit imperatiuam et indicatiuam legem. Ulterius eſt aduertendum: ꝙ peccatum accipitur bipharíam ſecundũ diuũ Tho. et alios doctores. Unõ modo materialiter pro re que eſt peccatum: et alio mõ formaliter ꝓ illo actu quo denoĩatur peccatũ et magna ẽ difficultas iter theologos que res eſt illud formale peccati: nã Grego. aſſerit quod eſt quoddã complexum ſignificabile de quo parum eſt curandum. Doctor ſubtilis tenet ꝙ eſt priuatio rectitudinis debite in eſſe actui. Sed contra hoc arguitur a Gullermo ochã: odium dei habet illud formale peccati: et nõ eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe tali actui: quia odium dei non poteſt bene fieri: igitur formale peccati non eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe tali potentie. Contra hoc arguitur. accipiẽdo tempus in quo viator nullum actum tenetur habere: et ponatur quod tunc eliciat aliquod peccatum: tunc videtur ꝙ formale talis peccati non eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe tali potentie. Propterea aliter dicitur conformiter ad diuum Thom. ꝙ formale peccati eſt non conformitas ad legem diuinã.

¶ Iſtis notatis reſpõdetur ad titulum queſtionis per aliquot concluſiones: quarum prima eſt iſta. Aliquod peccatum quoad materiale eſt accidens. iſta ꝯcluſio patet de omnibus nolitionibus ⁊ volitionib⁹ malis. Secũda cõclu. ẽ iſta. aliquod pctũ quoad materiale eſt ſubſtãtia patet iſta ꝯclu. de volũtate quando omittit agere aliqd adquod obliga ẽ ex lege diuina. Patꝫ inſuper vtraqꝫ iſtarum ꝯcluſionũ auctoritate diui Auguſt. in lib. de duabus animabus dicẽtis. Peccatũ eſt volũtas retinẽdi vel cõſequendi qđ iuſticia vetat.

Tertia ꝯcluſio eſt iſta: peccatuꝫ quo ad formale eſt non conformitas ad legem diuinam in creatura rationali: iſta conclu. probatur: quia omnis non conformitas ad legem diuinam et ſola talis eſt formale peccatum. Quarta et vltima conclu. eſt iſta: tali quod peccatum quoad formale eſt ſubſtantia: et aliquod accidens ſecū dum nominales ⁊ ſecundum reales eſt pura priuatio cui realium opinioni applaudit d. u° Aug. dicēs ſup illō Joan. primo. Sine ipſo factum eſt nihil. i. peccatum.

¶ Queritur ſecundo circa eandem diſtinctionem: vtrum peccatuꝫ ſit priuatio aut corruptio boni. Pro huius queſtionis declaratiōe eſt aduertendū ꝙ in triplici differētia aſſignātur bona nature humane. in prima aſſignantur potentie ipſius anime. in ſecūda aſſignātur bona inclinatio ad virtutem. in tertia aſſignatur donum iuſticie originalis. Ulterius eſt aduertendum ꝙ ſecundū venerabilem bedam ſuper. 10. ca. luce. Natura humana ex peccato primi parentis: quadruplici vulnere fuit vulnerata: ſcꝫ infidelitate ignorātia malicia et concupiſcentia.

¶ Iſtis notatis reſpondetur ad titulum queſtionis per aliquot cōcluſiones: quarum prima eſt iſta. Nulluꝫ peccatum eſt corruptio primi boni. Iſta ꝯcluſio probatur: nam dato oppoſito ſi peccatum corrumperet voluntatem: tandem funditus voluntas deſtrueretur a peccato: et ſic daretur homo ſine voluntate. Secūda ꝯclu. eſt iſta. Omne peccatum eſt aliqualis priuatio et corruptio ſecū di boni. Iſta ꝯcluſio probatur: quodlibet peccatuꝫ aliquid corrumpit de naturali inclinatione ad virtutem: nam quilibet homo poſt peccatum minus eſt ad virtuteꝫ pronus igitur ꝯcluſio vera. Tertia ꝯcluſio eſt iſta. peccatum mortale eſt totalis corruptio ⁊ ꝓuatio tertij boni vel ſibi equiualentis. Iſta ꝯcluſio probatur: qꝺlibet peccatuꝫ mortale contrariatur iuſticie originali: et gratie gratum facienti ſiue charitati infuſe: igitur concluſio vera.

¶ Contra ſecundā concluſionē arguitur ſic. naturalia demonis non fuerūt corrupta: igitur nec hominis aňtecedens patet auctoritate diui dionyſij in. 4. cap. de diuinis nominib⁹ dicentis naturalia demonis manere integra poſt peccatum. Ad hoc facile reſpondetur ꝙ diuus Dionyſi⁹ intelligit de bonis prime differētie et non ſecūde. Et ſi arguas: peccatum eſt actus et accidens. ergo non diminuit ſuum ſubiectuꝫ: conſequētia non valet: et inſtātia patet de accidentibus corporalibus de calore deſtruente humidum. Contra iſtam ſolutionem arguitur: ſequeretur qꝺ totum bonum ſecūde differētie poſſet deſtrui: ꝯñſequens eſt falſum: igitur ſequela probatur: primuꝫ peccatum aliquid deſtruit de bono ſecundе differentie: et dabile eſt aliquod aliud peccatum quod tantuꝫ deſtruet: et ſic conſequenter: et eſt bonum finituꝫ. ergo teſte philoſo. redigetur in nihilum: minor probatur. dabile eſt peccatum adeo graue vel graui⁹ primo ſimiliter et tertiū peccatū. ergo ſecundum peccatum tantum de-

ſtruet ſicut primū:et tertium tantuʒ ſicut ſecundum:et ſic de alijs.
Si dicas ꝙ ſoluʒ fiet diminutio per proportionem geometricam hoc ne quit defendi:nam ſecundū peccatuʒ ex hipotheſi eſt adeo graue vel grauius primo et naturaliter agit.ergo tantum deſtruet ſicut primuʒ. Propterea aliter reſpondetur:pro cuius reſponſionis declaratione eſt aduertendum:ꝙ duo ſunt conſideranda ĩ tali naturali inclinatione. vnum qđ eſt radix ipſius.ſ.ipſa anima:et alterum quod eſt terminus:ſcilꝫ ipſa virtus:modo peccatuʒ non deſtruit naturalem inclinationem niſi ponēdo impedimentum ad tertium: ⁊ nihil deſtruit de radice:idcirco quantumcūqꝫ multiplicentur peccata nunqꝫ deſtruetur totaliter talis inclinatio: ratio eſt: quia ſemper manebit tota radix.

¶ Secundo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ peccatum cauſaret maculaʒ in animam:ꝯſequens eſt falſum:igitur ſequela patet eccli.47.dicit̃ ſalomoni. Dediſti maculam in glīa tua: iam probatur minor. inferior natura non poteſt inficere ſuperioreʒ.ergo peccatum non poteſt inficere animam. Ad hoc argumentum reſpondetur negando minorem:et ad probationem dico ꝙ verum eſt ſine conſenſu ſuperioris nature. modo ipſa anima concurrit ad talem actum: nimirum ergo ſi peccatum ipſam inficiat. Contra iſtam ſolutionem arguitur:ſequeretur ꝙ talis macula maneret poſt peccatum in ipſa anima:cō ſequens eſt falſuʒ: igitur ſequela patet:habetur Joſue.22.An parum eſt vobis ꝙ peccaſtis in belfegor ⁊ vſqꝫ in preſentem diem macula hui⁹ ſceleris in vobis permanet.iam probatur minor:peccatum non manet.ergo neqꝫ macula peccati. ꝯſequentia tenet:quia effectus dependet a ſua cauſa. Ad hanc replicam reſpondetur negando minorem:et ad probationem negatur ꝯſequētia:et ad probationem dico ꝙ non oportet ꝙ quilibet effectus dependeat a ſua cauſa in conſeruari:naʒ multi ſunt effect⁹ qui remanent deſtructis eorum cauſis:vt patet intuenti. Et ſi queras que res eſt talis aĩe macula:r̃ſidetur ꝙ eſt carentia gratie gratum facientis:et aliquis malus habitus:vl̓ mala diſpoſitio.

Quod quedam ſimul ſunt peccata et pena peccati: quedam peccata et cauſa peccati:alia vero peccata et cauſa et pena peccati.

Diſtictio. XXXVI



Ciendū eſt tamen quedam ſic eſſe peccata: vt ſint etiā pene peccatoruʒ. Unde Aug⁹.ſup illum locum pſal̄.lvij. Super ce

cidit ignis et non viderunt ſolē ait. Ignis ſuperbie et concupiſcentie et ira intelligitur. Iſtas penas pauci vidēt: ideo eas maxime commemorat apoſtolus in epiſtola ad Roma. et enumerat multa que peccata ſunt et pene peccati: item. Inter primum eī peccatum apoſtaſie ⁊ vltimā penā ignis eterni: media que ſunt et peccata ſunt et pene peccati. Gregorius quoqꝫ ſup ezechiel. ait. Contemnenti qui non vult penitere ponit deus offendiculū vbi ſcꝫ grauius impingat. Peccatum enim quod per penitētiā citius non deletur: aut peccatū eſt et cauſa peccati aut peccatū et pena peccati: aut peccatum ſimul et cauſa et pena peccati. vn de Moyſes. Nondum ſunt cōpleta peccata amorreorum. Et Dauid inquit. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum. Et alius propheta. Sanguis ſanguinem tetigit: ideſt peccatū peccato additum eſt. Paulus quoqꝫ ait. Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominie ⁊c. et item. Ut impleant peccata ſua ſemper. Joanni quoqꝫ per angelum dicitur. Qui in ſordib9 eſt vt ſordeſcat adhuc. Ex his teſtimonijs colligitur peccatum aliquod: et peccatum eſſe et penam peccati.

Ex predictis queſtio oritur: ſcilicet an inquantum pctm̄ eſt ſit pena peccati.

¶ Et ideo merito q̄ritur: vtrum inquantum peccatum eſt ſit pena peccati. Quod nō videtur cū omnis pena peccati iuſta ſit. vnde Auguſt. in lib. retractationū. Omnis pena peccati iuſta eſt et ſupplicium nominatur. Si ergo peccatum quod eſt peccatum et pena peccati inquātum peccatū eſt pena peccati eſt: cum omnis pena iuſta de iuſticia dei veniat: videtur inquantum peccatū eſt: iuſtum eſſe et a deo prouenire. Ad quod illi reſpondent peccatum ſic dici penam peccati: quia per peccatum in quod merito p̄cedentis peccati homo labitur deſerente deo: corrumpitur bona natura. Sicut ignis eternus dicitur pena malorum: quia ea cruciantur: nec tamē ipſe cruciatus malorum ignis eſt: ſed per ignem fit in homine. Ita p peccatum corrumpitur natura: ⁊ iminuitur bonū nature: et eſt ipſa iminutio ⁊ corruptio boni paſſio et pena: et non eſt eſſentialiter

ipſum peccatum per quod ſit: ſꝫ ideo peccatum dicitur: vt pmiſſum eſt: quia per peccatum illico vt peccat homo fit in homine illa corruptio: que tamen fit deo auctore. Illa enim pena ſiue paſſio que eſt boni corruptio a deo eſt. Illius tamen: vt ſic dicā: materia ⁊ cauſa eſt peccatum: quod a deo nō eſt. Quod videtur Auguſt. notaſſe: et iuxta hunc ſenſū intellexiſſe: cuꝫ ait in libro de predeſtinatione ſanctorum. Predeſtinatione deus ea preſciuit que fuerat ipſe facturus. Sed preſciuit deus etiam que non eſt ipſe facturus: ideſt omnia mala: quia et ſic ſunt quedam que ita peccata ſunt vt etiam pene ſint peccati: ſecundum illud apoſtoli. Tradidit illos deus in paſſiones: ⁊c. non tamen peccatum dei eſt: ſed iudicium. ſ. pena. In ſcriptura eniꝫ ſepe nomine iudicij pena intelligitur. Hic diligenter intendentibus inſinuare videtur ea q̄ peccata ſunt ⁊ pene peccati: non in quātū peccata ſunt: ſed in quā tum pene dei eſſe dicuntur: nam cum dixiſſet deum non eſſe facturum mala aliqua: ideſt peccata: quia poſſet ei obijci: quedaꝫ peccata eſſe etiam penas peccati: et pena peccati omnis iuſticia eſt. ⁊ ideo a deo eſt: quaſi determinā do ſecūduꝫ quid facit ea: vel ſecūdum quid non faciat: addit reliqua. Iuxta vero predictam intelligentiam peccata ſane dicuntur pene. Unde apoſtolus appellat eas paſſiōes ignominie: quia vt ait auctoritas: licet quedam peccata ſint que delectantur: ſunt tamen paſſiones nature nominande: quia p ea corrūpitur natura.

Quod cum omne peccatum poſſit dici pena: non tamen omne ē pena peccati.

¶ Et licꝫ ex hoc ſenſu omne peccatum mortale poſſit dici pena: non tamen omne poteſt dici pena peccati. Pena enim peccati: vt predictum eſt: eſt illud cuius cauſa eſt aliud precedens peccatum. Nam peccatum ſic dicitur pena peccati reſpectu precedentis: ſicut dicitur cauſa peccati reſpectu ſequentis. Quo fit: vt idē peccatum et cauſa ſit et pena peccati: ſed alterius peccati pena: et alterius cauſa: vt enim Gregorius in moralibus ait. Peccatuꝫ qđ penitētia nō diluitur ſuo pondere mox ad aliud trahit.

Unde fit vt non ſolum peccatū ſit: ſed et cauſa peccati. Ex illo quippe culpa ſubſequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur: non ſolum peccatum: ſed et pena peccati eſt: quia iuſto iudicio deus cor peccantis obnubilat: vt precedentis peccati merito etiam in alia cadat. Quē enim liberare noluit deſerendo percuſſit. Proinde vt Auguſt. ait. Precedētis eſt hec pena peccati: et tamen etiam ipſa peccatū eſt. Judicio enim iuſtiſſimi dei traditi ſūt: vt ait apoſtol9 de quibuſdam ſiue deſerendo ſiue alio modo explicabili: ſiue inexplicabili in paſſiōes ignominie: vt crimina criminibus vindicarentur et ſupplicia peccantium non tantum ſint tormenta: ſed et vitiorū incrementa. Jlla ergo peccata q̄ enumerat apoſtolus: quia de ſuperbia ſunt: non ſolum peccata: ſed etiam ſupplicia ſunt. Ecce ex his iam fit perſpicuum quedam peccata etiā penas et cauſas peccati eſſe: et illud peccatum eſſe penam peccati: quod cauſam precedentem habet peccatum: atq̄ illud peccatum eſſe cauſam peccati quod eſt meritum ſequentis culpe.

Ex predictis videtur ſignificari ipſa eadem que peccata ſunt eſſe et penas peccati.

¶ Sed cum ait crimina criminibus vindicari: videtur inſinuare ea ipſa que peccata ſunt eſſentialiter eſſe penas peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc autem iquiunt illi et ſimilia hec dicta eſſe ſecundum rationem predictam: et ideo intelligenda fore ſecundum premiſſam expoſitionem. intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.

Quod non obuiat veritati ſi quis dicat ipſa peccata eſſe penas peccati eſſentialiter

¶ Jn nullo tamen preiudicium factum veritati putatur: ſi quis dicat ipſa eadem que peccata ſūt eſſentialiter: vt ita dicam: eſſe penas: id eſt punitiones peccatorum precedentium que iuſte ſūt et a deo ſunt: nec tamen: inquantum peccata ſunt a deo ſunt: nec inquantū peccata ſunt pene peccati ſunt: et tamen inquantū peccata ſunt: priuationes boni ſunt Sed vt ſupra dictum eſt: cauſaliter et actiue dicuntur priuationes.

Aperte oſtēdit peccata quedam eſſe penam peccati: et penam ipſam iuſtam eſſe a deo.

¶ Quod autem quedam peccata pene ſint: et ipſa pena iuſta ſit: et a deo ſit euidenter tradit Auguſt. in lib. retractationum .j. dicens quedam neceſſitate fieri ab homine que mala ſunt: et eadem iuſta pena peccati ſunt. Sunt inquit quedaꝫ neceſſitate facta improbanda: vbi homo vult recte facere et non poteſt: vnde ⁊ illud apoſtoli. Non quod volo facio bonum: ſed quod odi maluꝫ hoc ago. Et illud. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. Hec enim inuicem ſibi aduerſantur: vt non ea que vultis faciatis: ſed hec omnia ex illa mortis dānatione ſunt. Nam ſi non eſt iſta pena hominis ſed natura: nulla iſta peccata ſunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus eſt homo: cum hec facit ea: vtiqꝫ facit que debet. Si autem homo quia ita eſt non eſt bonus nec habet in poteſtate vt ſit bonus: ſiue non videndo qualis eſſe debeat: ſiue videndo et non valendo eſſe qualeꝫ ſe eſſe debere videt: penam iſtam eſſe quis dubitet. Omnis autem pena ſi peccati pena eſt iuſta eſt: ⁊ ſupplicium nominatur. Si auteꝫ iniuſta eſt pena: quoniam penaꝫ eſſe nemo ambigit: iniuſto aliquo dominā te homini impoſita eſt. Porro: quia de omnipotentia dei et iuſticia dubitare dementis eſt: iuſta eſt hec pena: et ꝓ peccato aliquo impenditur. Non eni quiſqꝫ iniuſte dominans aut ſurripere hominem potuit velut ignorāti deo: aut extorquere inuito tanqꝫ inualidiori: vt hominem iniuſta pena cruciaret. Relinquitur ergo vt hec pena iuſta de damnatione hominis veniat. His atqꝫ alijs pluribus teſtimonijs docetur quedaꝫ eſſe peccata et penas peccati eſſentialiter.

De quibuſdam que ſine dubio peccata ſunt et pene: vt ira inuidia.

¶ Preterea nullatenus ambigendum eſt quedam peccata abſqꝫ vllo ſcrupulo penas eſſe: vt inuidia que eſt dolor alieni boni: et ira que etiam non inquantuꝫ pene ſunt: peccata ſunt. Ita etiam de cupiditate ⁊ timore ⁊ alijs huiuſmodi ſentiendum eſt. Unde

Auguſt. in libro. lxxxiij. queſtionuꝫ ait. Omnis perturbatio paſſio: omnis cupiditas perturbatio Omnis ergo cupiditas paſſio. Omnis vero paſſio cum eſt i nobis: ipſa paſſione patimur. Omnis ergo cupiditas cum eſt i nobis ipſa cupiditate patimur: inquantum cupiditas eſt patimur ea. Omnis autem paſſio inquātum ipſa patimur non eſt peccatum ita et de timore. Non enim conſequens eſt vt ſi patimur timorem: ideo non ſit peccatum: quia multa ſunt peccata que patimur: ſed non inquantum patimur eis.

Quod verbis Auguſtini premiſſis quedam ſententiā hieroni. obuiare videtur.

Illud auteꝫ diligenter eſt annotandū quod ſuprapoſitis verbis Auguſtini dicentis quedaꝫ neceſſitate facta eſſe improbāda ꝛ mala: videtur obuiare qđ Hieronymus ait in explanatione fidei: quod licet ſupra ſit poſitum: tamen vt perfectius ſciatur: iterare non piget. Execramus inquit eorum blaſphemiam qui dicunt impoſſibile aliquid homini a deo eſſe preceptum ꝛ mandata dei non a ſingulis: ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari: ꝛ paulopoſt. Et taꝫ illos errare dicimus qui cum manicheo dicūt hominem peccatum vitare non poſſe: ꝙ illos qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare. Ecce Hieronymus dicit errorem eſſe: ſi quis dicat hominem vitare peccatum non poſſe. Qui autem dicit quedam neceſſitate fieri: quedam dicit non poſſe vitari. Cuꝫ ergo id Augu. dicat: videtur aut erroris eſſe qđ tradit. aut non eſſe verum quod Hieronymus ait.

Determinatio contrarietatem ſubmouens de ſanctorum medio.

Ad quod dici poteſt: qꝛ Auguſtinus dicit ſecundum ſtatuꝫ huius miſerie: ad quam pertinet ignorantia et difficultas: vt ideꝫ ait in libro de libero arbitrio: que ex iuſta damnatione deſcenderunt: illud tradidit vbi et venialia peccata incluſit. Hieronymꝰ vero tantum de mortalibus peccatis loquitur: que vnuſquiſq; gratia illuminatus vitare valet: vel de hoīe ſcđm ſtatum liberi arbitrij ante peccatum illud ait.

Epilogum facit ad alia trã ſiturus.

¶ Satis diligenter eorũ poſuimus ſcientiã qui dicunt omnes actus naturas eſſe: ⁊ inq̃tũ ſunt bonos eſſe: in quo tractatu q̃daʒ interſeruimus: que non ex eoruʒ tantũ pſona accipienda ſunt: qꝛ ab omnibus catholice ſapientibꝰ abſq; heſitatiõe tenẽtur: atq; auctoritatũ teſtimonijs ⁊ rationibus eorũ traditionẽ muniuimus qui dicunt oẽs actus eſſentia ſui idest inq̃tum ſunt: eſſe bonos. Quoſdã vero inq̃tuʒ inordinate fiunt peccata eſſe. Addũt quoq; quoſdã nõ tm̃ eſſentia: ſʒ etiaʒ genere bonos eſſe: vt reficere eſurientem: qui actus eſt de genere operũ mie: quoſdã vero actꝰ abſolute ac perfecte bonos dicunt: quos non ſolũ eſſentia vel genus ſed etiã cauſa ⁊ finis cõmendat: vt ſunt illi qui ex bona volũtate proueniunt: ⁊ bonum finem metiuntur.

Circa triceſimã ſextam diſtinctionẽ q̃ritur: vtrũ omne pctũm ſit alicuius pcti pena. Pro huiꝰ queſtionis intelligẽtia eſt aduertẽdũ q̧ pena accipit biphariã Uno mõ vt dicit damnũ alicuiꝰ ſimpliciter ſine reſpectu ad aliud: ⁊ iſto modo morbus brutoruʒ dicit pena. Alio modo capit pena vt dicit dãnũ ordinatũ ad precedens demeritum ⁊ iſto modo nullũ malum brutorum dicitur pena reſpectu eorũ: ⁊ notanter dr reſpectu eorũ: nã interdũ morbus eorũ eſt pena reſpectu hominũ Ulterius eſt aduertendũ q̧ peccatũ põt biphariã conſiderari. Uno mõ de per ſe. ſ. ſcd̃m qḋ aggredit a voluntate: ⁊ ſic habet rationẽ culpe. Alio mõ põt conſiderari de p accidens: ⁊ adhuc triphariã. Primo mõ ex pte cãe q̃ eſt remotio phibẽtis ſicut ſunt cauſe inclinãtes ad pctũm. ſ. paſſiones cogitatiões ⁊ alia hmõi: quequidẽ impediunt per auxiliũ diuie grẽ que ſubſtrahit per pctũm: vñ quum ſubſtractio ſit: quedã pena pctũʒ de p accidẽs eſt pena pcti. Alio mõ ex parte ſubſtãtie actus que afflictionẽ inducit: ſiue ſit actus interior: vt ptʒ de ira ⁊ inuidia: ſiue actꝰ ſit exterior vt ptʒ de laboribꝰ quos aſſumſit ſibi dinõſi. Tertio mõ ex parte effectus ꝯſequentis ſiue male diſpoſitionis. ¶ Iſtis notatis ponuntur ꝯclu. ſñſiue quarũ prima eſt iſta. Omne peccatum eſt pena primo modo. Iſta cõcluſio patet expreſſa auctoritate diui Auguſt. in primo libro confeſſionũ dicentis. Juſſiſti dñe ⁊ ita ordiaſti: aut ita eſt vt pena ſibi ſit oĩs iordinatus animus. Ratione etiã patʒ qꝛ oẽ pctũm ẽ dãnũ ipſius ppetrãtis Scd̃a ꝯclu. eſt oẽ pctũm eſt pena reſpectu voluntatis ipſum elicientis: iſta ꝯclu. patet ⁊ ſequitur ex p̄cedẽti.

Tertia p̄clu. nō omne peccatū eſt pena alterius peccati: iſta conclu. patet: quia deueniendū eſt ad primum peccatū qd nullius erit pena. Quarta p̄clu. eſt iſta: omne pctūm poſterius pena eſt prioris peccati. Iſta cōclu. patet aucte diui Augu. quē allegat magiſter in p̄nti diſtin. patz etiā aucte apl̄i ad rom. i. dicentis. Propter quod tradidit eos deus in deſideria cordis eorum. patet inſup auctoritate Joan. in. 22. cap. apoc. dicētis. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur Omnis pena eſt iuſta ꝛ laudabilis teſte diuo Augu. in lib. 83. queſtionū ſed nullum peccatum eſt iuſtum aut laudabile. ergo nullū eſt pena. Ad hoc argumentū r̄ndetur ab aliquibꝰ recentioribus: ꝙ maior Augu. intelligitur de penis que non ſunt peccata. A diuo tn̄ Bonauen. r̄ndetur ꝙ licet peccatū non ſit iuſtum ꝛ laudabile: ea ratione qua eſt pctūm: eſt tn̄ laudabile ea ratione qua eſt pena. Cōtra iſtam ſolu. arguitur teſte ph̄o in. 10. lib. ethi. pene ſunt inducte: vt per eas homines reducantur ad virtutes: ſed per peccata non reducuntur ad virtutes: igit̄ peccata nō ſunt pene. Ad hanc replicam r̄ndet̄ negādo minorē: imo frequēter contingit ꝙ ſuperbi committūt aliqua peccata enormia ipſos infamātia ratione quorū humiliantur ꝛ reducūtur ad virtutes. Contra iſtam ſolu. arguit̄ ſequeretur ꝙ peccatū ſequens nō eſſet imputabile: p̄ñs eſt abſurdū: igitur ſequela probatur: non eſt in poteſtate ipſius delinquentis vitare tale peccatū ſequens. ergo non eſt imputabile. Hec replica egregie militat contra diuū Tho. ꝛ diuū Bonauē. ꝛ Grego. de arimi. ponētes auxiliū dei ſpeciale requiri ad vitandū peccata: nam videtur ꝙ Pharao poſtꝙ demeruit ſubſtractionem auxilij dei ſpecialis non peccabat imputabilit̄. Sed non militat contra docto. ſub. ꝛ alios nominales: nam adhuc talis peccator poteſt vitare ex ſolis naturalibus peccatū ſcdm: vt viſum eſt in. 28. diſtin. huius ſcdi. Contra iſtā ſolu. arguitur: ſequeret̄ adminus ꝙ ſi peccatū ſequens eſſet pena precedentis ꝙ nunꝙ peccatū ſequens eſſet grauius precedenti: p̄ñs eſt ꝯtra experientiā: igitur ſequela probatur Alias ſequeretur ꝙ deus puniret vltra condignum. Ad hanc replicam r̄ndetur negando ſequelā: et ad probationē negatur ſequela: nam diis deus non infligit tale peccatū tanꝙ penā adequatā primo peccato. Contra iſtam ſolu. arguit̄: ſequeret̄ ꝙ eſſet proceſſus in infinitū: p̄ñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: primū peccatum eſt cauſa ſcdi: et ſcdm erit cauſa tertij: ꝛ ſic conſequenter. ergo erit proceſſus in infinitum. Ad hanc replicā r̄ndetur negādo ſequelam: ꝛ ad ꝓbationē negat̄ añs: ꝛ ratio eſt: q2 talis ꝓceſſus impedit̄ per p̄niam ſʒ h̄ verū eſt ꝙ ſi talis nō ageret penitentiā ꝛ viueret laberetur in aliud ꝛ aliud pctūm iuxta illd diui Greg. ſuper ezechi. ꝛ in moralibus peccatū qd per penitentiā nō diluitur ſuo pōdere in aliud trahit.

¶ Circa iſtam materiā dubitatur vtrū ſit poſſibile in aliquo viatore eſſe culpā ſine pena. Ad hoc dubi

um rñdet negatiue ratio eſt: qꝛ hõc repugnat iuſticie diuine. Scd̃o dubitatur: vtrũ ſit poſſibile eſſe penaꝫ ſine culpa in viatore. Ad hoc rñdetur affirmatiue: que rñſio patet: naꝫ. 17. Job habetur. Non peccaui: ꝛ ĩ amaritudinib⁹ moꝛatur oculus meus: et Joan. 9. ĩquit ſaluatoꝛ de ceco nato. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parẽtes ei⁹ vt cecus naſceretur. Patet inſuper de xp̃o qui multa mala pene paſſus eſt qui peccatũ non fecit: nec dolus in oꝛe eius inuentus eſt.

Alioꝛum ponit ſententiam qui dicunt malos actus nullo modo eſſe a deo: nec eſſe bonos ſiue in eo ꝙ ſunt ſiue alio modo.

Diſtinctio. XXXVII.

Sunt autēꝫ ꝛ alij plurimi lõge aliter de peccato ꝛ de actu ſentientes: aſſerunt enĩ voluntatem malam ꝛ actum malum pctã eſſe: ꝛ nulla rõne bona: nec ſcd̃m aliquã rationeꝫ ex deo auctoꝛe eſſe: qꝛ ſine deo fiũt. Sine eo nãqꝫ: vt ait euãgeliſta: factũ eſt nihil. i. pctũm. Qd̃ dicitur eſſe nihil: non quia non ſit actio vel voluntas mala: que aliquid eſt: ſed quia a vero eſſe ſeparat hoíes: et ad malũ trahit: ꝛ ſic ad non eſſe deducit. Qui enim a ſummi boni participatione recedunt quod ſoluꝫ vere ac pꝛopꝛie eſt merito nõ eſſe dicũtur. Ideo ꝙ Auguſtin⁹ dicit ſuper Joannem: peccatum nihil eſſe nihilqꝫ fieri cum peccant homines. Hac ergo ratione aſtruunt peccatum nihil eſſe: qꝛ a vero eſſe homineꝫ elongat. Voluntatemqꝫ malam atqꝫ actionem ſiue loqutionem malam peccatum eſſe dicunt: qꝛ pꝛeuaricatio ꝛ inobedientia hec ſunt: ꝛ cõtra legem dei fiunt que tamen ſunt: ſꝫ ab homine vel diabolo non a deo. Nullatenus enim hec a deo eſſe dicunt ſiue in quãtum ſunt ſiue alio modo.

Qualiter determinent verba Auguſtini pꝛemiſſa quibus ait. omne quod eſt: ĩquãtum eſt bonum eſt.

¶ Jlla quoqꝫ Aug. verba quibus dicit omne quod eſt inquantum eſt bonum eſſe: et deum habere auctoꝛem de naturis ſiue de ſubſtantijs tantum accipienda foꝛe tradunt. Subſtantie vero nomine atqꝫ nature: dicũt ſigni

ficari ſubſtantias ipſas ⁊ ea que naturaliter habent.ſ.que concreta ſunt eis: ſicut aïa naturaliter habet intellectū ⁊ ingeniū ⁊ volūtatem ⁊ hmõi qđ ex verbis Auguſtini premiſſis colligitur: vbi bonum hominē appellat bonaȝ naturam: ⁊ malum hominē malam naturam. Secundū hāc ergo aſſertionem vel acceptionem mali actus non ſunt nature vel ſubſtantie: nec etiam boni actus quod vtiqꝫ videtur Auguſt. innuere in lib. retractationū diſtinguens inter ſubſtantias ſiue naturas ⁊ bonas actiones ſiue malas. Aperiens enim quomõ intelligendum ſit quidam in lib. de vera religione ab eo traditū ait. De hoc ſubſtantijs atqȝ naturis dictum eſt. Inde enim diſputabatur: non de bonis actionibus atqꝫ pctis. Apte hic videtur diuidere inter naturas ſiue ſubſtantias ⁊ actiões ſiue pctā. Ideoqꝫ aſſerunt prefati docto. actiões interiores vel exteriores nõ eſſe naturas vel ſubſtantias: que ſi male ſunt peccata ſunt: neqȝ a deo ſunt. Quod vero mali actus nõ ſint nature Auguſtinus videtur notare in prima reſponſione contra pelagianos ita dicens. Opera diaboli que vitia dicūtur act⁹ ſunt non res. Idem in quarta reſponſione. Omne malum natura non eſt ſed actus accidens alicui ex deffectu boni. Quāobreȝ quod natura non eſt: deus non fecit: quia natura eſt omne quod fecit. Item. Omne quod natura bonum eſt: deus ex nihilo fecit non diabolus.

Secundum hos res alique ſunt que a deo non ſunt: quibus homines mali ſunt.

¶ Ex quo colligitur res aliquas eſſe que a deo non ſunt: eiſqȝ homines mali ſunt. Quod nihilominus et ipſi concedunt innitētes verbis Aug. ſuperi⁹ poſitis qui in enchi. determināš illa verba ꝓphete. Ue his qui dicūt bonum malū: dicit de ipſis reb⁹ quibus hoïes mali ſunt: nõ de hominibus hoc eſſe intelligendum. Sunt ergo alique res quib⁹ homines mali ſunt. Id autem quo homo fit deterior a deo non eſt: quia vt ait Auguſtinus in libro de.lxxxiij. queſtionum deo auctore non fit homo deterior. Nõ eſt ergo deus auctor rerum quibus homo deterior fit. At ſunt alique res vt dictum eſt: quibus homines mali fiunt.

Sunt ergo alique res que a deo non ſunt: quia peccata ipſe ſunt. Ideoq́ ſcriptura in pluribus cõteſtatur locis deum non eſſe auctorem malorum: ideſt eorũ que peccata ſunt.

Ex parte eorum premiſſe opponitur ſententie in illo verbo de⁹ auctor malorũ nõ eſt

¶ In hoc autem verborum ſuperiorum ſententie recte opponũt qui dicunt deum non eſſe auctorem eorum que mala ſunt in quantũ mala ſunt: ſed inquantũ ſunt: ⁊ inq̃tum mala ſunt dicũt nihil eſſe. Quid ergo mirum: ſi deus dicitur non eſſe auctor eorum inquantũ nihil ſunt: cũ nihili nullius auctor exiſtere queat Ideoq́ cũ dicitur deus eſſe auctor omnium que ſunt bonorũ iſti ſubintelligi volũt. Bona aũt illa eſſe dicũt que naturaliter ſũt. Ea vero naturaliter eſſe dicunt: non ſolũ que ſubſtãtie ſunt vl' cõcreta ſubſtantijs qualiter ſupra acceperunt: ſed ⁊ oĩa que naturã non priuãt bono. Et ita ſecũdũ eoſdẽ multiplex in ſcripturis fit intelligentia: vbi de natura ſiue de ſubſtantia vel de his que naturaliter ſũt: ſermo occurrit. Sed ſuper illum locum pſal'. Non eſt ſubſtantia ita Auguſt. de ſubſtãtia diſſeruit: vt premiſſe ſentẽtie videatur conſentire dicẽs. Subſtantia intelligitur illud quod ſumus quicquid ſumus: homo pecus terra ſol omnia iſta ſubſtantie dicuntur. Nam quod nulla eſt ſubſtantia nihil omnino eſt. Subſtantia ergo eſt aliquid eſſe Deus fecit hominem ſubſtãtiã ſed per iniquitatẽ lapſus eſt homo a ſubſtãtia in qua factus eſt. Iniq̃tas quippe ipſa nõ eſt ſubſtantia. Non enim iniquitas eſt natura quã formauit deus: ſed iniquitas eſt peruerſio quã fecit homo. Nature omnes per ipſum facte ſunt: iniquitas per ipſum facta non eſt: quia iniquitas nõ eſt ſubſtantia. In illo hymno trium puerorum vniuerſa creatura laudans deum commemoratur. Laudant enim omnia deum: ſed que fecit deus. Laudat ibi ſerpens deum: ſed non auaricia. Omnia reptilia ibi nominata ſunt: ſed non aliqua vitia. Vitia enim ex nobis: et ex noſtra voluntate habemus: ⁊ vitia non ſunt ſubſtantia. Intendant diligenter his verbis premiſſarũ aſſertores ſententiarum: et percipere poterunt rationem et cau-

ſam dictorum: vbi ſcriptura de natura vel ſubſtantia mentionē facit. Illarum vero ſententiarū iudicium prudentis lectoris cui vtriuſq; ſententie noticiā plenarie didicimus arbitrio relinquimus ad ea que adhuc nobis ſuperſunt tractanda feſtinantes.

Quod de peccato non de pena intelligitur cum dicitur: deus non eſt auctor mali.

Cū igitur in hoc omnes cōſentiant catholici tractatores. ſ. ꝙ deus non eſt auctor malorū Cauendum eſt tamen ne malorum nomine penas ſicut peccata generaliter includas. Penarum enim deus auctor eſt: ſicut ipſe per prophetam ait. Non eſt malum in ciuitate quod dominꝰ non fecerit. Item alibi ex perſona ſua ait. Ego ſum deus creās malum et faciens bonum. Ecce hic dicitur creaſſe ⁊ feciſſe malū ſed mali nomīe pena intelligitur non peccatum: ſicut econuerſo cum dicitur deus non eſſe auctor malorum: nomine mali peccata intelliguntur. Ideoq; Auguſt. qui dixerat in libro de.lxxxiij.q. ꝙ deus auctor mali non ſit: primo libro retracta. quomodo id intelligendum ſit aperit dicens. Uidendum eſt ne male intelligatur quod dixi: deus auctor mali non eſt: qui et omnium que ſunt auctor eſt: quia inquantum ſunt intantum bona ſunt: et ne hinc putetur non ab illo eſſe penā malorum que vtiq; malum eſt his qui puniuntur: ſed hec ita dixi ſicut dictum eſt: deus mortem nō fecit: cum alibi ſcriptū ſit: mors ⁊ vita a dño eſt. Malorū ergo pena que a deo eſt: malū eſt quidem malis: ſed in bonis dei operibus eſt: quoniam iuſtū eſt: vt mali puniantur: et vtiq; bonum eſt omne quod iuſtum eſt. Sic ergo dicitur deus nō feciſſe mortem: quia non fecit illud pro quo mors infligitur: id eſt peccatum. Audiſti lector cauſam dictorū ex qua ſana intelligentia ſumatur cum dicitur: deus non eſt auctor mali: et deus mortem nō fecit.



Irca triceſimā ſeptimā diſtin. q̄ritur primo: vtrū dñs deus ſit auctor peccati. Pro huiꝰ q̄ſtionis enodatione ⁊ ad

uertendum ꝙ ante magiſtrū ſniarū fuerunt aliqui doctoꝛes antiqui tenētes ꝙ deus non eſt cauſa imediata volitionum ⁊ nolitionuꝫ: ſed hec opinio reputatur heretica et contra articulos fidei ⁊ auctoꝛitates ſacre pagine: et precipue contra illū articulū. Factoꝛem celi ⁊ terre: viſibiliū omnium et inuiſibiliuꝫ: vt aliquomodo tactum eſt in.45.⁊.46. diſtin.1.ſen. Preterea ſequeretur ꝙ deus nō eſſet omnipotens: nam non poſſet facere illud quod eſt poſſibile: nam volitiones hūane ⁊ nolitiones ſūt res poſſibiles et non poteſt illas facere Preterea ſequeretur ꝙ deus neſciret futura contingentia ſi voluntas creata eſſet totalis cauſa ſuarum volitionum ⁊ nolitionum. Sed rñdendū eſt ad motiua ipoꝝ. primū ē: ſeq̄retur ꝙ voluntas non eſt libera. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela pꝛobatur: omnibus alijs a ſe circūſcriptis voluntas nequit agere. ergo non eſt libera. Ad hoc argumentū rñdetur negando ſequelam: et ad ꝓbationē negatur ꝯñs: ſed ſatis eſt ad hoc ꝙ ſit libera ꝙ omnib⁹ alijs circūſcriptis a deo ipa habeat i ſua poteſtate agere vel non agere. Scđm motiuū eſt tale. voluntas determinatur a deo. ergo non eſt libera. Ad hoc negatur añs ad iſtum ſenſum. ſ. ꝙ deus pri⁹ determinet ꝙ̄ voluntas ſeipſam determinet. Tertium motiuum eſt: ſequeretur ꝙ voluntas non ageret cōtingenter: ꝯñs eſt falſum: igitur ſeq̄la pꝛobatur. deus ab eterno eſt determinatus ad alterum contradictoꝛiorum. ergo voluntas nihil poteſt cauſare contingenter. Ad hoc negatur ſequela: et ad pꝛobationem negatur ꝯñs: et datur inſtantia: naꝫ deus ab eterno pꝛedeſtinauit iſtum viatoꝛeꝫ et tamen iſte viatoꝛ contigenter ſaluabitur: et ratio eſt: quia ꝙ̄uis deus ab eterno ſe determinauit: nō tamē neceſſario ſed cōtingenter. Quartuꝫ motiuū eſt iſtud: deus eſt totalis cauſa. ergo voluntas nihil cauſat: añs pꝛobatur. omni alio circūſcripto de⁹ poteſt cauſare. ergo eſt totalis cauſa Ad hoc negatur añs: et ad pꝛobationem negatur ꝯñs: ſed bene infertur ꝙ eſt ſufficiens.

¶ Iſtis notatis rñdetur ad titulum queſtionis per duas conclu. quaruꝫ pꝛima eſt iſta. Cuiuſlibet actus qui eſt peccatuꝫ: deus eſt cauſa ⁊ auctoꝛ Iſta ꝯclu. pꝛobatur: cuiuſlibet entitatis deus eſt cauſa ⁊ auctoꝛ quilibꝫ actus qui eſt peccatum eſt entitas: ergo cuiuſlibet actus qui eſt peccatū deus eſt cauſa et auctoꝛ. Scđa ꝯclu. eſt iſta: deus non eſt auctoꝛ peccati neq̄ cauſa peccati. Iſta conclu. patꝫ expꝛeſſa auctē diui Augu. in.5. queſtio. lib.83. queſtionum dicentis deo auctoꝛe non fit homo deterioꝛ. Contra pꝛimā ꝯclu. arguitur ſic auctoꝛitate eiuſdē diui Augu. in lib. de perfectione iuſticie dicentis: ꝙ act⁹ peccati non eſt res aliqua. ergo ſi nō eſt res aliqua actus qui eſt peccatum: deus non eſt cauſa. Ad hoc rñdetur ꝙ Auguſt. capit ibi rem pꝛo ſubſtantia: et certum eſt ꝙ volitiones ⁊ nolitiones que vere ſunt peccata nō ſūt ſubſtantie ſed accidentia. Cōtra iſtā ſolutionem arguitur auctē gloſ. eiuſdem diui Augu. ſuper illud Joā.1. Sine ipſo factū eſt nihil dicentis.i.

peccatum: ergo peccatū neqꝫ eſt ſub ſtantia neqꝫ accidens. Ad hoc rñdeẜ ꝙ ideo pctūm dicitur nihil: qꝛ nulli⁹ momenti eſt: et qꝛ nullam habet bonitatem ea ratione qua eſt peccatuꝫ ⁊ qꝛ eſt quedam priuatio rectitudinis. Jam arguitur ratione cōtra eādem ꝯclu. ſequereẜ ꝙ deus faceret contra ſuam prohibitionem: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: de⁹ facit illum actū qui eſt peccatum: et talis actus eſt ꝓhibitus ab ipſomet deo. ergo deus facit contra ſuā prohibitionem. Si dicas ꝙ talis actus ꝗuis ſit prohibitus creature: non tamen ipſi deo. Contra hoc arguitur: ſequeretur ꝙ tale peccatū eſſet bonum: ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela ꝓbatur: elicitur a charitate: ergo eſt bonum: añs probatur: eliciẜ a deo: ⁊ deus eſt charitas teſte diuo Joan. ergo elicitur a charitate. Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ ea ratione qua produciẜ a deo talis actus qui ē peccatum dicitur bonus: nam ea ratiōe qua eſt actus eſt quoddā bonuꝫ. Et ſi arguas vel ad talem actuꝫ qui eſt peccatū concurrit pricipaliter deus vel creatura: rñdetur ꝙ ea ratione qua eſt actus principalius concurrit deus ꝗ̄ creatura: ſed ea ratione qua eſt peccatuꝫ non concurrit deus: ſed ſolum creatura: et ſic talis actus inquantū producitur a deo eſt bonus: ⁊ inquantuꝫ produciẜ a creatura eſt malus. Et ſi vlteri⁹ arguas: viator facit actum quē deus vult fieri. ergo non peccat. Rñdetur ꝙ dñs de⁹ nō vult talem actum taliter fieri. Et ſi vlterius arguas deus conſeruat talem actum qui eſt pctūm, ergo deus magis dꝫ peccare ꝗ̄ creatura. Rñdetur ꝙ non conſeruat ea ratiōe qua eſt peccatū: ſed ea rōne qua eſt act⁹.

¶ Scdo arguitur ſic: intellect⁹ diuinus intelligit maluꝫ culpe. ergo voluntas diuina vult malum culpe: ꝯña tenet: qꝛ eadem res eſt intellectus diuinus ⁊ voluntas diuina. Ad hoc argumētū rñdeẜ negādo ꝯñam ⁊ datur inſtantia in creaturis: naꝫ in dies accidit ꝙ itellectus viatoris intelligit malum culpe: et volūtas ei⁹ non vult tale malum culpe. Contra iſtam ſolu. arguiẜ: dñs deus vult viatorem elicere iſtuꝫ actū q̄ eſt peccatū: ⁊ iſte actus non pōt elici ab iſto viatore ſine pctō. ergo deus vult viatorem peccare. Hec replicica eſt melior que pōt fieri in hac materia: nec recurredū eſt ad influentiam gñalē ſicut quidam modernus cōfugit: nā certum eſt ꝙ ſcd̄m diuū Tho. ⁊ oēs docto. catho. ad actū qui eſt peccatū ſolū deus concurrit cōcurſu generali: ſed dicendū eſt ꝙ dñs deus: non vult viatorem taliter elicere actum: ſed bene vult talē actū eſſe ea ratiōe qua eſt actus. Et ſi replices auctate diui Augu. in quadam omelia de cōl pontifi. dicētis. Nō te pſequiẜ qđ fecit deus: ſꝫ malicia quā fecit hōīa q̄cūqꝫ fecit de⁹ laudāt deū: nunqđ ibi audiſtiſ laudat deū ebrioſitas: nūqđ ibi audiſtiſ qꝛ laudat deū luxuria aut auaricia: quare iſta nō laudāt deū qꝛ non ſunt creata a deo. Ad hoc facile rñdetur: ꝙ diu⁹ Auguſt. intelligit ꝙ talia nō ſunt producta a deo ea rōne qua ſunt ebrioſitas luxuria ⁊ auaricia: ſed bñ ſunt ꝓducta a deo ea rōne qua ſunt quedam entitates.

De voluntate ⁊ fine ex quo et ipſa iudicatur.

Diſtinctio. XXXVIII.

Poſt predicta de volũtate eiuſq; fine differẽdũ eſt. Sciendum ergo eſt q; ex fine ſuo: vt ait Aug⁹. voluntas cognoſcitur vtrum recta an praua ſit. Finis autem bone voluntatis beatitudo eſt vita eterna: ipſe deus. Male vero finis eſt aliud ſcz maledictio: vel aliquid aliud in quo non debet volũtas quieſcere. Finem bonũ inſinuat propheta dicẽs. Omnis cõſummationis vidi finem ⁊c. Charitas ergo cuius latũ mandatũ eſt finis omnis cõſummatiõis eſt.i. omnis bone volũtatis ⁊ actiõis ad quã oẽ preceptũ referẽdũ eſt. vñ Aug⁹.in enchi. Oĩa p̄cepta diuina referuntur ad charitatez. de qua dicit apoſtol⁹. Finis precepti eſt charitas de corde puro et conſcientia bona et fide non ficta. Omnis itaq; precepti finis charitas eſt: ideſt ad charitatez refertur omne preceptũ. Quod vero ita fit vl' timore pene vel aliqua intentione carnali: vt non referatur ad charitatez que eſt dilectio dei et proximi nondum fit quemadmodum oportet fieri: q̄s uis fieri videatur. Tunc enim recte fiunt que mãdat deus ⁊ que conſilio monet: cum referuntur ad dilectionem dei et proximi. His verbis aperte iſinuatur q̄s ſit rectus finis voluntatis ſiue actionis bone.ſ. charitas que et deus eſt: vt ſupra oſtendimus.

Quod deus eſt finis omnis bone actionis: quia charitas eſt: nec tantum ſpiritus ſanctus: ſed etiam chriſtus et pater: nec hic ſunt tres fines: ſed vnus.

¶ Qui ergo charitatem ſibi ponit finem: deum ſibi ponit finem Unde et chriſtum finem legis ad iuſticiam dicit apoſtolus eſſe omni credenti. Et recte dicitur chriſtus finis legis ad iuſticiam quia: vt ait Auguſtinus in libro ſententiarum proſperi. In Chriſto lex iuſticie non conſumitur: ſed impletur. Omnis enĩ

perfectio ex ipſo ⁊ in ipſo eſt: ⁊ vltra quē non eſt quo ſpes ſe extendat. Finis fidelium xp̄s eſt: ad quem cum peruenerit currentis intentio: non habet quo ampli⁹ poſſit venire: ſed habet id in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atq; ſupremus de⁹ pater eſt ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: nec hi tres ſunt tres fines ſed vnus finis: quia non tres dij: ſed vnus deus.

Quod omnes bone voluntates vnum habent finem: et tamen quedam bone diuerſos fines ſortiuntur.

¶ Sed queritur vtrum omnes bone voluntates vnum tantum habeant finem. De hoc Augu. in. xj. lib. de trinitate ita ait. Alie atq; alie volūtates ſuos ꝓprios fines habent: qui tamen referuntur ad finē illius voluntatis qua volumus beate viuere: et ad eaꝫ peruenire vitam que non referatur ad aliud: ſed amanti per ſeipſam ſufficiat: quemadmodū voluntas videndi finem habet viſionem: ⁊ voluntas vidēdi feneſtrā finem habet feneſtre viſionem. Altera vero eſt voluntas per feneſtram videndi tranſeuntes cuius item finis eſt viſio tranſeuntium. Ad quod etiam predicte referuntur voluntates. Item recte ſunt voluntates ⁊ omnes ſibimet religate: ſi bona eſt illa ad quam cuncta referuntur. Si autem praua eſt praue ſunt omnes et ideo rectarum voluntatum cōnexio: iter quoddam eſt aſcendētium ad beatitudinem: quod certis velut paſſibus agitur. Prauarum autem ⁊ diſtortarum voluntatum implicatio vinculum eſt quo alligabitur qui hic agit: vt proijciatur i tenebras exteriores. His auctoritatum teſtimonijs euidenter mōſtratur plures infidelibus rectas eſſe voluntates proprios ac diuerſos fines habentes: et tamen vnum eundemq;: quia omnes referuntur ad vnum qui eſt finis finium: de quo paulo ante diximus. Ita ecōuerſo forte eſt in malis.

Quedam huic ſententie videntur aduerſari.

¶ Verūtamen huic ſententie: qua dictum eſt fidelium quaſdā rectas volūtates diuerſos fines ſortiri et tamen ad vnum referri: videtur obuiare quod alibi Auguſt. admonet ne. ſ. nobis duos

fines constituamus: ita inquiẽs in lib. de ser. dñi in monte. Non debemus ideo euangelizare vt manducemus: sed ideo mãducare vt euangelizemus: vt cib⁹ non sit bonum quod appetitur: sꝫ necessarium quod adijcitur vt illud impleatur. Querite primum regnum dei: et hec omnia adijcientur vobis. Non dixit primũ querite regnum dei: et deinde querite ista q̄uis sint necessaria. Sed ait: hec omnia adijcientur vobis idest hec consequenter si illa queratis: nec cum ista queritis: illinc auertamini: aut ne duos fines cõstituatis vt et regnuꝫ propter se appetatis: et ista necessaria propter illud. Ergo propter regnuꝫ dei tantũ debemus operari omnia: non solam vel cuꝫ regno dei mercedem corporalem meditari Ecce hic aperte dicit ne duos fines nobis constituamus: sꝫ vnũ tantum: idest regnum dei: cũ supra dixerit bonas voluntates alias et alias proprios habere fines.

Hic ostenditur quomodo licet videantur non repugnẽt predicta.

¶ Hec autem sibi non repugnare animaduertit qui verbis premissis simplici oculo diligẽter intendit. Qui eniꝫ dixerit ne duos fines nobis constituamus: sed omnia propter regnum dei faciamus: ipse permisit ꝙ debemus manducare vt euangelizemus. Cũ auteꝫ hoc ita facimus: actionis illius finem euangelium constituimus: sed ꝛ hunc fineꝫ ad regnum dei referimus. Manducamus enim propter euangelium et manducamus ꝛ euãgelizam⁹ propter regnum dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus. Sed ista faciẽtes nunquid peccamus absit. Nam et ipse sic facere suadet si diligenter eius verba inspiciamus. Cũ ergo ait: ne duos fines nobis cõstituamus: fines in diuersa tendentes intelligi voluit: scꝫ quorum alter ad alterum non referatur. Ita ꝛ cum dicit propter regnum dei tantum omnia agẽda nec cum ipso mercedem temporalem meditandã: ita intelligendum est vt non meditemur appetendo cum regno mercedeꝫ tẽporalem: ita ꝙ non propter regnuꝫ sed propter se: vt scꝫ regnũ propter se appetamus: ꝛ ista propter illud sicut ipse docet. Si eni petimus vitã eternã: petimusq̄ etiam temporalia a deo: si ea peti

mus propter vitam eternam: nō offendimus: neqꝫ ſiniſtra tūc ſcit quid faciat dextra: quia mercedē temporalem non propter ſe meditamur: ſed propter regnuꝫ dei vt ſit leua ſub capite ꝛ dextera in amplexu. Alioqui ſi hec temporalia propter ſe querimus ſicut eterna miſcetur dextre ſiniſtra. Ideoqꝫ cum dominus dixerit. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alibi ait. Sic luceant opera veſtra bona coraꝫ hominibus: vt glorificent patrē veſtrum qui in celis eſt. Propter deum ergo omnia facienda ſunt: vt omnia que facimus omniumqꝫ fines ad eum referam⁹.

De differentia voluntis et intentionis ꝛ finis.

¶ Solet etiam queri quid diſtet inter voluntatem ꝛ intenſionem ac finem. Ad quod dici poteſt inter voluntatem et finē certo atqꝫ euidenti modo diſtinguitur: quia voluntas eſt qua volumus aliquid. Finis vero voluntatis eſt vel illud quod volumus per quod impletur ipſa volūtas vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio vero interdum pro voluntate interdū pro fine voluntatis accipitur: q̄ diligens ac pius lector in ſcriptura vbi hec occurrunt diſcernere ſtudeat. Finis vero voluntatis eſt delectatio bona vel mala: ad quam nititur quiſqꝫ peruenire. Unde Auguſtinus ſuper illum locum pſal. Scrutans corda et renes: ſic ait. Deus ſolus ſcrutatur corda: id eſt quid quiſqꝫ cogitet: et renes: id eſt id queqꝫ delectet. quia finis cure ꝛ cogitationis eſt delectatio: ad quam cura et cogitatione nititur quiſqꝫ peruenire: et paulopoſt. Opera noſtra que ſunt in dictis ꝛ factis poſſunt homines videre: ſꝫ quo animo fiant: et quo venire cupiant ſolus deus videt: qui cuꝫ videt cor eſſe in celo et non delectari nos in carne ſed in domino. i. cuꝫ bone ſunt cogitationes ꝛ earum fines dirigit iuſtum. Idem ſuper alterius pſal. locum illum ſcꝫ. In laqueo iſto quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum dicit. Pes anime amor eſt: qui ſi prauus eſt: dicitur cupiditas vel libido ſi rectus dicitur charitas. Eo mouetur anima quaſi ad locum quo tendit: id eſt ad delectationem bonā vel malaꝫ: quo per ſe perueniſſe per

amorem letatur. Finis ergo voluntatis vt premiſſu3 eſt dicitur et illud quod volumus: et illud propter quod volumus: ⁊ intentio ad illḋ reſpicit propter quod volumus: et voluntas ad illud quod volumus: vt verbi gratia Si velim eſurientem reficere vt habeam vitam eternam: voluntas eſt qua volo reficere eſurientem: cuius finis eſt refectio eſurientis. Intentio vero eſt qua ſic ad vitam peruenire volo. Finis vero ſupremus eſt ipſa vita: ad quam ⁊ alius finis refertur.

An illa intentio ſit volũtas.

Sed queritur vtrum intẽtio talis ſit voluntas: ⁊ ſi voluntas eſt an in hoc opere ſit vna eadem ꝙ volũtas qua volo reficere eſurientem: et qua volo habere vitã eternam. Videtur nempe talis intentio voluntas eſſe: vt enim voluntas eſt qua volo reficere pauperem: ita et voluntas eſt qua per illud volo habere vitam Et alia quidem videtur voluntas eſſe qua volo habere vitam: et alia qua pauperi ſubuenire volo. Sed iſta ad illam refertur. Nam et ſi hoc ita placeat vt in eo cum aliqua delectatione voluntas acquieſcat: nondum eſt tamen illud quo tenditur: ſ3 hoc ad illud refertur vt illud deputetur tanꝙ patria ciuis: iſtud vero tanꝙ refectio vel manſio viatoris. Et ſunt iſte voluntates affectus ſiue motus mentis quibus quaſi greſſibus vel paſſibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera eſt voluntas videndi feneſtras: vt ſupra docente. Augu. didicimus: altera que ex iſta nectitur voluntas: ſc3 per feneſtras videndi tranſeuntes. Ita nonnullis alia videtur eſſe volũtas elemoſynas dandi pauperi: alia voluntas habendi vitam. Alij autem putant ꝙ vna ſit voluntas et hic et ibi: ſed propter ſubiectorum multiplicitatem: diuerſitas memoratur voluntatum. Ceterum quolibet horum verum ſit: illud nulli in ambiguum venit: quin voluntas ex ſuo fine penſetur: vtrum recta ſit an praua: peccatum an gratia: et quin nomine intentionis aliquando finis aliquando voluntas intelligatur.

Circa triceſimā octauam diſtin. queritur. Utrum volūtatis ſit vnus finis vł vnica intētio. Pro hui⁹.q. declaratione eſt aduertendum: ꝙ differentia eſt inter iſtos tres terminos.ſ.inter voluntatem finem ⁊ intentionem:nam voluntas interdum capitur ꝓ pſona ⁊ interdum pro actu ipius.ſ.volitione aut nolitione:finis vero dicit illō quod volumus per quod impletur ipſa voluntas: vel aliud propter qō illud nolumus. Intentio aūt ſcōm magiſtrū in pñti diſtin. interdum ꝓ voluntate:interdū pro fine voluntatis accipitur:ſed ſcōꝫ Bonauē. duo importat intentio.ſ.actuꝫ intellect⁹ ⁊ actum voluntatis: veluti conſenſ⁹ duo importat: nam iſte terminus intenſio importat quandaꝫ collationē ⁊ quandā pendentiā cum quietatiōe et vnum iſtorum eſt rationis ⁊ aliud voluntatis. Ulterius eſt aduertēdū ꝙ duplex eſt finis.ſ.principalis: et vltimus:et alius eſt finis min⁹ principalis ⁊ ſubordinatus.

¶ Iſtis notatis rñdetur ad titulum.q.per quatuor ꝯclu. quaꝝ pria eſt iſta. Male voluntatis poteſt eſſe vnicus finis principalis:patꝫ de voluntate illi⁹ qui ſemper auaricie ſtudet.Scōa cōclu.eſt iſta. voluntatis male poſſunt eſſe plures fines principales: patet de voluntate illius q ſimul ſuperbie ⁊ luxurie vacat. Tertia ꝯclu.eſt iſta,voluntatis bone poſſunt eſſe plures fines min⁹ principales.Iſta ꝯclu.patet de bono clerico vel canonico q̄ dicit horas vt lucret diſtributiones.Quarta ꝯclu.eſt iſta voluntatis bone nequit eſſe niſi vn⁹ finis principalis ⁊ vltimus. iſta conclu. patet:qꝛ ſolum eſt vnicus finis vltimus et principalis.ſ.xp̄s iuxta illud apl̄i ad rom.10.Finis legis xp̄s ⁊ iuxta illud apoca.1.Ego ſū alpha et o.i.principiuꝫ ⁊ finis omniū creaturarum.

¶ Contra ſcōam conclu.arguitur ſic aucte Augu.ſuper illud pſal. ſcrutans corda dicentis. Finis cure ⁊ cogitatiōis humane eſt delectatio ad quā quiſq₃ nititur peruenire.Ad hoc rñdetur ꝙ delectatio multas habet ſpecies ⁊ malorū hominū varie ſunt delectationes:idcirco non ē vnicus finis voluntatū malorum hominum. Et ſi arguas vnus eſt exitus malarum voluntatū iuxta illud ad rom.6.quorum finis mors eſt. ergo vnus eſt finis malarū voluntatum: negat ꝯña:ratio eſt data:qꝛ vna ponit vnam delectioneꝫ pro fine ⁊ alia aliam.Et ſi arguas vlterius omnes male voluntates habēt vnum principium.ſ.libidinem: iuxta illud Auguſt.in lib.de vera religione dicētis Planū eſt in toto male faciēdi gñe nihil aliud ꝙ̄ libidinē dñari.Ad hoc rñdetur ꝙ talis libido etiam eſt multiplex:nimirum ergo ſi non ſit vnus finis principalis et vltimus.

¶ Scōo arguit contra vltimā ꝯclu. charitas eſt finis: iuxta illud apl̄i.1. ad Thimo.1.cap. Finis precepti eſt charitas.ergo voluntatis bone pñt eſſe plures fines pricipales.Ad hoc

rñdetur diſtinguendo añs: vel loquē do de charitate icreata ⁊ de fine pri cipali: et vltimo: et ſic conceditur il lud et negatur ꝯſequentia: ratio eſt: quia charitas increata eſt chriſtus: ſi vero procedatur de charitate crea ta ⁊ de fine principali: negatur illud nec probatur in iſto ſenſu. Contra iſtam ſolutionem arguitur. beatitu do eſt finis principalis et vltimus. ergo volūtatis bone poſſūt eſſe plu res fines principales: añs patꝫ teſte pħo in pᵒio cap. 1. li. ethi. ⁊ in oībus cap. 10. li. ſimiliter patet auctoritate Boetij in lib. de conſolatione. Inſu per luce. 15. habetur. Quanti merce narij in domo patris mei ſunt. ergo bone voluntatis aſſignabiles ſunt multi fines principales et vltimi. Ad iſta rñdetur ꝙ ſi beatitudo capia tur obiectiue: tunc eſt finis principa lis et vltimus: ſi vero capiatur for maliter: tunc non eſt finis vltimus ⁊ principalis: ſed minus principalis et ſubordinatus.

Cum volūtas ſit de his que hō naturaliter habet: qua re peccatum fore dicatur cū nullum aliud naturale pec catum ſit.

Diſtinctio. XXXIX.

Hic autē ori tur queſtio ſatis neceſſa ria ex ſupe rioribus cau ſam trahens Dictum eſt eni ſupra voluntatem ineſſe na turaliter homini ſicut intellectus et memoria. Que autem homi ni naturalia ſunt ꝗ̄tumcūqꝫ vi tientur: bona tamen eſſe non de ſinunt: quia non valet vitiuꝫ bo nitatem in qua deꝰ eam fecit pe nitus conſumere vt verbi gratia Intellectus vel ratio et ingeniū ac memoria: et ſi vitijs ac pecca tis obnubilentur ⁊ corrūpantur bona tamen ſunt: nec peccata no minantur: ſicut Augu. de ratio ne que eſt ymago dei in qua fa cti ſumꝰ euidēter oſtendit in. xv. li. de trinitate. Hec eſt inq̄t yma go in qua homines ſunt creati: qua ceteris animalibus preſunt que creatura in rebus creatis ex cellentiſſima eſt: cum a deo iuſti ficatur: a deformi forma i formo ſam mutatur formam. Erat eni inter vitia natura bona: hec autē ymago ratio eſt vel intellectus. Cum ergo voluntas de natura libus ſit: quare ipſa non ſemper bonum eſt: et ſi aliquando vitijs

ſubiaceat. Ad hoc facile reſpondent qui dicunt omnia que ſunt inquantum ſunt bona eſſe: quia et ipſam voluntatem inquantū bona eſt vel inquantum voluntas eſt: vt ſupra poſuimus bonū eſſe aſſerunt: ſed inquātum inordinata eſt: mala eſt et peccatum. Ubi poteſt ab eis rationabiliter queri. Si voluntas inquantum inordinata eſt: peccatū eſt: quare ergo intellectus ratio et ingenium et huiuſmodi cum inordinata ſunt peccata non ſunt. In ordinata vero ſunt ſicut voluntas cum ad rectum finem non tēdunt: eorumqꝫ actus preuaricationes exiſtunt. Ad quod illi dicunt voluntatis nomine aliquādo vim ſcꝫ naturalem potentiam volendi aliquando actum ipſius vis ſignificari. Uis autem ipſa naturaliter anime inſita nunquā peccatum eſt: ſicut nec vis memorandi vel intelligendi. Sed actus huius vis qui et voluntas dicitur: tunc peccatum eſt: quando inordinatus eſt.

Quare actus voluntatis ſit peccatum: ſi actus aliarum potentiarum non ſint peccata.

¶ Sed adhuc queritur: quare huius naturalis potentie actus peccatum ſit: ſi aliarum potentiarum actus peccata non ſunt: ſcꝫ potentie memorandi cuius actꝰ eſt memorare: et potentie intelligendi cuius actus eſt intelligere. Ad quod et ipſi dicunt: quia alterius generis eſt actus ille voluntatis: ꝙ actus memorie vel intellectus. Hic enim actus eſt ad aliquid adipiſcendum vel nō admittendum qui non poteſt eſſe de malis quin ſit malus. Uelle enim mala malum eſt. Sed intelligere vel memorari mala malum non eſt. Quāuis etiam hos actus malos eſſe interdum non improbe aſſerāt. Memorat enim interdum quis malum vt faciat et querit intelligere verum vt ſciat impugnare. Ecce qualiter ſoluitur premiſſa queſtio ab his qui tradunt omnia eſſe bona inquātum ſunt. Qui vero dicunt volūtates malas peccata eſſe: ⁊ nullo modo bona breuius reſpondent dicentes actum volūtatis non eſſe de naturalibus: ſed vim ipſam ⁊ potentiam volendi que ſemper bonum eſt: ⁊ in omnibus eſt: etiam in paruulis in quibus nondum eſt eius actus.

Quomodo intelligendū ſit

illud et homo etiam qui ſeruus eſt peccati naturaliter vult bonum.

¶ Preterea queri ſolet quomodo intelligendum ſit qd̄ ait Ambroſius exponens illud verbum apoſtoli. Non quod volo illud ago: ſed quod nolo illud facio. Dicit enim ꝙ homo ſubiectus peccato facit quod nõ vult: quia naturaliter vult bonum. Sꝫ voluntas hec ſemper caret effectu: niſi gratia dei adiuuet ⁊ liberet. Si homo ſubiectus peccato eſt vult quidem malum ⁊ operatur quia ſeruus eſt peccati ⁊ eius voluntatem: ſicut ſupra dixit Auguſtinus: libenter facit: quomodo ergo naturaliter vult bonum An eſt eadem voluntas: ideſt: idem motus quo libenter peccato ſeruit: et quo naturaliter vult bonum. Sed non eſt eadem voluntas: que ergo iſtarꝫ eſt: qua cum homo iuſtificatur a ſeruitute peccati peccati liberatur. Ut enim diſſeruimus ſuperius gratia dei voluntatem hominis liberat ⁊ adiuuat: que voluntatꝫ hominis preparat adiuuandam et adiuuat preparatam. Sꝫ que eſt illa voluntas: an illa que naturaliter vult bonum: an illa que libenter ſeruit peccato: ſi tamen due ſunt voluntates. Propoſita eſt queſtio profunda que varia diuerſis expoſitione determinatur. Alij enim dicunt duos eſſe motus: vnum quo vult bonũ naturaliter. Quare naturaliter et quare naturaliꝫ dicitur. Quia talis fuit motus nature humane in prima conditione in qua creati ſine vitio ſumus: que proprie natura dicitur. Fuit enĩ homo creatus in voluntate rect⁹. Unde in eccleſiaſticis dogmatibus ſcriptum eſt. Firmiſſime tene primos homines bonos ⁊ rectos eſſe creatos cum libero arbitrio quo poſſent ſi vellent propria voluntate peccare: eoſqꝫ non neceſſitate: ſed propria voluntate peccaſſe. Recte ergo dicitur homo naturaliter velle bonum: quia in recta et bona voluntate conditus eſt. Superior enim ſcintilla rationis que etiaꝫ: vt ait Hieronymus: in Chaim non potuit extingui: bonum ſemper vult: ⁊ malum ſemper odit. Alium autem dicunt motum eſſe mentis quo mens relicta ſuperiorum lege ſubijcit ſe peccatis: eiſqꝫ oblectatur. Iſte motus: vt aiunt: antequam aſſit alicui gratia: dominatur ⁊ regnat

in homine alterũqꝫ deprimit mo
tum: vterqꝫ tamen ex libero arbi
trio eſt. Ueniente autem gratia
ille malus motus eliditur: et al-
ter naturaliter bonus liberatur ⁊
adiuuatur vt efficaciter bonum
velit. Ante gratiam vero licꝫ na
turaliter homo velit bonum: nõ
tamen abſolute concedi opoꝛtet
bonam habere voluntatem: ſed
potius malam. Alij autꝫ dicũt
vnam eſſe voluntatem.i. vnum
motum quo naturaliter vult ho
mo bonum: et ex vitio vult ho-
mo malum: eo ꝙ delectatur: ⁊ in
quãtum vult bonũ naturaliter
bonus eſt: inq̃tum malum vult
malus eſt.



Irca triceſi-
mã nonaꝫ di-
ſtinctionẽ q̃ri
tur pꝛio: vtrũ
omnis ↄſciẽ-
tia obliget vi
atoꝛem ad cõ
foꝛmandũ ſe
illi. Pꝛobui⁹
queſtiõis declaratione eſt aduerten
dum ꝙ altercatio eſt inter doctoꝛes
de conſcientia in quo ſubiecto ſit col
locanda: nam Henric⁹ gadẽſis con
ſocius ſoꝛbonicus in.18.q.5.quolib.
tenet ꝙ conſcientia eſt collocanda in
voluntate: ⁊ durandus dicit conſciẽ-
tiam eſſe aggregatum eoꝛuꝫ q̃ ſunt
in intellectu ⁊ voluntate: ſed iſte am
be opiniones videntur repugnare ſa
cre pagine: habetur eccle.7.ca. Scit
conſciẽtia tua te male dixiſſe crebꝛo
alijs: ex quibus verbis dilucide īfer
tur ꝙ conſcientia eſt collocanda ĩ in
tellectu: idcirco egregie dicit diuus
Tho. ꝙ conſcientia eſt actus intelle
ctus: ⁊ hoc videtur impoꝛtare nomẽ
nam conſcientia idꝫ eſt ꝙ ſimul ſciẽ
tia. Patet inſuper ex his que ↄſciẽ-
tie aſcribuntur: dꝛ eniꝫ cõſciẽtia liga
re accuſare remoꝛdere ⁊ teſtificari.
iuxta illud apl'i. Teſtis eſt conſciẽtia
mea: ſed quia habitus eſt pꝛincipiuꝫ
actus: quandoqꝫ conſcientia attribui
tur habitui: et huic ſententie aplau-
dit diuus Bonauẽ. dicens ꝙ cõſciẽ-
tia tripharíam accipitur in ſacra pa-
gina. Pꝛimo pꝛo ipſo actu ſciendi: ⁊
iſto modo capit Damaſcen⁹ dicens
ꝙ conſcientia eſt lex intellectus nr̃i.
Aliquando accipitur pꝛo habitu ſciẽ
tifico vel pꝛudentiali. Tertio modo
pꝛo ipſa potentia conſciẽtie. In hac
vero queſtione capitur pꝛo dictami-
ne vel aſſenſu actuali dictante aliq̃d
eſſe agendum vel non agendum: et
duplex eſt conſcientia: quedaꝫ eſt re
cta et alia erronea: que etiam eſt du
plex.ſ. vincibilis ⁊ inuincibilis: vt vi
ſum eſt ſuperius.

¶ His viſis reſpondetur ad ti-
tulus queſtionis per ſex conclu. qua
rum pꝛima eſt iſta. Omnis conſcien
tia recta dictans aliquid eſſe agen-
dum vel non agendum ſub pena pec
cati moꝛtalis aut venialis: obligat
viatoꝛem cui ineſt: dicitur notanter
in conclu. dictans ſub pena peccati
moꝛtalis vel venialis: quia ſi non ta
liter dictaret non obligaret. Iſta cõ

cluſio patet: quia omnis lex recta obligat: et talis cōſcientia eſt lex recta Secunda conclu. eſt iſta. omnis conſcientia inuincibilis dictans aliquod eſſe agendum vel non agendum ſub pena peccati mortalis vel venialis obligat viatorem cui ineſt. Iſta concluſio patet: quia non tenetur eã deponere. ergo quãdiu remanet obligat ipſum: ita q ſi non agat conformiter ad ipſam peccat mortaliter aut venialiter. Tertia conclu. eſt iſta. nulla cōſcientia erronea vincibilis obligat viatorem cui ineſt. Iſta conclu. probatur: quia talis viator non tenetur facere conformiter ad eam. Quarta concluſio eſt iſta. quelibet conſcientia erronea vincibilis dictans aliqd eſſe agendum vel non agendum ſub pena peccati mortalis aut venialis ligat viatorem cui ineſt. Iſta concluſio patet: quia licet talis viator non teneatur ſe conformare tali conſcientie: non tamen poteſt agere contra eam ipſa ſtante: idcirco ligatur et non obligatur. Quinta conclu. eſt iſta. quilibet viator contrauenies cōſcientie: ſiue recte ſiue erronee dictãti aliquid ſub pena peccati peccat. Iſta concluſio patet auctoritate glo ſe ſuper illud ad Rom. 14. Omne qđ non eſt ex fide pctm̄ eſt: dicētis omne quod eſt contra conſcientiam eſt peccatum. Sexta conclu. eſt iſta. Omnis viator omittēs agere quod precepit ſua cōſcientia ſub pena peccati pro tempore vel inſtanti: ſiue ſit recta ſiue erronea peccat. Iſta concluſio pat; ex precedenti: nam talis contrauenit ↄſciētie ſue omiſſiue.

¶ Ex iſtis conclu. ſequitur primo: q ſi aliquis viator dictet q non eſt danda elemoſina huic paupi ſub pena peccati mortalis: et det elemoſinam huic pauperi peccat mortalr. Sequitur ſecundo q in caſu viator omittens mentiri iocoſe peccat mortaliter. patet ſi talis viator habeat conſcientiam dictantē q mentiēdũ eſt ſub pena peccati mortalis. Sequitur tertio q omittens leuare feſtucã crucem aut micam panis contra cōſcientiam peccat. Sequitur quarto q habens ſcrupulos cōſcientie multos eſt in periculoſo ſtatu niſi vtatur remedio domini Joan. de gerſono: ſc3 niſi deponat tales ſcrupulos: et ipſis depoſitis agat frequenter contra eos: et propterea qui tales habēt ſcrupulos et non vtũtur hoc remedio incipiunt dicere horas et nunq̃ eas finiunt: confitentur et nunq̃ videtur eis q bene confeſſi ſunt: et ſic cũ conſciētia peccati mortalis accedunt ad ſanctiſſimum ſacramentum: et ipm accipiunt in iudiciũ eterne damnationis.

¶ Contra iſtas concluſiōes arguitur ſic. poſito caſu q aliquis viator habeat iſtam conſcientiam erroneam: ſc3 furandu3 eſt hodie ſub pena peccati mortalis: et habeat iſtam volitionem: ſc3 volo furari: tunc talis agit contra conſcientiam et non peccat: igitur concluſio nulla: minor probatur: talis non facit contra legē ergo non peccat. Ad hoc argumentum reſpondet quidam modernus diſtinguendo de lege vel vera vel erronea: ſed non opus eſt tali diſtinctione. imo falſum eſt q non agat cōtra legem veram: nam agit contra illud

omne quod non eſt ex fide peccatū
eſt: vt allegatum eſt: idcirco aliter re
ſpondetur negando minorem: ⁊ ad
probationem negatur antecedens:
imo agit contra legem diuinam: nã
lex diuina eſt ꝙ nemo debet agere
contra ſuam conſcientiam. Contra
iſtam ſolutionem arguitur. quando-
cū
ꝗ ſunt due leges. vna ſuperioris
et altera inferioris: obediens legi ſu
perioris non peccat: ſed ſic eſt de ta
li viatore. ergo talis viator non pec
cat. Hec replica confirmat noſtram
ſolutionem: nam falſum ē ꝙ vna lex
ſit ſuperioris ⁊ altera inferioris: nã
non agere contra conſcientiam lex
eſt diuina: vt dictum eſt.

¶ Contra quam ſolu. arguitur
ſequeretur ꝙ talis viator eſſet per-
plexus: ꝯñs eſt falſum: igitur ſeque
la patet: talis viator nolendo furari
peccat: vt dictum eſt: ⁊ ſi vellet fura-
ri etiam peccaret. ergo eſt perplex⁹.
Ad hanc replicam reſpondetur ne-
gando ſequelam: ⁊ ad probationem
negatur ꝯſequentia: ⁊ ratio eſt: quia
patet ei via ſalutis: ſcilꝫ deponendo
conſcientiam ⁊ eliciendo nolle fura-
ri. Contra iſtam ſolutionem argui-
tur: ſequeretur ꝙ dilectio dei poſſet
eſſe mala: ꝯſequens eſt falſum: igi-
tur ſequela patet: ſi eliciatur contra
dictamen aut contra conſcientiam.
Ad hanc replicam reſpondetur di-
ſtinguendo ſequelam: vel de illa di-
lectione que non eſt ſuper omnia: et
ſic conceditur illa ⁊ negatur minor:
vel intelligendo de dilectione dei ſu
per omnia: et ſic negatur illa: et ad
probationem dico ꝙ non eſt poſſibi-
le ꝙ dilectio dei ſuper omnia eliciat
contra conſcientiã.

¶ Secundo arguitur ſic. ſeque
retur ꝙ ad peccatum aliquis obliga
ret. ꝯſequens eſt falſum: igitur ſeq̃-
la probatur: poſito caſu ꝙ aliquis te
neatur dare elemoſinã huic paupe
ri exiſtenti in extrema neceſſitate: et
habeat conſcientiam erroneam: ſcꝫ
ꝙ non eſt dãda elemoſina huic pau-
peri exiſtenti in extrema neceſſitate
ſub pena peccati mortalis: quia eſt
inimicus meus. Tunc arguitur ſic
ad iſtam dationem elemoſine tene-
tur iſte viator ſuppoſito ꝙ det de fa
cto elemoſinam pauperi: et hec da-
tio elemoſine eſt peccatum. ergo ad
peccatum iſte viator tenetur.
Ad hoc argumentum reſpondet qui
dam modernus concedendo ſeque-
lam: ſed tempore meo fuit condem-
nata Parrhiſijs: idcirco conformi-
ter ad matrem que me aluit: vni-
uerſitatem parrhiſiẽſiũ reſpondeo
negando ſequelam: et ad probatio-
nem negatur maior: imo cuꝫ alia da
tione depoſita conſcientia erronea
ſatiſfaciet precepto.

¶ Contra iſtam ſolutionem ar
guitur: ſi conſcientia viatoris dictet
mendacium eſſe licitum: non pro-
pterea mendacium eſt licitum. er-
go ſi talis viator credat talem da-
tionem elemoſine eſſe illicitam non
peccat.
Ad hanc replicam reſpondetur ne-
gando ꝯſequentiam: ratio eſt quia
agit contra conſcientiam.

¶ Tertio arguitur ſic. poſſibile
eſt ꝙ aliquis agat contra conſciētiaꝫ
⁊ non peccet: igitur ꝯclu. nulle: aňs
probatur volo ꝙ imperatoꝛ ſit ſentē
tie diui Tho. ⁊ Alexā. de ales: ꝙ iu
dicandum eſt ſcđm allegata ⁊ꝓba
ta: et ſciat titiū eſſe innocentem qui
tamen probatur eſſe nocens per te-
ſtes omni exceptione maioꝛes: tunc
imperatoꝛ condēnans titiuꝫ agit cō
tra conſcientiaꝫ ⁊ non peccat: igitur
aſſumptum verum. Propter hoc ar
gumentum tenent aliqui canoniſte:
ꝙ non inconuenit perſonam publi-
cam agere contra conſcientiā priua-
tam: ſed revera non opus eſt hoc cō
cedere: naꝫ ꝗuis imperatoꝛ iudicet
titium eſſe innocentem: cum hoc ta-
mē iudicat ꝙ eſt condēnandus poſt-
ꝗ̄ eſt probatus nocens. Ideo rñdet
ad foꝛmā argumenti negando aňs:
⁊ ad probationē negatur ꝙ impera-
toꝛ agat cōtra conſcientiā: imo agit
confoꝛmiter ad eam: ſed ſi haberet
iſtam ꝯſcientiā .ſ. titius non eſt cōdē
nandus: tunc ageret ꝯtra ꝯſciētiā.

¶ Circa iſtā materiā dubitatur
vtrū magis peccet viatoꝛ difoꝛman
do ſe ꝯſcientie erronee ꝗ̄ ipſi ſe con
foꝛmando. Ad hoc dubiū nequit da-
ri rñſio vniuerſalis: ſed prius aſſi-
gnanda eſt ꝯſcientia erronea: ⁊ faci-
le erit reſpondere.

¶ Scđo dubitatur: an viatoꝛ
plus peccet agendo contra ꝯſciētiaꝫ
ꝗ̄ agendo contra aliqđ preceptum
decalogi. Ad hoc dubiū etiam neqt
dari rñſio vniuerſalis: ſed opoꝛtet
prius aſſignare ꝯſcientiā ⁊ demon-
ſtrare etiā preceptū diuinū determi
natū decalogi: ⁊ talibus ſignatis fa
cile erit reſpondere.

¶ Queritur ſcđo circa eandem
diſtin. vtrū ſindereſis poſſit ꝑ pctm̄
extingui. Pro huius .q. enucleatiōe
eſt aduertēdū ꝙ Henri. de gant. et
Durandꝰ collocāt eo mō ſindereſim
quo cōſcientiā vt tactū eſt in ꝓceden
ti .q. ſed quia glo. ſuper .i. cap. ezec.
dicit ſindereſim eſſe ſcintillā ꝯſcien-
tie: idcirco dicēdum eſt ꝙ ſindereſis
ſituanda eſt in intellectu: veluti pro
batum eſt de cōſcientia. Sed maioꝛ
difficultas eſt an ſit habitus vł actus
vel potentia: nam quidā modernus
aſſerit ſindereſim eſſe potētiā ratio-
nalem: ſed hanc opinionem egregie
repꝛobat diuus Tho. nam potentie
rationales valent ad oppoſita teſte
pħo: ſindereſis autem non valet ad
oppoſita. imo inclinat ſemper ad bo
num: ⁊ nunꝗ̄ ad malum. Alius mo-
dernus dicit ꝙ eſt actus: ſed hec opi
nio non videtur vera: nam qñ doꝛmi
mus habemꝰ ſindereſim: ⁊ tñ nullū
actū hēmus. Propterea lōge melius
dicūt diuꝰ Tho. ⁊ diuꝰ Bonauē. aſ
ſerētes ſinde. eē quēdā hitum: vñ ſi-
cut rō ſpeculatiua rōcinat̄ de ſpecu-
latiuis: ita rō practica rōcinat̄ ď opa
bilibꝰ: opoꝛtꝫ igr̄ nālr̄ nobis eē idita
ſicut pricipia ſpeculabiliū: ita ⁊ prici
pia opabiliū: pria aūt ꝓ̇ncipia ſpecu
labiliū nobis naturalr̄ indita nō ꝑti-
nēt ad aliquā naturalē potētiam aut
ſpecialē: ſꝫ ad hituꝫ q̄ ď intellectꝰ ꝓ̇n
cipioꝝ: ğ nec ꝓ̇ncipia opabiliuꝫ nālr̄
nobis idita nō ꝑtinēt ad aliquā ſpālē
potētiā: ſꝫ ad hitū natalē q̄ ď ſinde.
⁊ huic fauet regiꝰ ꝓphe. ꝓs. 8. dicēs.
ſignatū ē ſup nos lumē vultꝰ tui dñe

Et ſi arguas cōntra hoc ſindereſis
dicitur murmurare remordere ꝛc. ſʒ
iſta non pertinēt ad habitū.ergo ſin
dereſis non eſt habitus. Ad hoc rñ-
detur ꝙ omnia aſcribūtur ſindereſi:
quia ſindereſis operatur talia medi
antibus actibus ad quos inclinat:et
teſte pħo que per alios facimus per
noſipſos videmur facere. Inſuper
ſindereſis eſt cauſa effectiua talium
actuum qui murmurant ꝛ remordēt
His prelibatis rñdetur negatiue ad
titulū queſtionis:que rñſio patʒ au-
ctoritate gloſe ſuper.1.cap.Ezechi.
dicentis.Scintilla conſcientie incha
im nō extinguitur.Pari forma glo
ſa ſuper illud.Abierunt ſemiuiuo re
licto.10.cap.luce inquit.Immortali
tatem exuere:ſed rationis ſenſuʒ.i.
ſindereſim omnino abolere non poſ
ſunt quin homo poſſit ſapere ꝛ deuʒ
cognoſcere:nec vnꝗ̄ vitium delet ex
trema nature veſtigia. Inſuper qđ
a natura ineſt ſemper ieſt:ſed ſinde
reſis ieſt a natura.ergo neq̄t extigui

¶ Contra iſtam reſolutionē ar
guitur ſic: gloſa ſuper pſal. Corru-
pti ſūt ꝛ abominabiles facti ſunt ait
omni vi rationali priuati ſunt. ergo
ſindereſis poteſt extingui. Ad hoc
argumentū rñdetur ꝙ gloſa intelli-
gitur quantū ad exercitiū actus ſtu-
dioſi.Contra iſtaʒ ſolu.arguit.mul-
ti heretici combuſti ſunt propter ſu-
as hereſes: vt patet de Ioāne hus
ꝛ Hieronymo de praga:ꝛ tales non
habuerunt ſindereſim. ergo ſindere
ſis poteſt extingui.minor probatur:
non habuerunt remorſuʒ ꝯſciē.ergo
non habuerunt ſinde.Ad hanc repli
cam reſpondetur negando minoreʒ
et ad probationem diſtinguitur añ-
cedens:vel reſpectu ſuarum hereſū
et ſic conceditur illud ꝛ negatur ꝯñs
vel reſpectu aliorum: et ſic negatur
illud.Et ſi arguas de damnatis et
cacodemonibus:reſpondetur ꝙ etiā
habent ſindereſim ꝛ remorſum con-
ſcientie ſiue vermē qui eos mirabili
ter cruciat.

An ex fine omnes actus pen ſari debeant: vt ſimpliciter boni vel mali dicantur.

Diſtinctio. XL.


Eſt hec de
actibus ad
ijciendū vi-
detur: vtrū
et ipſi ex fi-
ne ſicut vo-
luntas pen
ſari debeant boni vel mali. Licʒ
enim ſecundum quoſdā omnes
boni ſint inquantum naturaliter
ſunt:non tamen abſolute dicēdi
ſunt omnes boni:nec omnes re-
munerabiles:ſed quidam ſimpli
citer mali dicuntur ſicut ꝛ alij bo
ni.Nam ſimpliciter ac vere ſunt
boni illi actus qui bonam habēt
cauſam ꝛ intentionem: ideſt qui
voluntatem bonam comitantur
et ad bonum finem tendunt.

Mali vero ſimpliciter dici debēt qui peruerſam habent cauſam ⁊ intentionem. Unde Ambroſius ait. Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Auguſt. ſuper pſal. xxxj. Nemo computet bona opera ſua ante finem. Ita eñ videtur mihi eſſe vt magne vires et curſus celerrimus preter viaȝ quia vbi ipſa fides non erat: bonum opus non erat. Bonū eni opus intentio facit intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid bona faciat: ſed quid cum facit attendat: quo lacertos optime gubernationis dirigat. His teſtimonijs inſinuari videtur ex affectu et fine opera bona eſſe vel mala. Quibus conſonat quod veritas in euangelio ait. Non poteſt arbor bona fructus malos facere: nec arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris non natura humane mētis: ſed volūtas intelligitur: que ſi mala fuerit non bona ſed mala opera facit. Si vero bona fuerit bona non mala facit opera.

Utrum omnia opera hominis ex affectu et fine ſint bona vel mala.

¶ Sed queritur: vtrum omnia opera hominis ex affectu et fine ſint bona vel mala. Quibuſdam ita videtur eſſe qui dicūt omnes actus eſſe indifferentes vt nec boni nec mali per ſe ſint: ſed ex intē tione bona bonus: ⁊ ex mala malus ſit omnis actus. Secunduȝ quos quilibet actus poteſt eſſe bonus: ſi bona intentione geratur. Alijs autem videtur ꝙ quidam actus in ſe mali ſint: ita vt non poſſint eſſe niſi peccata: etiā ſi bonam habeant cauſam. Et quidam in ſe boni: et ſi malaȝ habeant cauſam: non tamen boni eſſe deſinant. Quod teſtimonio Augu. confirmant: qui dicit bonum aliquādo nō bene fieri. Qđ enim quis inuitus vel neceſſitate facit non bene facit: quia non bona facit intentione: vt ait Auguſt. ſuper Joan. Seruilis inquit timor non eſt in charitate: ī quo q̄uis credatur deo: non tamen in deum: ⁊ ſi bonum fiat: nō tamen bene. Nemo enim inuitꝰ bene facit: etiam ſi bonum eſt qđ facit. Ecce habes ꝙ aliquis non bene facit illud quod bonuꝫ eſt. Facit ergo quod bonum eſt intē tione non bona. Ideo aſſerunt illi quedaȝ opera eſſe talia que ſic bona ſunt ꝙ mala eſſe non poſſunt quocū modo fiant: ſicut

econuerſo quedam ſic ſunt mala vt nō poſſint eſſe bona quacūqꝫ ex cauſa fiant. Alia autē eſſe opera que ex fine vel ex cauſa bona ſunt vel mala: ⁊ ad illa referunt ſanctorum teſtimonia: quib⁹ ex affectu vel intentione iudicium operum penſari dicunt. Tripartitam edunt iſti differētiā actuū.

Aliter auguſtinus ſentire videtur qui dicit opera hominis eſſe bona vel mala ex intentione et cauſa preter quedam que per ſe peccata ſunt

¶ Sed Auguſtin⁹ euidentiſſime docet in libro contra mendacium: omnes actus ſcdm intētionē ⁊ cauſam iudicandos bonos vel malos: preter quoſdam qui ita ſunt mali vt nūqꝫ poſſent eſſe boni: etiam ſi bonam videantur habere cauſam. Intereſt inquit plurimum: qua cauſa quo fine: qua intentiōe quid fiat. Sed ea que cōſtat eſſe peccata: nullo bone cauſe obtentu: nullo quaſi bono fine: nulla velut bona intētiōe facienda ſunt. Ea quippe opera hominuꝫ ſi cauſas habuerint bonas vel malas: nunc ſunt bona nunc mala que non ſunt per ſeipſa peccata: ſicut victum prebere pauperibus bonum eſt ſi fit cauſa miſericordie cum recta fide: et concubitus coniugalis quando fit cauſa generandi: ſi ea fide fiat vt gignantur regenerandi. Hec rurſus mala ſunt ſi malas habeant cauſas: velut ſi iactantie cauſa paſcitur pauper: aut laſciuie cauſa cum vxore cōcubitur: aut filij generantur non vt deo: ſed vt diabolo nutriantur. Cum vero opera ipſa per ſe peccata ſunt vt furta ſtupra blaſphemie quis dicat cauſis bonis eſſe facienda vel peccata nō eſſe: vel quod eſt abſurdius iuſta pctā eſſe. Quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus pauperib⁹ aut falſa teſtimonia proferamus non vt inde innocentes ledātur ſed potius ſaluentur. Duo eniꝫ bona hic ſunt vt inops alatur: ⁊ innocens nō puniatur. Aut q̄s dicat adulterium eſſe faciendum vt per illam cuꝫ qua fit homo de morte liberetur. Teſtamēta etiā vera cur non ſupprimimus ⁊ falſa ſupponimus: ne hereditates habeant qui nihil boni agunt: ſꝫ hi potius qui indigētes adiuuāt Cur non fiant illa mala propter hec bona: ſi ꝓpter hec bona nec

illa ſunt mala. Cur non ab immun
dis meretricibus que ditant ſtu
pratores: rapiat diuitias vir bo-
nus vt indigentibus eas largia
tur: cum nullum maluꝫ ſit ſi pro
bono fiat. Quis hoc dicat niſi q̄
res humanas moreſq̄ conatur:
et leges ſubuertere. Quod enim
facimus non dicatur recte fieri
poſſe: nec ĩpune tantum: verum
etiam glorioſe: vt in eo nõ timea
tur ſupplicium: ſed ſperetur ꝛ p̄-
mium: ſi ſemel conſenſerimus in
malis actibus: non quid fiat: ſed
quare fiat eſt querenduꝫ: vt que
cūq̄ pro bonis fiunt cauſis: nec
ipſa mala eſſe iudicentur. At iu-
ſticia merito punit eum qui dicit
ſe ſubtraxiſſe ſuperflua diuiti: vt
preberet pauperi: ꝛ falſariuꝫ qui
alienū corrūpit teſtamētū: vt is
eſſet heres qui faceret elemoſinas
largas: non ille qui nullas: ꝛ cuꝫ
qui ſe feciſſe adulterium oſtendit
vt per illam cum qua fecit homi
nem de morte liberet: ſed diceret
aliquis. ergo equandus eſt fur
quilibet furi qui voluntate mie
furatur? quis hoc dixerit? Sed
horū duoruꝫ non ideo quiſq̄ eſt
bonus: quia peior eſt vnus. Pe
ior enim eſt qui concupiſcendo
q̄ qui miſerando furatur. Sed
furtum omne pctm̄ eſt: ab om-
ni furto abſtinendum eſt. Quis
enim dicat eſſe peccandū: etiaꝫ ſi
aliud ſit grauius: aliud leuiꝰ pec
catum. Nunc aūt querimus q̄s
actus peccatū ſit vel non. Non
q̄s grauius ſit vel leuius. Intē-
de lector propoſitis verbis tota
mentis cõſideratione: que nõ in
utilem hn̄t exercitationē: ꝛ dino
ſces q̄s actus ſit pctm̄ q̄.ſ. malā
hn̄t cām nec ille tn̄: qꝛ ſunt non
nulli actꝰ q̄ ꝛ ſi bonā habeāt cām
tn̄ pctā ſunt: vt ſupra poſitū eſt.
Ex quo cõſequi videtur: qꝛ non
ſemꝑ ex fine iudicatur volūtas ſi
ue actio mala: ſicut in illis que ꝑ
ſe pctā ſunt. Illa em̄ cū quis geſ
ſerit ꝓ aliqua bona cauſa bonuꝫ
videtur habere finem: nec ex fine
voluntas eſt mala: nec ex volūta
te actio ſit mala: ſꝫ ex actiōe volū
tas ſit praua. In quibus aliqui
ponunt actum iudeoruꝫ qui cru
cifigendo chriſtum arbitrantur
ſe obſequium preſtare deo: quia
bonum finem dicunt eos ſibi po
ſuiſſe. ſ. dei obſequiū: ꝛ tamen vo
lūtatē eorum ꝛ actionem peruer
ſam fore aſſerunt. De bonis au
tem nulla ſit exceptio ĩ premiſſis
verbis Auguſtini: quin omnis
voluntas bona ex fine ſit bona:
et ex fine et voluntate omnis a-
ctio bona: bona eſt. Sed nõ om

nis mala voluntas ex fine mala eſt:nec omnis mala actio ex fine et ex volūtate mala eſt:⁊ omnis que habet malam cauſam mala eſt: ſed non omnis que bonam cauſam habet bona eſt. Ideoqꝫ cuꝫ ex affectu dicitur nomen imponi operi:in bonis operib⁹ generaliter vera eſt hec regula: ſed in malis excipiuntur illa que per ſe mala ſunt. Omnia ergo hominis opera ſecundū intentionem et cauſam iudicantur bona vel mala:exceptis his que per ſe mala ſunt: ideſt que ſine preuaricatione fieri nequeant.

Quidaꝫ dicunt predicta nō poſſe fieri bono fine.

¶ Que tamen quidam contendunt nunqꝫ habere bonam cauſam. Qui enim aliena furatur vt pauperibus tribuat:non pro bono:vt aiunt:furatur. Non enim bonum eſt aliena pauperib⁹ erogare. Qui enim de rapina ſacrificium deo offert:idem facit:vt ait auctoritas ac ſi filium in conſpectu patris victimet: vel ſacrificium carnis deo offerat. Abominabilis nempe deo eſt impiorꝫ oblatio. Ita etiam et hominem per adulterium a morte liberare maluꝫ eſſe dicunt. Et ſi enim bonum ſit hominem a morte liberare:tamen ſic hominem liberare: malum fore aſſerūt. Ideoqꝫ Auguſtinum in ſuperioribus dicūt temperaſſe ſermonem cauteqꝫ loqutum vbi ait. Ea que conſtat eſſe peccata:nullo quaſi bono fine: nulla velut bona intentione facienda. Non enim ſimpliciter dixit bono fine et bona intentione:ſed addidit quaſi et velut: qꝛ talia non fiunt bono fine ⁊ bona intentione:ſed intentione que videtur bona: et fine qui putatur bonus:ſed non eſt. Nec ideo excepit Auguſtinus iſta vt aiunt: quin cauſas habeant malas:ſed quia cauſas habent que videntur bone:ſunt tamen male.

Circa quadrageſimā diſtinctionē querit primo vtrum ex fine omnes actus penſari debeāt vt ſimpliciter boni vel mali dicātur. Pro huius difficultatis declaratione eſt aduertenduꝫ ꝙ ante magiſtrum fuere aliqui theologi qui dixere bonitatem finis ſufficere ſed diu⁹ Auguſt. in lib. contra mendaciū hāc opinionem egregie impugnat:nam quidam actus ſunt intrinſece mali:

qui nequeunt bene fieri q̄tumcūq; ordinentur in bonum finem: vt mendacium adulterium ꝛc.

¶ Idcirco cōformiter ad diuū Augu. ponūtur due ꝯclu. reſponſiue quarū prima eſt iſta. Volitio mala finis ſufficit ad maliciam actus ordinati ad talem finem. iſta ꝯclu. patet quia ad bonitatem actus requiritur bonitas finis. Scđa ꝯclu. eſt iſta: bonitas finis non ſufficit ad bonitatē actus: nō enim eſt licitū furari vt detur pauperibus: iuxta illud apłi ad ro. 3. Non ſunt ficīda mala vt inde veniāt bona: igitur ꝯclu. vera.

¶ Contra ſcđam conclu. arguitur ſic. ad maliciaꝫ actus ſufficit malicia finis, ergo ad bonitatem actus ſufficit bonitas finis: ꝯña tenꝫ: quia non videtur potior ratio de vno q̄ de alio. Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯñam: et ad probationem negatur aſſumptum: ꝛ diſcrimen datur: qꝛ teſtib⁹ diuo Diony. et philo. bonum eſt ex integra cauſa: malum autem ex ſingulis deffectibus. Contra iſtaꝫ ſolu. arguitur duplici auctoritate. Prima eſt ſaluatoris dicentis. Bona arbor bonos fructus facit Scđa eſt diui Ambro. dicentis. Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Ad has duas auctates rñdetur ꝙ non ſunt ad propoſitum: nam ambe loquūtur de volitiōe imperatiua operis exterioris: et hic eſt queſtio de actibus interioribus. ſ. de volitionibus finis et medij propter finem

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtin. vtruꝫ intentio ſine bonis operibus ſufficiat ad vitam eternam.

Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ in hac difficultate intentio capitur pro volitione: ꝛ ſicut duplex eſt volitio. ſ. efficax et inefficax: ita ꝛ duplex eſt intentio: efficax ꝛ inefficax. Intentio efficax dicitur illa ad quam ſequitur opus exterius ſecluſis impedimentis. Intentio ſiue volitio inefficax ē illa ad quā non ſequitur opus exterius ſecluſis impedimentis: idcirco a doctore ſubtili egregie vocatur velleitas: ꝛ dñs deus non contentatur de talibus volitionibus inefficacibus ſiue velleitatibus: quare diu⁹ Ioā. 1. ca. 1. cano. ait. Filioli nō diligam⁹ verbo ꝛ lingua: ſed opere ꝛ veritate.

¶ Iſtis notatis rñdetur ꝑ duas conclu. quaruꝫ prima eſt iſta. In nō habētibus facultates. ſ. pauperibus bona intentio ſufficit ſine operibus. Iſta ꝯclu. patet: quia tales volitiones in bonis pauperibus ſunt efficaces: ꝛ deus principaliter reſpicit ad tales volitiones efficaces: idcirco q̄ primū bonus xp̄ianus ꝓponit in corde ſuo aliquod facere efficaciter: iam deus acceptat iuxta illud regij ꝓphete pſal. 31. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſticiā meam dño: et tu remiſiſti impietatē peccati mei Scđa ꝯclu. eſt iſta. in habentibus facultates non ſufficit bona intentio. Iſta conclu. patꝫ: quia talis bona intentio non eſt efficax: ꝛ dñs deus ſolum reſpicit ad volitiones efficaces vt dictum eſt.

¶ Contra iſtas cōclu. arguitur duplici auctoritate. Prima eſt ſaluatoris Mat. 25. dicentis. Eſuriui ꝛ

non dediſtis mihi manducare. Secunda eſt diui Jacobi in .2. ca. ſue canonice dicentis. Fides ſine operibus mortua eſt. Ad ambas auctates rñdetur ꝙ intelliguntur de illis qui habent facultates ⁊ poteſtatem exeundi in opus exterius: et certum eſt ꝙ tales ſunt vituperandi poſtꝙ nõ habuerunt volitiones efficaces: ſed dũtaxat velleitates quaſdam.

¶ Queritur tertio circa eãdem diſtinctionem: vtrum viator tantum mereatur vel demereatur: quantum intẽdit mereri vel demereri. Ad hãc difficultatẽ rñdetur per aliquot conclu. quarum prima eſt iſta. Viator interdum tantũ meretur vel demeretur: q̃tum intendit mereri aut demereri. Iſta cõclu. patet de viatore qui tantũ intendit mereri vitã eternam: ⁊ non intendit certum aut determinatum gradum glorie: ſed ſatis eſt ei ꝙ mereatur vitam eternã ſiue vt duo ſiue vt quatuor. Scđa ꝯclu. ē iſta. non oportet viatorem tãtum mereri aut demereri: q̃tum intendit mereri aut demereri. Iſta conclu. pꝫ: poſſibile eſt ꝙ multi viatores intẽdãt tactũ mereri ſicut meruit diuus Joan. vel diuus petrus: non tamen propterea tales viatores tantũ merebuntur. Pari forma eſt poſſibile ꝙ aliquis viator intendat demereri tantum ſicut nero: non tamen tantum demerebitur ſicut nero.

¶ Cõtra ſcđam ꝯclu. arguitur ſic: ſequeretur ꝙ ſi aliquis viator vellet eſſe ita malus ſicut iudas: nõ eſſet ita malus ſicut iudas. ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur: ſi aliquis viator vult peccare mortaliter peccat mortalr. ergo ſi vult eſſe ita malus ſicut iudas erit ita malus ſicut iudas. Ad hoc argumentũ rñdetur negando minorem: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: ratio eſt: quia talis volitio peccandi mortaliter eſt ꝓhibita ſub pena peccati mortalis. Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeretur ꝙ etiã iſta ꝯña valeret: viator vult peccare venialiter. ergo peccat venialiter: ꝯñs eſt falſum: igitur. Ad hanc replicam rñdet quidam modernus negando ſequelam: ſed aperte decipitur: nam volitio peccandi venialiter eſt prohibita ſub pena peccati venialis: ideo bene ſequitur viator vult peccare venialiter. ergo peccat venialiter: ſꝫ bene verum eſt ꝙ iſta non valet: viator vult ſolum peccare venialiter. ergo ſolũ peccat venialiter: nam añs fuit verũ de primo parẽte: ⁊ ꝯñs ē falſũ credebat primus parens ꝙ ſuũ peccatum ſolũ erat veniale: ⁊ nihilominus fuit mortale. Contra iſtã ſolu. arguitur: ſequeretur ꝙ ſi aliquis diceret volo eſſe ita malus: veluti Joã. quẽ credit eſſe bonum virũ peccaret ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur. quicũq; vult eſſe malus peccat: ſed iſte viator vult eſſe malus. ergo iſte viator peccat. Ad hanc replicaꝫ reſpondetur negando ſequelam: et ad probationeꝫ negatur minor. imo vult eſſe bonus poſtꝙ credit Joañẽ eſſe bonũ: ſed ironice loquitur: ⁊ hic modus loquendi communis eſt.

¶ Scđo arguitur ſic contra eãdem conclu. ſequeretur ꝙ ſi viator vellet in infinitum demereri ſolum finite demereretur: ꝯñs eſt falſũ: igr̃ ſequela eſt lucida: ⁊ falſitas ꝯñtis

pꝛobatur: ſequereretur ꝙ alius viatoꝛ
qui ex equali conamine vellet finite
demereri tantū demereretur ſicut
pꝛimus qui vult infinite demereri:
pñs eſt falſū: igitur ſequela pꝛobat
capio vnum viatoꝛem qui ex equali
conatu cum pꝛimo vult demereri, vt
vnum: tunc non eſt infinita pꝛopoꝛ-
tio inter demeritū pꝛimi viatoꝛis ⁊
⁊ demeritum iſtius. ergo dabilis eſt
aliquis viatoꝛ volens demereri vt
duo vel vt tria vel vt quattuoꝛ qui
tantum demerebitur ſicut pꝛimus:
et talis ſolum finite vult demereri:
igitur ſequela vera. Ad hoc argumē
tum reſpondetur concedendo ſeque
lam ⁊ negando minoꝛem: ⁊ ad pbā-
tionem negatur ſequela: ⁊ ad pꝛoba
tionem negatur ꝯſequentia: ⁊ ratio
eſt: quia ille viatoꝛ qui vult demere-
ri vt quatuoꝛ nō per tantum exceſſū
excedit illum qui demeretur vt tria
ſicut qui demeretur vt tertiū: exce-
dit illum qui demeretur vt duo: et
ratio eſt: quia confuſius fertur in ob
iectum. Et ſimile eſt illi difficultati
de illo q̄ vult occidere duo tres qua-
tuoꝛ homines: ⁊ ſic ſine ſtatu. Con-
tra iſtam ſolutionem etiam videtur
eſſe auctoꝛitas gloſe ſuper illō Ma
thei. xii. Bonus homo de theſauro
ſuo ⁊c. dicentis tantum: quis bonū
facit ſicut intendit. Ad hanc auctoꝛi
tatem reſpondetur ꝙ intelligitur ꝙ
operatio exterioꝛ eſt adeo bona ſi-
cut bona volitio a qua īperatur: et
hoc non militat contra ꝯcluſionē.

An omnis intētio vel actio eoꝛū qui carēt fide ſit mala.

Diſtinctio. XLI.

CUmq; intē
tio vt ſupꝛa
dictum eſt:
bonum opꝰ
faciat: et fi-
des intētio
nem dirigat
non immerito queri poteſt vtrū
omnis intentio omneq; illoꝛum
opus malum ſit qui fidem nō ha
bent. Si enim fides intentionē
dirigit ⁊ intentio bonum opus
facit vbi non eſt fides: nec inten
tio bona nec opus bonū eſſe vi
detur. Quod a quibuſdam non
irrationabiliter aſtruitur qui di-
cunt omnes actiones et volun-
tates hominis ſine fide malas
eſſe: que fide habita bone exi-
ſtunt. Unde apoſtolus ait. Om
ne quod non eſt ex fide peccatū
eſt. Quod exponens Auguſti-
nus ait. Omnis infidelium vi-
ta peccatum eſt: et nihil bonum
eſt ſine ſummo bono: vbi deeſt
agnitio eterne veritatis: falſa
virtus eſt etiam in optimis mo
ribus. Et Jacobus in epiſtola
canonica ait. Qui offendit i vno
ſcilicet in charitate: factus eſt

omnium reus. Qui ergo fidem et charitatem non habet: omnis eius actio peccatum eſt: quia ad charitatem non refertur. Quod enim ad charitatē non refertur vt ſupra meminit Auguſt. non fit quemadmodū fieri oportet. Ideoq̄ malū eſt. Non ergo mādata cuſtodit qui charitatē caret: quia ſine charitate nullū mādatorum cuſtoditur. Unde auguſt. ſuper epiſtolā ad Gala. ait Cuſtoditionem legis dicit apl's non inebriari non occidere non mechari: et alia huiuſmodi ad bonos mores pertinentia que ſine charitate fide et ſpe impleri non poſſunt. Nullum ergo mandatū implet: nullum bonum opus facit: qui fidem et charitatē nō habet. Impoſſibile eſt enim: vt ait apl's: ſine fide aliq̄d placere deo. Que ergo ſine fide fiūt bona nō ſunt: quia omne bonum placet deo.

Que premiſſe ſententie obſiciuntur ex verbis Auguſt.

¶ His autem obijcitur quod ſupra dixit Auguſt. ſ. q̄ in ſeruili timore: et ſi bonum fiat non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit etiam ſi bonum eſt qđ facit. Hic enim dicit bonum fieri: ſed non bene ab illo qui charitatem non habet. Qui eni ſeruiliter timet: charitate vacuus nō eſt: de quo tamen hic dicit: q̄ bonū facit: ſed non bene. Qui etiā ſuper illum locum pſal. Turtur inuenit ſibi nidum: vbi reponat pullos ſuos: dicit q̄ iudei heretici et pagani opera bona faciunt: quia veſtiunt nudos et paſcunt pauperes et huiuſmodi: ſed non in nido eccleſie. i. in fide: et ideo conculcantur pulli eorum. Quibus illi reſpondent dicentes bona opera appellari huiuſmodi q̄ ſine charitate fiunt: non quia bona ſint quando ſic fiūt: quod euidenter ſupra Auguſt. docuit: ſꝫ quia bona eſſent ſi aliter fierent: que etiam ſui genere ſunt bona: ſed ex effectu fiunt mala.

Aliorū ſententia de premiſſa queſtione qua querebatur ſi omnis actio eorū mala eſt qui fidem non habent.

¶ Alij vero qui tripharium diſtinctionem actuū faciunt opera cuncta que ad nature ſubſidiū fiunt ſemper bona eſſe aſtruunt. Sed quod Auguſt. mala eſſe dicit ſi malas habeant cauſas: non ita accipiendū eſt quaſi ipſa ma-

la ſint: ſed quia peccāt ⁊ mali ſūt qui ea malo fine agunt. Item et illud aliud ſcꝫ bonum opus intētio facit: ⁊ intentionem fides dirigit: determinant dicētes ibi bonum vocatum quod remunerabile eſt ad vitam: non ꝙ illud ſit ſolum bonum opus: imo etiam alia plura: licꝫ non ea ratiōe qua illud ſint bona. Bonuꝫ enī multipliciter accipitur.ſ. pro vtili. ꝓ remunerabili: ꝓ ſigno boni: pro ſpecie boni: pro licito ⁊ alijs forte modis. Sola ꝗ̄ illa intentio remunerabilis eſt ad vitam quam fides dirigit: ſed non illa ſola bona eſt: vt aiunt. Nam ſi quis iudeus vel malus xp̄ianus neceſſitatem proximi releuauerit naturali pietate ductus: bonum fecit et bona fuit voluntas qua illud fecit.

Hic ponit quedam Auguſtini capitula que retractauit: non quaſi praue dicta: ſꝫ quo ſenſu dixerit inſinuans.

¶ Poſt hec inueſtigari oportꝫ qualiter intelligendum ſit quod Auguſt. ait in li. de vera religione. Uſqꝫ adeo inquit peccatum voluntarium malum eſt: vt nullo modo ſit peccatuꝫ ſi non ſit voluntarium. Huius dicti rationē Auguſt. aperiens in libro retractationum dicit. Poteſt videri falſa hec diffinitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur inuenietur eſſe veriſſima: peccatum quippe illud cogitandum eſt quod tantūmodo peccatum eſt: non quod eſt etiam pena peccati: ſcꝫ peccatuꝫ primū hominis quod fuit peccatum et cauſa peccati: ſed non pena. Quāuis ⁊ illa que non volūtaria peccata non īmerito dicuntur: quia vel a neſcientibus vel a coactis perpetrantur: non omnimodo poſſunt ſine voluntate cōmitti: quoniam et ille qui peccat ignorans voluntate vtiqꝫ facit: quod cum faciendꝫ non ſit: putat eſſe faciendum: et ille qui concupiſcente aduerſus ſpiritū carne: non ea que vult facit: concupiſcit quidem nolens: ⁊ in eo nō facit quod vult: ſed ſi vincitur cōcupiſcentie conſentit volens: et in eo non facit niſi quod vult: et illud quod in paruulis eſt originale peccatum: ex prima hominis voluntate mala contractum eſt. Non itaqꝫ falſuꝫ eſt quod dixi: vſqꝫ adeo peccatum voluntarium eſt ⁊c. Ecce qualiter accipiendum ſit illud.ſ. vel de prio peccato hominis: vel de omnibus

generaliter peccatis mortiferis: quorum licet quedam dicantur non voluntaria que.ſ. per igno-rantiam vel per infirmitatē fiūt Eadem tamen ea ratione poſſūt dici voluntaria: quia ſine volun tate non committuntur.

Aliud capitulum.

¶ Illius etiam intelligentia p-quirenda eſt quod in lib. de dua bus animabus edidit inquiens. Nuſq̄ niſi in voluntate peccatū eſt. Quod etiam in lib. retracta-tionum plane determinat dicēs Poteſt putari iſta falſa eſſe ſen-tentia qua diximus nuſq̄ niſi in voluntate eſſe peccatum: cū apo ſtolus dicat. Quod nolo hoc fa cio ⁊c. Sed peccatum qđ nuſq̄ eſt niſi in voluntate: illud preci-pue intelligēdum eſt qđ iuſta dā natio conſequta eſt.i.p̄mū ho-minis peccatum. In eodē quo qȝ lib. de duabus animab' aliud tradidit conſideratione dignum ait enim. Non niſi voluntate pec catur: ipſam voluntatem diffinit dicens. Voluntas eſt animi mo tus cogēte nullo ad aliquid: vel non admitendum vel adipiſcen dum. Huius dicti cauſam ape-riens ⁊ intelligentiam pandens in lib. retractationum ait. Hoc propterea dictum eſt: vt hac dif finitione volens a nolente diſcer netur: et ſic ad illos referretur in tentio qui in paradiſo fecerūt ori ginem mali nullo cogente peccā do.i.libera voluntate: quia ⁊ ſciē tes contra preceptum fecerūt: et ille tentator ſuaſit vt hoc fieret: non coegit: nam qui neſciēs pecca uit non incongruenter nolēs peccaſſe dici poteſt: ꝙuis et ipſe quidem neſciens fecit: volens ta men fecit. Ita nec tale peccatuȝ ſine voluntate eſſe potuit: ſed vo luntas facti ibi fuit: non peccati voluntas: quod tamen factum fuit peccatum. Hoc enim factū eſt quod fieri non debuit. Quiſ-quis autem ſciens peccat: ſi po-teſt cogenti ad peccatuȝ ſine pec cato reſiſtere: nec tamen facit vti qȝ volēs peccat: quia qui poteſt reſiſtere non cogitur cedere: qua propter peccatum ſine volunta-te eſſe non poſſe veriſſimum eſt. Ex his liquet qualiter ſuperiora accipienda ſint.

Quod mala voluntas eſt vo luntarium peccatum.

¶ Si autem omne peccatū mor tale voluntarium eſt: cum volū-

tas mala peccatum ſit mortale: cōſtat ipſam eſſe voluntariū peccatū. Quid eni: vt ait Auguſt. tam in voluntate ꝙ ipſa voluntas ſita eſt. Voluntas itaqꝫ mala recte voluntariū dicitur pctm̄ qꝛ in volūtate conſiſtit. Voluntas quippe: vt ait Aug⁹. in eodē eſt prima cauſa peccādi: aut nullū pctūm eſt prima cauſa peccādi: nec eſt cui recte iputetur peccatū niſi peccanti. Non ergo eſt cui recte imputetur niſi volūtati Hoc autē de pctō actuali ⁊ mortali intelligendum eſt. neqꝫ his verbis aliud voluit oſtēdere Auguſt. vt ipſe ait in retractationibus: niſi qꝛ voluntas eſt qua peccatur et qua recte viuitur.


Irca quadrageſimā pmaꝫ diſtin. querit primo: vtruꝫ omnis infidelium actio ſit pctūm. Pro huius.q. enucleatione eſt aduertendum ꝙ duplex eſt infidelis ſcꝫ ſimplr ⁊ ſcdm̄ quid infidelis ſimpliciter: eſt ille qui nullā habet noticiam veri dei: vt eſt purus ydolatra Infidelis ſcdm̄ qd eſt infidelis: qui aliqualem habet noticiā veri dei: vt ſunt heretici ſciſmatici chatecumini Scdo eſt notandū ꝙ duplex ē actio ſcꝫ humana ⁊ nō humana. Actiō humana dicitur illa que libere elicitur ab homine habente rationeꝫ. Actio non humana dr illa que non elicitur libere: ſed indeliberate ſeu a non habente rationē: ⁊ in hac q̄ſtione eſt ſolum ſermo de infideli ſimplr: et de actione humana. Tertio eſt aduertendū ꝙ Grego. de arimi. rñdet ad hanc queſtionem per hanc cōclu. ſcꝫ nullus actus hominum ſimpliciter infidelium eſt moraliter bonus. hec conclu. probatur ab eo per rationes que adducentur contra opinionem diui Thome.

¶ Contra iſtam opinionē Gregorij arguitur auctoritate diui Auguſtini in epiſtola ad Marcelluꝫ inquientis. rem publi. romani conſtituerunt auxeruntqꝫ virtutib⁹ ⁊ iſi nō habentes veram pietatem erga verum deum. Et ſequitur in eadē epiſtola diui Augu. ſic: oſtendit in opulentiſſimo et preclaro imperio romano quantum valerent ciuiles: ⁊ ſine vera religione virtutes vt intelligeretur hac habita fieri homies ciues alterius ciuitatis: cuius rex veritas lex charitas: cuius modus eternitas. Ad hanc auctoritatem facile reſpondebit Gregorius ꝙ eam retractauit in. 5. cap. 1. lib. retractationum: idcirco arguitur ratione contra eandem pcluſionem: actiones Cornelij non fuerunt peccata. imo fuerunt accepte deo. ergo conclu. Grego. falſa. Ad han rationeꝫ facile reſpondebit Grego. ꝙ cornelius nōn erat ſimpliciter infidelis. imo erat chatecuminus: et conclu. ipſius loquitur de infidelibus ſimpliciter.

Propterea aliter arguiť: ſequereť ꝙ omnis actio deliberata ſimplr in fidelis eſſet peccatum mortale. ꝯñs eſt falſum: igiť ſequela probať: oĩs talis eſt fruitio creature deliberata: igitur omnis talis eſt pctũm morta le: ꝯña tenet auct. Augu. in. i. lib. de doctrina xp̄iana dicẽtis. Sũma per uerſitas in rebus eſt vti fruendis et frui vtendis: iam ꝓbať falſitas ꝯñtis ſequeretur ꝙ ſemꝑ infidelis ſuccur- rendo parẽtibus ⁊ dando elemoſinã pauperibus: ⁊ ſic de alijs operibus pijs peccaret mortalr. ꝯñs eſt abſur dum: igiť ⁊ opinio. Qui vult tenere opinionẽ Grego. neceſſario tenetur concedere ambas ſequelas: nec po- teſt aliter ſolui argumentum.

¶ Alia eſt opinio diui Tho. omninõ huic cõtradictoria. ſ. ꝙ non oĩs actio hũana hoĩs ſimplr infidelis eſt ma- la moraliter: rõ eſt: qꝛ infidelitas ⁊ſi tollat grãm gratum facientẽ: nõ tñ tollit bonũ nature: ideo ꝗuis infide les nõ poſſint operari opa meritoria tñ bona opa ad q̄ ſufficit bonũ naťe: dirigere aliqualiter operari poſſunt

¶ Contra iſtam opinionem ar guit Grego. nullus actus infideliũ ſit ex dilectione dei aut ꝓpter deum vltimate. ergo nullus taliseſt mora liter bonus: aſis ꝓbatur: ſimplr infi- delis nõ cognoſcit deũ: nec habꝫ ali- qualẽ noticiã de deo. ergo nullꝰ actꝰ infideliũ ſit ex dilectione dei aut pro pter deũ vltimate. iam ꝓbať prima ꝯña: ad hoc ꝙ aliquis actus ſit malꝰ moralr ſufficit carẽtia circũſtãtie de biti finis: ſed quilibet actus infide- lium caret circũſtantia vltimi finis. ergo quilibꝫ taliseſt malus moralr.

Ad hoc argumẽtũ rñdet diuꝰ Tho. negando ꝯñam: ⁊ ad ꝓbationẽ nega tur iterũ ꝯña: rõ eſt: qꝛ circunſtantia vltimi finis non requiritur ad actuꝫ moraliter bonũ: ſed ſatis eſt ꝙ hẽat aliquem bonũ finẽ: dato ꝙ talis bo- nus finis non ſit vltimꝰ. Et ſi dicas nullus infidelis ſimplr durante infi delitate põt diligere deum ꝓpter ſe ergo nullus actus ſimplr infidelis eſt moraliter bonus: negat ꝯñam di uꝰ Tho. ⁊ rationẽ aſſignat: quia ad actũ moraliter bonũ non requiritur dilectio dei: ſimilr negat hanc ꝯñaꝫ ſcꝫ iſte actus non eliciť ex dilectione dei actualiter vel habitualiter. ergo non eſt moralr bonus. Contra iſtaꝫ ſolu. arguiť: nullus actus elicitꝰ cuꝫ intentione vitioſa eſt moralr bonus ſed quilibet actꝰ ſimplr infidelis eſt huiuſmodi: ergo nullus talis eſt mo raliter bonus: minor probatur: queli bet intentio ſimplr infidelis eſt frui tio creature. ergo quelibet talis eſt vitioſa: aſis probať. quelibet talis in tẽtio eſt dilectio creature propter ſe ergo quelibet talis intẽtio eſt fruitio creature. Ad hanc replicaꝫ rñdeť ne gando minorẽ: ⁊ ad ꝓbationẽ negať aſis: ⁊ ad ꝓbationẽ negať ꝯña: ratio eſt manifeſta: qꝛ dictũ eſt i. i. diſti. i. li. ſniaꝝ. ꝙ ad hoc ꝙ aliqua dilectio ſit fruitio nõ ſufficit ꝙ ſit dilectio ali cuius ꝓpter ſe: ſed requiriť ꝙ ſit di- lectio alicuius ꝓpter ſe tanꝙ ſũmuꝫ bonũ ⁊ vltimũ: ⁊ hoc eſt reſolutio di ui Tho. ⁊ oĩm alioꝝ a Greg. de ari.

¶ Scḋo arguitur. ſi actus infi- deliũ eſſent vere virtuoſi: ſequereť ꝙ ſimplr infideles haberent veras virtutes: ꝯñs eſt contra diuũ Augu.

in.4.lib.contra Julianū.ꝛ in.5.ꝛ.9.
lib.de ciuita.dei:ꝛ in.1.lib.retracta-
tionū:in quibus dicit ꝙ phi ꝛ roma
ni non habuerūt veras virtutes:igi
tur opinio nulla. Ad hoc argumentū
rñdet diuus Tho. cōcedendo ſeque
lam ꝛ negando minorē:ꝛ ad auctem
diui Augu.rñdet ꝙ diu⁹ Augu. loq̄
tur de virtutib⁹ perfectis ꝛ nō de ve
ris virtutib⁹: modo licet ſimpliciter
infideles non habuerunt virtutes ꝑ
fectas:quū non habuerūt charitatē
que eſt forma oīꝫ virtutū: habuerūt
tñ veras virtutes. Contra iſtā ſolu.
arguitur.tales virtutes ſimpliciť in
fideliū ſunt vitia.ergo non ſuntvere
virtutes.añs pꝫ expreſſa aucte diui
Augu.in.25.cap.19.lib.de ciuita.dei
dicentis. Uirtutes quas mens ſibi
habere vr̄ propter quas imperat cor
pori niſi ad deū retulerit:etiā ipe vi
tia ſunt potius ꝙ̄ virtutes. Ad hanc
replicā rñdeť negādo añs: ꝛ ad pba
tionē rñdet diu⁹ Tho.ꝙ illud dictū
Augu.intelligiť ꝑ concomitantiā.ſ.
ꝙ tales virtutes ſunt cū vitijs. pōt
etiā dici ꝙ illud dr̄ ꝯparatiue:veluti
dr̄ ꝙ minus album cōparatū ad ma
gis albū vocať nigrū:ꝙ̄uis in rei ve
ritate non ſit nigrū:ſed album.

¶ Contra iſtam ſolu. arguitur
expreſſa auctē diui Auguſt. in lib.de
vera ignoſcentia dicētis. Ois infide
lium vita pctūm eſt:ꝛ nihil eſt bonū
ſine ſummo bono. Ad hanc auctem
dupliciter rñdet diu⁹ Thō.vno mō
ꝙ intelligitur ꝑ concomittātiam.ſ.
ſic. Omnis vita infidelium eſt pecca
tum.ſ.cum peccato. Alio mō rñdet
ꝙ intelligitur ſic. Omnis vita ema-
nans ex infidelitate eſt pctūm:ꝛ pro
portionabiliter eſt rñdendū ad mul
tas alias auctates quas affert Gre-
gori⁹:que breuiloq̄a omittūtur.

¶ Queritur ſcđo circa eandē di
ſtinctionē.vtrum aliqua actio huma
na pōt eſſe indifferēs ab bonū ꝛ ma
luꝫ morale. Pro huius difficultatis
enodatione eſt aduertēdū ꝙ duplex
eſt actio humana.ſ.bona moraliter
et mala moraliter:vnde ad actioneꝫ
ſiue actū moraliter bonum:nō ſuffi-
cit ꝙ talis actus ſit liber ꝛ circa obie
ctuꝫ nō prohibitū.ſed vltra iſta duo
requiritur ipſum actum eſſe debitis
circunſtantijs ornatuꝫ. Sed queres
quid ſit circunſtantia:rñdetur ꝙ cir-
cūſtantia ꝑ ſignificātia notiore ſigni
ficat ea que ſunt ꝓxima alicui rei lo-
caliter vel ſaltem multum vicina: et
illi rei extrinſeca:ꝛ omne extrinſecū
dr̄ accidentale illi rei cui extrinſecuꝫ
eſt ꝛ tranſſumptū eſt hoc vocabuluꝫ
ad ea que pertinent ad actus huma
nos:ꝛ ſic circunſtantia eſt res extrin
ſeca vel accidentalis actui hūano:et
Cicero in ſua rhetorica ponit ſepteꝫ
circūſtantias que cōtinentur in hoc
verſu. Quis quid vbi quibus vt quo
modo quādo. Sed vltra iſtas circun
ſtantias philo.noſter in lib.ethi.ad-
dit vnam aliaꝫ.ſ.circa quid. Prima
igitur circūſtantia vocatur quis:ꝛ in
telligitur per eam ipm agens: ꝛ hec
circūſtantia attenditur penes quali
tates vel conditiones ꝑſone agētis
nam qualitas perſone agentis con-
ſtituit circūſt.nam vir doctus grauí⁹
peccat ꝙ̄ indoctus: ꝛ papa grauius
peccat ꝙ̄ cardinalis: ꝛ epūs grauius
ꝙ̄ rector:ꝛ ſacerdos grauius peccat
ꝙ̄ layc⁹ eodē gñe pcti ip itelligēdo.

Eodemmō nobilis vel eques aura tus grauius peccat ꝙ artifex vel colonus: ⁊ comes grauius ꝙ eques: et dux grauius ꝙ comes: et ſic cōſeqn ter aſcendendo vſq ad inuictiſſimū ceſarez. Scōa circūſtātia eſt quid.i. circūſtantia obiecti: ⁊ circa hāc circū ſtantiā attendēda eſt magnitudo ob iecti vel paruitas: vt ſi aliquis vult dare magnū ictum vel paruū. Tertia circūſtantia eſt circa qō ⁊ hec attendēda eſt circa magnitudinē vl' dignitatem perſone circa quā agitur: nam grauius eſt velle dare ictum ſacerdoti ꝙ layco: ⁊ grauius epiſcopo et ſic conſequēter. Quarta eſt vbi.i. circūſtantia loci: nam grauius eſt occidere vel furari in eccleſia ꝙ extra: grauius prope regē ꝙ prope ducez: ⁊ ſic de alijs. Quinta eſt quibus.i. circūſtantia auxiliorū. quia grauius pulſare baculo ꝙ pugno: ⁊ grauius enſe ⁊c. Sexta eſt vt.i. circūſtantia finis grauius eſt occidere propter malum finem ꝙ propter bonuz. Septima eſt quomō.i. circūſtantia conatus grauius peccat ille qui ex magno conatu aut deſiderio fornicatur ⁊ adulteratur ꝙ qui ex paruo. Octaua eſt quādo.i. circunſtātia temporis: grauius peccat qui fornicatur aut occidit die dñico ꝙ die feriali.

¶ Sed circa iſtas circūſtantias eſt magna difficultas inter Guiller. ocham ⁊ omnes alios docto. theologos: an cadant in ratione obiecti: nā Guillermus ochā in hoc ſcōo lib. et in.16. queſtione.3. quolibeti tenet ꝙ duplex eſt actus moraliter bonus.i. extrinſece et intrinceſe. Actus moraliter bonus extrinſece eſt ille qui contingenter ⁊ indifferenter poteſt eſſe bonus ⁊ poteſt eſſe malus: vt volitio eundi ad eccleſiam cauſata ex amore dei: nam dicitur bona propter aſſiſtentiam amoris dei: ⁊ ſi deponat amor dei non amplius eſt bona. Actus intrinſece bonus dicitur ille qui non poteſt elici libere a volūtate humana quin ſit bonus ſtudioſus et laudabilis: et talis actus intrinſece bonus habet omnes circunſtantias pro obiecto: verbi gratia, ſi itellectus alicuius viatoris dictet ꝙ danda eſt elemoſina pauperi propter deuz cū alijs circunſtantijs: et volūtas talis viatoris vellit dare elemoſinaz quia dictatum eſt a ratione recta cum om omnibus debitis circunſtan. tunc talis actus eſt intrinſece bonus ſtudioſus et laudabilis.

¶ Contra iſtam opinionez arguitur ſic. ſequeretur ꝙ nullus laycus indoctus baberet actum intrinſece bonum. ꝯſequens eſt falſum: igitur ſequela probatur: nullus laycus indoctus reflectit ſe ſuper dictamen prudentiale. ergo ſequela vera: antecedens patet: nullus laycus indoctus facit iſtam reflexionem: ſcz volo facere hoc: quia eſt dictatum a recta ratione cum omnibus circunſtantijs debitis: ⁊ hoc requiritur. ergo nullus laycus poteſt elicere actum intrinſece bonum.

Inſuper ſequeretur ꝙ ſi aliquis ruſticus paganus haberet iſtud dictamen.i. dāda eſt elemoſina huic pauperi propter deum: ⁊ hanc volitionē volo dare huic pauperi elemoſinam propter deum: ꝙ talis volitio non eſſet bona: ſuppoſito ꝙ nihil aliō ha-

beret preter dictamen ⁊ volitionem pñs eſt falſum igitur. Tertio argui tur ſic: ſequeretur ꝙ nullꝰ poſſet frui deo meritorie: quia vteretur creatu ra: pñs eſt falſuꝫ: igitur ſequela pro batur: neceſſarium eſt ꝙ talis refle ctat ſe ſuper dictamen prudentiale: et velit tale dictamen. ergo impoſſi bile eſt ꝙ fruatur deo meritorie qui vtatur creatura. Quarto arguit: nul lus eſt dabilis actus intrinſece bonꝰ ad ſenſum iſtius opinionis: igit opi nio nulla: añs probat. ſi eſſet aliqs maxime eſſet iſte. ſ. volo dare elemo ſinam huic pauperi propter deū: qꝛ dictatū eſt a recta ratione. ⁊c. ſed ta lis actus non eſt intrinſece bonꝰ. er go nullus eſt dabilis: minor probat talis actus poteſt effici malus in fa cili caſu. ergo non eſt intrinſece bonꝰ añs probatur: me ignorante vincibi liter poteſt effici iſte pauper diues: quo dato talis actus non eſt ampliꝰ bonus quū dictamen ſit falſuꝫ. ergo poteſt effici malus. Inſup dñs deus pōt ꝓhibere talē actū: veluti ꝓhibuit regi Saulihabere miam erga regeꝫ agag ⁊ amalechitas: ⁊ tunc erit ma lus: ergo poteſt effici malus. Pro pter iſta argumēta quidā modernus dicit ꝙ actus cōformis huic dictami ni. ſ. iuſte eſt agēdū actus ē intrinſe ce bonus: ſed revera decipitur: nam talis actus poteſt prohiberi pro ali quo tempore. ſ. qñ tenetur dormire et tunc ſi continuetur talis actus erit malus: idcirco dicendū eſt reſoluto rie ꝙ ſola dilectio dei ſuper oīa eſt actus intrinſece bonus: nā talis actꝰ non poteſt manere ⁊ eſſe malus.

¶ Alia eſt opinio diui Thomē. et Bonauen. ⁊ doct. ſub. et aliorum doctorū a guiller. ochā tenentiuꝫ ꝙ non omnes circunſtantie ſunt obie cta actus moraliter boni. Et proma iori declaratione eſt aduertendū qꝺ actus moraliter bonus eſt actus con formis dictamini prudentiali ornā tus debitis circūſtantijs: ſiue ſe ha beant in ratione obiecti ſiue nō. Ad actuꝫ moraliter malū ſatis eſt ꝙ de ficiat ei aliqua circunſtantia: vel qꝺ nō ſit ꝯformis dictamini prudētiali.

¶ Contra iſtā opinionē arguit Guiller. ochaꝫ: dato aliquo actu mo raliter bono: vel talis eſt intriſece bo nus: ⁊ nō pōt eſſe itrinſece bonꝰ niſi habeat oēs circūſtantias ꝓ obiecto: vel non eſt intrinſece bonus ſi ſcđm quū nō ſit ꝓceſſus in infinitū deue niendū erit ad actū intrinſece bonū ⁊ talis habebit oēs circūſt. ꝓ obiecto igr̄ opinio nulla. Pro huiꝰ argumē ti ſolu. eſt aduertēdū ꝙ biphariā ali quis actus đr intriſece bonꝰ moralr̄ Uno mō ad ſenſuꝫ Guiller. ochā. et ſic nullus eſt actus intrinſece bonus niſi ſola dilectio dei ſup oīa: ⁊ negat ꝙ talis dilectio dei ſup oīa hēat oēs circūſt. ꝓ obiecto. Alio mō pōt capi actus intrinſece bonus ꝓ actu bono moralr̄ q̄ non eſt capiēs bonitatē ab alio actu: ⁊ iſto mō oēs actꝰ boni mo ralr̄ q̄ ſolū ſunt eliciti: ⁊ nō imperati ſunt intrinſece boni: ⁊ omnes alij a ctus boni moraliter qui non ſunt ſo lum eliciti ſunt extrinſece boni: nec tales actus itrinſece boni habēt om nes circunſtātias pro obiecto. Iſto notato facile eſt reſpondere ad for mam argumenti vt patet intuenti.

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur: ſequeretur quod per aliquod mere naturale aliquis actus efficeretur bonus moraliter de non bono: ⁊ meritorius de non meritorio: ɔñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: poſito ꝙ aliquis viator habeat iſtaȝ volitioneȝ ſine aliquo dictamine et ſimplici apprehenſione terminorum. ſ. volo dare elemoſinam huic pauperi propter deum: et poſtea producatur naturaliter dictamen prudẽtiale regulans talem volitioneȝ: tunc habetur ſequela. Hoc argumentū eſt enſis ayacis: nam retorquetur contra ip̄m ocham inferendo ꝙ aliquis act⁹ nō malus per aliquod mere naturale efficitur malus et etiam peior: patet de actu indifferenti: ſi poſtea producatur mere naturaliter conſcientia in oppoſitum. Et ſi dicas ꝙ libera continuatio facit talem actum malū proportionabiliter dicet ꝙ libera cōtinuatio actus facit de non bono bonum adueniente dictamine prudentiali.

¶ Contra declarationem circūſtantiarum arguitur ſic: ſequeretur ꝙ circunſtantia perſone agrauaret peccatum: ɔñs eſt falſum: igitur minor probatur: ſequeretur ꝙ daretur aliquis actus infinite malus: ɔñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: habēs diuitias grauius peccat ꝙ̄ pauper ceteris alijs paribus: quia circūſtantia diuitiarum agrauat: ſed dabilis eſt circunſtantia in infinitū melior ꝙ̄ circunſtantia diuitiaruȝ. ergo dabilis eſt act⁹ infinite malus: minor probatur: aſſiſtentia gratie gratū facientis eſt circunſtantia in infinitum melior ꝙ̄ circunſtantia diuitiarum. ergo talis circunſtantia reddet actum infinite malum. Ad hoc argumentum rñdetur negando minoreȝ ⁊ ad probationē negatur ɔña: quia nō in ea proportione in qua talis circūſtantia eſt melior agrauat peccatuȝ. Et ſi queras in qua proportiōe magis agrauat circunſtantia gratie: quā circunſtantia diuitiarū: reſpondetur ꝙ in ea proportione in qua de⁹ magis obligat habentem gratiaȝ ꝙ̄ habentem diuitias. Contra iſtam ſolutionē arguitur ſic: ſequeretur ꝙ vetula exiſtens in gratia grau⁹ peccaret eodeȝ genere peccati ꝙ̄ doctor theologus exiſtens in peccato mortali: ɔñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: vetula habet circūſtantiā gratie et doctor theologus nō habet. ergo grauius peccat doctor theologus ꝙ̄ vetula. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negatur ɔña: ratio eſt: quia doctor theologus habet circūſtantiā perſone aut ſcientie: et magis agrauat ꝙ̄ circunſtantia gratie gratū facientis.

¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur: ſequeretur ꝙ p̄deſtinatio agrauaret peccatum: ɔñs eſt falſum: igit̄ ſequela probatur: inter omnia beneficia que conferūtur a deo viatori p̄deſtinatio eſt maximū. ergo predeſtinatio agrauat peccatum. Ad hanc replicam rñdetur diſtinguendo ſeq̄lam: vel talis viator ſcit ſe eſſe predeſtinatum ex reuelatione: ⁊ ſic conceditur illa ⁊ negatur minor: ſi vero neſciat ſe eſſe predeſtinatum: et ſic

negatur illa: ⁊ ad probationē₃ nega
tur ꝯña: ⁊ ratio eſt: quia talis neſcit
ſe habere tale beneficium. ¶Contra
iſtam ſolutionem arguitur: ſequereꝛ
ꝙ infidelitas agrauaret peccatum:
ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela proba
tur: infidelitas eſt peccatum: ia₃ pro
batur minor: minus peccat infidelis
eodem genere peccati ꝙ xpian⁹. er
go infidelitas diminuit peccatum: ⁊
per ꝯñs non agrauat. Ad hanc repli
cam rñdetur negando ſequelam: et
ad probationem negatur ꝯña: et ra
tio eſt: quia infidelitas priuat ſcien
tiam ſeu deſtruit: ⁊ ſcientia eſt circũ
ſtantia magis agrauans.

¶Secundo arguitur. ſeqretur
ꝙ xpianus bonus magis mereretur
cu₃ ſimili actu ꝙ minus bonus: ꝯñs
eſt falſum: igitur minor probatur: ſe
queretur ꝙ talis xpianus melior al
tero in infinitum mereretur: ꝯñs eſt
abſurdum: igitur ſequela probatur:
talis xpianus ratione talis actus ef
ficitur melior et ratione talis melio
rationis magis meretur: ⁊ iterum
ratione talis augmenti meriti iterũ
melioratur ratione cuiusmagis me
retur ⁊ ſic conſequenter. ergo in in
finitum talis bonus xpianus mereꝛ
ſiue melioraꝛ. Inſuper ſequereꝛ ꝙ
ſi bonus xpianus eliceret duos act⁹
ſtudioſos: quilibet taliu₃ actuũ eſſet
melior ꝙ ſi ſeorſum eliceretur: ꝯñs
eſt falſum: igitur. Ad primũ iſtoru₃
diſtiguitur ſequela: vel talis melior
xpianus eſt obligatus ratione voti:
vel officij ſuſcepti: ⁊ ſic conceditur il
la ⁊ negatur minor: ⁊ ad probationē
patet reſpōſio ex.17. diſtin.1. ſniaꝝ.
Si vero talis melior xpianus nō ſit
magis obligatus ꝙ alter: negatur
ſequela. Ad aliud rñdetur negando
ſequelam: nam dictum eſt ꝙ non au
get meritum perſone bonitas: niſi
talis perſona ſit magis obligata.

¶Tertio arguitur ſic. ſi circun
ſtantia obiecti agrauaret peccatũ: ſe
queretur ꝙ dabile eſſet peccatum in
finite malicie: ꝯñs eſt falſum: igiꝛ ſe
quela probatur: ſi viator vult noce
re epiſcopo graui⁹ peccat: ꝙ ſi vult
nocere ſimplici ſacerdoti. ergo ſi via
tor vult offendere deum peccat pec
cato īfinite malicie ꝯña ten₃: q2 dñs
deus in infinitu₃ eſt obiectum meli⁹
ꝙ ſacerdos vel archiepiſcopus. Ad
hoc argumentũ rñdetur negando ſe
quelam: ⁊ ad probationem negatur
ꝯña: ⁊ ad probationē dato ꝙ de⁹ ſit
obiectum in infinitu₃ melius ꝙ epi
ſcopus vel ſacerdos: non propterea
dat infinitam grauitatem tali actui:
nam non in ea proportiōe in qua ob
iectum eſt melius: dat grauitatem
actui cuius eſt obiectum: ſicut dictũ
eſt de circunſtantia perſone. Et ſi ar
guas de illo qui vult occidere infini
tos homines: liquet rñſio ex.17. di
ſtin.1. ſniarũ. Ideo aliter arguiꝛ: ſe
quitur ꝙ viator volens occidere exi
ſtentem in peccato mortali: minus
peccat ꝙ volendo occidere exiſten
tem in gratia: ꝯñs eſt falſum: igitur
ſequela probatur: exiſtens in gratia
eſt melius obiectu₃ ꝙ exiſtēs in pec
cato mortali. ergo viator minus pec
cat volendo occidere exiſtentem in
peccato mortali: ꝙ volendo occide
re exiſtentem in gratia: iam probaꝛ
falſitas ꝯñtis: talis viator mai⁹ no
cumentu₃ infert exiſtenti in peccato

mortali ꝙ exiſtenti in gratia. ergo grauius peccat volendo occidere exiſtentem ī peccato mortali: ꝙ exiſtentem in gratia

Ad hanc replicam rñdetur negādo ſequelam: ⁊ ad probationem negat ꝯña: ratio eſt aliquo modo tacta in probatione minoris: nam talis viator duplex nocumentū infert exiſtēti in peccato mortali: q͛ aufert ei vitam corporalem ⁊ ſpūalem: ⁊ intelligitur hec rñſio dūmodo viator ſciat alterum eſſe in peccato ⁊ alterū in gratia ſi ignoraret aliter eſſet dicēdū

¶ Et ſi arguas: ſi duo ſint in extrema neceſſitate: vnus in gratia ⁊ alter in peccato mortali: ⁊ hoc cognoſcat bonus xp̄ianus qui poteſt alteri ſuccurrere ⁊ non duobus: cui debet magis ſuccurrere. Ad hoc rñdetur ꝙ exiſtēti in gratia: nam ille qui exiſtit ī peccato mortali: poteſt agere penitentiam et ſaluari: et ſi non agit penitētiam damnabitur: ſed hoc proueniet ex culpa ſua ⁊ non ex culpa boni chriſtiani.

¶ Quarto arguitur: ſequeretur ꝙ circunſtantia boni finis diminueret maliciā actus mali. conſequens eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur: minus peccat volens furari: vt det elemoſinam pauperi: ꝙ volens furari vt genio indulgeat ſuo ⁊ hoc ideo eſt: quia finis primi actus eſt melior ꝙ finis ſcdi actus: igitur. Ad hoc argumentum reſpondet monachus ciſterſienſis negando ſequelam: ſed iſta opinio nequit deffendi nam certum eſt ꝙ qui vult cognoſcere vxorem propter libidinē explendam peccat venialiter: et ſi vellet propter prolem bene agit: igitur neceſſario eſt dicendum ꝙ circunſtantia boni finis diminuit maliciam actus

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur: ſequeretur ꝙ mendacium pernicioſum poſſet bene fieri: cōſequens eſt contra Auguſt. in lib. de mendacio et habetur in. 22. diſtinctiōe queſtione. 2. igitur ſolutio nulla: ſequela probatur: ſignetur aliquod mendacium pernicioſum malicie vt. 2. et adducatur circunſtantia boni finis que diminuat vnum gradum malicie: tunc dabilis erit aliqua alia boni alterius finis que diminuet alterum gradū malicie: igitur tunc remanebit mendacium ſine malicia. Si dicas ꝙ nō eſt dabilis talis circunſtantia: tunc capiet vnum aliud mendaciū pernicioſum malicie vt vnum: et afferatur prima circunſtantia: tunc talis circunſtantia boni finis aufert totā maliciam ab iſto ſcd̄o mendacio: igitur dabitur mendacium ſine malicia aīcedens probatur: talis circunſtantia boni finis a primo mendacio pernicioſo auferebat vnum gradū malicie. ergo tantū aufert a ſcd̄o mendacio pernicioſo. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: et ad probationem dicitur ꝙ circūſtantia boni finis magis aufert a priori actu ꝙ a minus malo.

¶ Et ſi vlterius arguas: ponēdo duos viatores: quorum primus vult furari propter auariciam: et ſecūdus propter auariciam ⁊ vt det pauperibus: tunc iſti duo equaliter peccant: igitur ſolutio nulla: negatur minor: imo ſcd̄us minus peccat quā primus ob circunſtantiā boni finis.

Sed queres de illó volenti furari ꝑpter inanem gloꝛiam an talis finis inanis gloꝛie moꝛtaliter agrauet vl' venialiter. Ad hoc reſpondetur ꝙ talis finis ſolum agrauat venialiter: ratio eſt: quia talis volitio nō poteſt habere maioꝛem maliciaꝫ ꝙ̄ habeāt iſte due volitiōes. ſ. volo furari volo ïanem gloꝛiāquarum vna eſt moꝛtalis ꝛ alia venialis. Sed queres vlterius: ſi viatoꝛ habeat duas volitiones diſtinctas: quarum vna eſt bona moꝛaliter ꝛ alia eſt mala: vtrum mala volitio deſtruat bonitatem alteriꝰ Ad hoc reſpondetur ꝙ talis volitio mala nullo modo deſtruit bonitateꝫ alterius: bene tamen verum eſt ꝙ ſi talis volitio ſit mala moꝛtaliter faciet ꝙ alia non ſit meritoꝛia. Cōtra circunſtantiā tempoꝛis poſſent fieri aliquot argumenta: ſed iam viſa ſūt abunde in. 17. d: ſtīu. 1. ſnīarū.

¶ Vlterius, eſt aduertendū qđ eſt diſtinctio magiſtralis omnium theologoꝛuꝫ. ſ. ꝙ triplex eſt bonitas actus. Pꝛima eſt ex genere ſiue ex obiecto. et eſt actus qui fertur in obiectum conueniens ꝛ non pꝛohibitū vt diligere hominem velle ambulare per vicum: et ſic de alijs. Alia eſt bonitas ex circunſtantijs: et nihil aliud eſt ꝙ̄ actus moꝛaliter bonus. Tertia eſt bonitas meritoꝛia: et nihil aliud eſt quā actus acceptus ad vitam eternam. Et quia tot modis dicitur vnum oppoſitoꝛum quod et reliquuꝫ triplex eſt malicia. Pꝛima eſt ex genere ſiue obiecto: et eſt actꝰ qui fertur in obiectum pꝛohibitū vt velle cognoſcere non ſuā velle capere alienum ꝛc. Alia eſt malicia ex circunſtantijs: ꝛ nihil aliud eſt ꝙ̄ actus moꝛaliter malus eſt etiam duplex iſta malicia. ſ. contraria ꝛ pꝛiuatiua exemplū pꝛimi mēbꝛi: qñ aponitur circunſtantia cōtraria: vt volitio qua viatoꝛ vult dare elemoſinam ꝑpter vanam gloꝛiam. exemplum ſcđi mēbꝛi: quando deeſt circūſtantia requiſita. verbi gratia. Si aliquis viatoꝛ ex ſimplici appꝛehenſione terminorum velit dare elemoſinam pauperi in tempoꝛe in quo tenetur: tunc talis volitio eſt mala moꝛaliter pꝛiuatiue quia deeſt ei dictamen pꝛudentiale: quod eſt circunſtantia requiſita neceſſario ad actum moꝛaliter bonum Tertia eſt malicia demeritoꝛia: et eſt actus deacceptatus ad vitaꝫ eternam: et acceptatus ad aliquaꝫ penā eternam vel tempoꝛalem.

¶ Poſtremo eſt aduertendum ꝙ magna eſt controuerſia inter doctoꝛes catholicos: an ſit dabilis actꝰ medius indifferens inter bonum et maluꝫ moꝛaliter qui ſit deliberatus nam de indeliberato naturali nō eſt ambiguū: naꝫ ſcđm oēs tales actus naturales ꝛ ideliberati nec ſūt boni neqꝫ mali moꝛaliter: ſed indifferentes. queſtio igitur eſt de actibus deliberatis. vnde diuus Thom. tenet in. 8. et. 9. arti. 18. queſtionis: pꝛime ſcđe: ꝙ dabilis eſt actus indifferens ſcđm ſpēm. i. actus circa viam qui poteſt oꝛdinari in bonum vel in malum finem indifferenter: non tamen eſt dabilis actus indifferens ſcđm indiuiduum: ita ꝙ quocūqꝫ actu deliberato verum eſt dicere ꝙ ſit bonus vel malus moꝛaliter.

¶ Contra iſtã opinionẽ arguitur duplici aucte. Prima eſt phi in 2. ethi. dicentis. Habitus iuſticie generatur ex operibus iuſticie: non tamen iuſte factis. Scða eſt eiuſdem philo. in. 4. ethi. dicentis. Prodigi non ſunt mali ⁊ non ſunt ſtudioſi. ergo ſunt indifferentes. Ad primã auctoritatẽ rñdetur ꝙ philo. capit opus iuſte factũ pro opere facto cum promptitudine ⁊ delectatione: nihilominus talia opera iuſta ſunt actus ſtudioſi. Ad ſcðam auctatem rñdetur ꝙ philoſo. ſolum intendit dicere ꝙ pdigi non ſunt nociui: nihilominus ſunt mali moraliter. Jam arguitur ratione. Dabilis eſt actus indifferens ſcðm ſpeciem. ergo ſcðm indiuiduũ ſimiliter eſt dabilis: ꝯña tenet: qꝛ omnis ſpecies que eſt in rerum natura habet indiuiduum aliquod. Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝯñam: ⁊ ad probationem dꝛ ꝙ equiuocatur de ly ſcðm ſpeciem: nam ſpecies ibi capitur pro obiecto. Contra iſtã ſolutionem arguitur: volo ꝙ aliqs viator velit dare elemoſinam pauperi non ordinando in deum in tempore in quo non tenetur diligere deũ: tũc talis actus eſt indifferens: igitur dabilis eſt actus indifferens inter bonum et malum moraliter: añs pbat talis actus non eſt bonus moraliter quia non habet finem debitum: neqꝫ eſt malus moraliter. ergo eſt indifferens: minor probatur. ſi eſſet malus ideo eſſet: quia non refert in deum: ſed non obligatur in tali tempore ex ypoteſi. ergo non eſt malus moralr. Ad hanc replicam rñdetur negando añs: et ad probationem diſtinguitur maior: vel talis actus refertur in aliquem finem honeſtũ: ⁊ ſic negatur maior: nam ſcðm diuũ Tho. ad hoc ꝙ aliquis actus ſit bonus moraliter non requiritur ꝙ referatur in deum ſed ſufficit ꝙ referatur in aliquem finem honeſtum vt dictum eſt in precedenti queſtione: ſi vero talis actus in nullum finem referatur concedit illa ⁊ negatur minor: et ad probationem negatur maior: ſed ideo eſt malus moraliter: qꝛ in nullũ finem honeſtum refertur.

¶ Alia eſt opinio diui Bonauen. doct. ſub. Guillermi ocha: ſcðm quã rñdetur ad queſtionẽ p aliquot ꝯclu. quarum prima eſt iſta. Non eſt dabilis actus indifferens deliberatus inter bonum ex genere ⁊ malum ex genere. Hec ꝯclu. probatur inter obiectum prohibitum ⁊ non prohibitũ non eſt dabile medium: nã inter cõtradictoria non eſt dabile mediũ. ergo non eſt dabilis actus indifferens deliberatus inter bonum ex genere: ⁊ malum ex genere. Inſuper quocũqꝫ actu deliberato dato: vel habꝫ obiectum prohibitũ vel non prohibitũ ſi primũ eſt malus talis actus ex genere: ſi ſcðm eſt bonus ex genere: igit nullus eſt dabilis actus indifferens inter bonum ex genere ⁊ malum ex genere. Scða cõclu. eſt iſta: dabilis eſt actio humana deliberata ⁊ indifferens inter bonum ⁊ malum moraliter. Iſta ꝯclu. patet ex argumẽtis in alteram partẽ deductis. Tertia ꝯclu. eſt iſta: dabilis eſt actus indifferens deliberatus inter meritum ⁊ demeritum. iſta ꝯclu. patꝫ de actibus moraliter bonis quos ſcilicet xpianus

exiſtens in peccato mortali: nam ta
les actus nec ſunt meritorij nec de-
meritorij: ſed ſunt medij ⁊ indifferē
tes inter meritum ⁊ demeritum: in
hac cōclu. ⁊ prima omnes doctores
catho. conueniunt.

¶ Contra ſcdām conclu. argui
tur ſic trib⁹ auct. quarum prima eſt
ſaluatoris nr̄i Mat. 12. dicentis. De
omni verbo ocioſo qđ loquti fuerūt
homines reddent rationē in die iu
dicij: ſed actus indifferētes ſūt ocio
ſi. ergo ſunt mali: minor probatur:
verbum ocioſum dicit̄ illud quod ca
ret ratione iuſte neceſſitatis ⁊ inten
tione pie vtilitatis: ſed omnis actus
indifferens caret ratione iuſte neceſ
ſitatis ⁊ intentione pie vtilitatis: er
go omnis actus indifferēs eſt ocioſ⁹
⁊ per ɔ̄ns malus. Scđa auctas eſt
apl̄i. 1. ad corin. 1. cap. dicentis. Om
nia in gloriam dei facite. Tertia eſt
eiuſdem apl̄i ad colo. 3. dicētis. Om
nia quecūq; facitis ſiue i verbo ſiue
in opere: omnia in nomine ieſu xp̄i
facite. Ad primā auctem rn̄detur a
diuo Bonauen. q illi gloſe addēda
eſt hec particula quā tenet̄ habere:
ſcz ita q ſic deſcribitur verbū ocioſū
puta illud qđ caret ratione iuſte ne-
ceſſitatis ⁊ intentione pie vtilitatis
quā tenetur habere: modo actus in-
differens q̄uis careat ratione iuſte
neceſſitatis ⁊ intentione pie vtilita-
tis: nō tn̄ tenetur ipam habere: nam
elicit̄ in tempore p quō viator ipam
eliciens non tenetur diligere deum.
Ad alias auctates rn̄detur bipartitā
Uno mō q intelligunt̄ negatiue ſic
ſcz. Nihil facite contra gloriam dei:
aut contra honorē dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i.
Alio mō reſpondet̄ q talia precepta
ſunt affirmatiua: et quāuis obligent
ad ſemper: non tamen pro ſemper.
Jam arguitur ratione contra eandē
conclu. quā format Greg. de arimi.
dato tali actu indifferenti creatura:
quieſcit in tali actu. ergo talis actus
eſt malus. ɔ̄ña tenet: q2 quieſcit in
creatura: ⁊ añs probatur. talis act⁹
indifferens nō refertur actu neq; ha
bitu in deū: ergo viator quieſcit in
tali actu. Ad hoc argumentum rn̄de
tur negando ɔ̄ñam: ⁊ ad probationē
diſtingo q quieſcat in creatura: vel
amando ipſam tanq; ſummū bonū:
et ſic negatur illud: vel non tanq; ſū
mū bonum: ⁊ ſic ɔcēditur illud et ne
gatur q ideo talis actus ſit malus:
aut fruitio creature: nam ad fruitio-
nem creature nō ſufficit q creatura
diligatur, ppter ſe: vt dictū eſt in. 1.
diſtin. 1. li. ſniaꝶ. Sed vltra hoc req̄
ritur q diligat̄ creatura tanq; ſūmū
bonum ⁊ vltimus finis. Et ſi vlteri⁹
arguas inferēdo q idē actus nūero
prio erit indifferēs deinde bon⁹ mo
raliter: et tandē pctm̄. Nō habetur p
incōuenientī illatū: imo diu⁹ Tho. te
netur concedere q aliquis actus pri
mo eſt bonus moraliter: et deinde
peccatum.

¶ Queritur tertio circa eandē
diſtin. vtrum in habente gratiā gra
tum facientē ſit dabilis actus indif-
ferens inter meritorium ⁊ demerito
rium. Ad hanc difficultatem rn̄det
diuus Tho. in preſenti. q. ⁊ in q̄ſtio-
ne de malo negatiue ⁊ pcedendo de
actu deliberato: ratio eius eſt: q2 om
nis actus deliberatus eſt bonus vel
malus moraliter: ſi primū ē meritor

rius in habente gratiam: ſi ſcđm eſt demeritorius.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic a doctore ſubtili: ſequeretur ꝙ habens charitatem ſiue gratiam gratum facientē: continuo ⁊ frequēter peccaret. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur: habens charitatem frequenter elicit multos actus quos non refert in deum: imo nec cogitat de deo. ergo habens gratiam gratū faciē. continuo et frequenter peccat. Pro huius argumenti ſolutiōe eſt aduertendū ꝙ ſcđm diuū Tho. ad actum moraliter bonum non requiritur ꝙ actualiter vel virtualiter referatur in deum: ſed ſatis eſt ꝙ referatur in aliquem finem honeſtū: vt dictum eſt in prima. q. huius diſtin. et multi decipiuntur in hoc credentes ꝙ requiritur aliqualis relatio in deū ſcđm mentem diui Tho. Iſto notato facile eſt rñdere ad formam argumenti negando ſequelam ⁊ ad ꝓbationem negatur ꝯña: ratio eſt q: non requiritur ad actum moraliter bonū ꝙ referatur actualiter vel virtualiter in deum. Ex iſta rñſione patet ꝙ habens charitatē frequenter meretur nam elicit actus moraliter bonos et per omnes tales meretur. Sequitur ſcđo ꝙ ſi habens charitatem comedat et bibat vt reficiat corpus: vł ambulet poſt cenam cauſa ſanitatis quãuis non cogitet de deo meretur per iſtos actus vitam eternam. Contra iſtam ſolutionem arguitur. tales actus non referuntur in deū actualr̄ vel virtualiter. ergo quãuis ſint moraliter boni non ſunt meritorij: ꝯña tenet: quia licet ad actū moralr̄ bonū nō requiratur aliqualis relatio in deum: tamen ad meritū requiritur aliqualis relatio in dñm deū. Pro huius replice ſolutione eſt aduertendum ꝙ quãuis ab omnibus doctoribus theolo. ponatur triplex relatio in deū. ſ. actualis virtualis ⁊ habitualis: diuerſimode tamē capiunt iſtas relationes: maxime duas vltimas. nam in prima omnes conueniunt. ſ. ꝙ relatio actualis dicitur illa qua actualiter bonus xp̄ianus ordinat ſuā operationem in dñū deū. Relatio virtualis a diuo Tho. declaratur ſic ſcʒ ꝙ quando aliquis viator ordinauit ſeipſum: et opera ſua in dñū deū poſtea omnes actus moraliter boni qui eliciuntur a tali viatore virtualr̄ referuntur in deū: quãuis nō cogitet dūmodo non habuerit contrariū illius ordinationis. Sed non taliter declaratur ab alijs doctoribus: vt vi debitur. Relatio habitualis eſt quādo aliquis habet habitum referēdi: vel eſt paratus referre ſi cogitet de deo.

¶ Iſto notato rñdetur ad formam replice negando antecedens: capiendo virtualiter iſto modo quo declaratū eſt. imo omnes tales virtualiter referūtur in deū: quare egregie facit xp̄ianus ſi quolibet die dñico querat ab altiſſimo veniam ſuoꝝ delictorum: et ſeipſum ordinet ⁊ omnia opera ſua in deū: naʒ poſtea omnes actus moraliter boni quos eliciet erunt meritorij vite eterne poſtquā virtualiter referūtur in deū. Et ſi arguas aucte gloſe ſuper illud ad rom. 7. velle mihi adiacet dicentis. eſt velle gratie velle vitij ⁊ velle na

ture:ſed actio rſidet voluntati. ergo inter actionem meritoriam ꝛ vitioſā cadit aliqua media. Rñdetur ꝙ hec gloſa non eſt contra diuū Tho. nam procedit de volitione naturali: non autem de deliberata: vel procedit i non habente gratiam gratum faciē. huic opinioni fauet Greg. de arimi. quāuis non ponat niſi duplicem relationem. ſ. actualem ꝛ habitualem ſufficere ad actum moraliter bonū. Et ſcđm eum relatio habitualis eſt quando actus moraliter bonus elicitur effectiue a charitate: quare ſequitur ex iſta opinione Grego. ꝙ charitas effectiue concurrit ad omnes actus moraliter bonos elicitos a viatore habente ipſam charitatem quāuis tales actus diſtinguātur ſpecie.

¶ Alia eſt opinio diui Bonauen. doct. ſub. Guiller. ocham rñdentium affirmatiue ad .q. nā habens charitatē elicit multos actus quos non refert in deum actu: vel virtualiter in tempore pro quo non tenetur referre: ꝛ tales actus nec ſunt meritorij nec demeritorij: ꝛ relatio v̄tualis ſcđm iſtos doctores: eſt qñ talis actus cauſatur vel fuit cauſatus ex dilectione dei actuali. Contra iſtam opinionē arguit Grego. de arimi. tales actus non referuntur actu: neqꝫ virtualiter in deum. ergo ſunt mali moraliter: ꝯña tenet: quia deficit circunſtantia vltimi finis.

Ad hoc argumentū reſpondetur negando ꝯñam: ꝛ ad probationem dicit ꝙ circunſtantia vltimi finis non ſemper eſt ponenda: ſed ſolum in tēpore pro quo quis tenetur referre in deum actus ſuos.

An voluntas et actio mala in eodem homine et circa eādem rem ſint vnum peccatum an plura.

Diſtinctio. XLII.



Cum autē volūtas mala et operatio ſint peccatū: queri ſolet vtrū in eodē hoīe et circa eandē rē hec duo vnū ſint peccatū vel diuerſa: vt ſi quis voluntate furatur: volūtatē habuit malā que pctūm eſt: ꝛ actū malū qui itē pctūm eſt. Hec aūt duo diuerſa ſunt. ſ. voluntas ꝛ actio. Sed nūquid diuerſa ſunt pctā an vnū. Quidā dicunt vnū eſſe pctūm: alij vero dicūt diuerſa eſſe pctā: qꝛ cū conſtet hec duo eſſe diuerſa: aut diuerſa duo pctā dicūtur: aut duo diuerſa nō pctā Quibꝰ alij rñdēt: hec duo diuerſa eſſe pctā nō plura. Non enim plura pctā ſunt: ſꝫ pctūm vnum qꝛ vna preuaricatio vel i[illegible]bedientia in vtroqꝫ admittitur: ſiue qñ vult ſiue qñ agit: ꝛ vnus eſt ibi contemptus: ſed minor cū in voluntate ſolū pctūm cōtinetur.

Maior vero cum voluntati etiā operatio additur: ꝛ ideo maius fit peccatum ſed non plura: cum voluntas operi mancipatur.

Alia contra eoſdem oppoſitio.

Sed adhuc eiſdem obijcitur Si vnum tantū illa duo pecca ta ſunt: cum quis voluntate ma la prius concepta deinde op⁹pa trauerit: non pro aliquo reus eſt niſi pro quo ante opus reus erat cum adhuc in ſola voluntate pec catum conſiſtebat. Nullus enim reus eſt eterne mortis: niſi ꝑ pec cato: ſed peccatum aliud non eſt admiſſum actione ꝙ prius ad/ miſſum erat voluntate. Non er/ go pro aliquo alio iſte fit damna bilis actu peccando ꝙ ante fue/ rat cum ſola voluntate delinque bat. Ad hoc etiam ꝛ illi reſpon/ dent dicentes. propter peccatū quidem tantum illum furem re/ um conſtitui: ꝙuis eius volun/ tas ꝛ actio vnum ſint peccatum pro alio tamē reus fact⁹ eſt actu peccando ꝙ prius erat ſola vo/ luntate delinquendo: quia pro actu qui eſt aliud ꝙ voluntas: licet non aliud peccatum.

Alia aduerſus eoſdem obie ctio.

Item ꝛ adhuc queſtioni in/ ſtant dicētes hec duo ideo diuer ſa eſſe peccata: quia diuerſorū le/ gis mandatorum preuaricatio/ nes ſunt. Alio enim mandato le gis prohibetur actio furti. ſ. non furaberis: alio furandi voluntas ſcꝫ. Non concupiſces rem proxi mi tui. Cum autē hec duo diuer ſa mandata ſunt quibus illa duo prohibentur: patꝫ illa duo diuer ſas eſſe preuaricationes: diuerſa eſſe peccata. Ad quod etiam illi dicunt diuerſa quidem eſſe man data: quibus illa duo diſtinctim prohibentur: vt Aug⁹. docet ſu per Exod. Verūtamē in illis nō obſeruatis vna tantum preuari catio incurritur: vnum ꝙ contra hitur peccatum: licet duo diuer/ ſa illis prohibeantur. Sicut ecō uerſo duo ſunt mandata charita tis: quibus duo precipiuntur di ligi: vnum tamen in eis nobis cō mendatur charitas.

Si peccatum ab aliquo ad-miſſum in eo ſit quouſqꝫ pe-niteat.

Preterea ſolet queri: cum ab

aliqua perpetrato voluntate peccato voluntas id agendi ⁊ actio tranſierit: nondum tamen vera habita penitentia: vtrum illud peccatum vſqꝫ quo peniteat ſit in eo. Quod non eſſe videtur: quia voluntas illa que prius fuit non eſt neqꝫ actio: quia neqꝫ vult illđ vel agit quod ante voluit ⁊ egit. Sed non eſt ignorandum peccatum duobus modis dici eſſe in aliquo et tranſire.ſ.actu ⁊ reatu. Actu eſt in aliquo dum ipſũ peccatum eſt: vt actio vel voluntas in peccante eſt. Reatu vero cum pro eo ſiue tranſierit ſiue aſſit mens hominis polluta eſt et corrupta: totuſqꝫ homo ſupplicijs obligatus perpetuis: nec vnqꝫ eſt in aliquo peccatum actu ꝑter originale quin ſit etiam reatu ſed eſt reatu interdum poſtquaꝫ tranſit actu.

Quibus modis dicitur i ſcriptura reatus.

Reatus in ſcriptura multipliciter accipitur.ſ.pro culpa pro pena pro obligatione pene temporalis vel eterne. Si enim mortale eſt: obligat nos pene eterne: ſi veniale obligat nos pene temporali. Duo enim ſunt genera peccatorum: mortalium.ſ.⁊ venialium. Mortale eſt per quod homo mortem eternam meretur. Crimen eniꝫ: vt ait Auguſt. eſt quod eſt dignum accuſatione et damnatione. Veniale eſt qđ hominem in reatum perpetue mortis non grauat: verũtamen penã meretur: ſꝫ facile indulgetur.

De modis peccatorum qui multipliciter aſſignantur.

Modi autem peccatorũ varias in ſcriptura habent diſtictiones in qua dicitur peccatuꝫ duobus modis committi.ſ.cupiditate ⁊ timore: vt Aug⁹.tradit ſup illum locum pſal. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa. His enim duo⁹ modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incenſa ea dicit q̃ ex cupiditate male incedẽte oriũtur. Suffoſſa vero que ex timore male humiliante proueniunt: quod eſt quando quis cupit nõ cupienda: vel timet non timẽda. Alibi vero dicitur peccatuꝫ fieri tribus modis.ſ.cogitatu: verbo et opere. Unde Hiero.ſuper Ezeh. Tria generalia delicta ſũt quibus humanuꝫ ſubiacet gen⁹ Aut eniꝫ cogitatione aut ſermone aut opere peccamus. His ali

quando etiam additur quartus modus.ſ. conſuetudinis: quod in quadriduano Lazaro ſignificatum eſt. Dicitur quoq̧ homo peccare in deum: in ſe ⁊ in proximum. In deum cum de deo male ſentit: vt hereticus: vel que dei ſunt vſurpare preſumit indigne participando ſacramentis: vel quando nomẽ dei peierando cõtemptibile facit. In proximum peccat: cum proximum iniuſte ledit. In ſe vero cum ſibi ⁊ nõ alij nocet.

Quomodo differant delictum et peccatum.

¶ Uariam quoq̧ appellationẽ habet. Dicitur enim peccatum etiam delictum. Et delictum forte aſſe eſt: vt ait Auguſt. in q̃ſtionibus leuitici: declinare a bono: peccatum eſt facere malum. Aliud eſt enim declinare a bono: aliud eſt facere malum. Peccatũ ergo ergo eſt perpetratio mali: delictum deſertio boni. qđ ⁊ ipm oſtendit nomen. Quid enim aliud ſonat delictum niſi derelictum et qui delinquit: quid derelinq̃t niſi bonum. Uel delictum eſt qđ ignoranter fit peccatum qđ ſciẽter committitur. Indifferẽter tamen ⁊ peccatum nomine delicti et delictum nomine peccati appellatur.

De ſeptem principalibus vitijs.

¶ Propterea ſciendum eſt ſeptem eſſe vitia capitalia vel principalia: vt Grego. ſuper Exod. ait. ſ. inanem gloriam iram inuidiam accidiam vel triſticiã: auariciam caſtrimargiã luxuriam. Que vt ait Joan. chryſo. ſignificata ſunt in ſeptẽ populis qui terram promiſſionis iſraeli promiſſam tenebant. De his quaſi ſeptem fontibus cuncte animarũ mortifere corruptele emanãt. Et dicuntur hec capitalia: quia ex eis oriuntur omnia mala. nullum enim malum eſt quod etiã non ab aliquo horum originem trahat.

De ſuperbia que eſt radix omnis mali.

¶ Ex ſuperbia tamẽ omnia mala oriuntur ⁊ hec ⁊ alia: q2 vt ait Greg9. Radix cũcti mali eſt ſuperbia. de qua dicitur. Initium omnis peccati eſt ſuperbia: que eſt amor proprie excellentie. Cuius quatuor ſunt ſpẽs: vt greg9. ait. Prima eſt cum bonũ quod

habet quis ſibi attribuit. Scđa cum credit a deo eſſe datum: ſed tamen pro ſuis meritis. Tertia cum ſe iactat habere quod nō habet. Quarta cum ceteris deſpectis ſingulariter vult videri. Merito ergo radix omnis mali dicitur ſuperbia. Huic autem videtur obuiare quod apoſtolus ait. Radix oīm malorum eſt cupiditas: quia ſi radix omnium malorum eſt cupiditas: ergo ſuperbie Quō ergo ſuperbia radix eſt et initium omnis peccati.

Quo ſenſu vtrumq3 radix dicatur omnium malorū. ſ. et ſuperbia et cupiditas.

Sed vtrumq3 recte dictū eſſe intelligitur: ſi genera peccatoru3 ſingulorum: non ſingula generū vtraq3 loquutione includi intelligantur. Nullum quippe genus peccati eſt quod interdum ex ſuperbia non proueniat. Nullum etiam quod ex cupiditate aliquā do non deſcendat. Sunt enī nō nulli hominu3 qui ex cupiditate fiunt ſuperbi: et aliqui ex ſupbia fiūt cupidi. Eſt enim: vt ait Auguſt. homo qui non eſſet amator pecunie: niſi per hoc putaret ſe excellentiorem eſſe. Ideoq3 vt excellat diuitias cupit. Tali homini ex ſupbia oboritur cupiditas: et eſt aliquis qui non amaret excellere: niſi putaret per hoc diuitias maiores habere. Ideo ergo excellere laborat: quia diuitias habere amat. Huic naſcitur ſuperbia: idcſt amor excellentie ex cupiditate. Patet ergo q̄ ex ſuperbia aliquando cupiditas: et ex cupiditate aliquando ſuperbia oritur: et ideo de vtraq3 recte dicitur q̄ ſit radix omnis mali.

Circa quadrageſimam ſecundam diſtinctionē q̄ritur primo: vtrū actus interior malus: et operatio exterior mala ſint vnum peccatum.

Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum q̄ ſimilis difficultas poteſt moueri de actu bono vel meritorio: an actus interior meritorius: et actus exterior meritorius: ſint vnum meritum: et vtcumq3 reſpondendum eſt ad vnam harū difficultatum: ita et aliam pari modo.

Ulterius eſt aduertendū ꝙ bipartita eſt opinio rñdentiū ad hanc difficultatē. Prima eſt diui Tho. ꝛ diui Bonauen. rñdentiū affirmatiue ad titulū .q. ratio diui Tho. eſt q2 ſicut non poſſunt eſſe plures homines niſi ſint plures formę: ita peccata non poſſunt eſſe plura niſi ſint plures volitiones: nam per volitiones ponuntur operationes in genere moris.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur aucte gloſe ſup illud ad ro. i. Repletos homicidijs dicẽtis. Pluraliter ponitur homicidijs: q2 aliud eſt homicidium voluntatis ꝛ aliud operis. Ad hanc auctem rñdetur ꝙ intelligitur materialiter ꝛ nō formaliter: ita ꝙ actus interioꝛ ꝛ operatio exterioꝛ mala bene ſunt plura peccata materialiter non tamen formalr̄. ¶ Contra iſtam ſolu. arguitur opatio interioꝛ mala ꝛ opatio exterioꝛ mala prohibentur varijs preceptis, ergo ſunt varia pctā formalr̄. añs pt3 prohibenſ iſtis preceptis. Non mechaberis. non ꝯcupiſces vxore3 proximi tui. non ꝯcupiſces agrū domu3 vineam: et iſta ſunt varia precepta decalogi: igitur prohibentur varijs preceptis decalogi actᵘ interioꝛ malus ꝛ opatio exterioꝛ mala. Ad hāc replicā rñdetur negando ꝯñam: na3 ſatis eſt ad hoc ꝙ prohibeantur varijs preceptis ꝙ ſint diſtincta peccata materialiter.

¶ Scđo arguiſ ſic. operatio exterioꝛ eſt pctūm et non eſt actus interioꝛ. ergo actus interioꝛ malus ꝛ opatio exterioꝛ non ſunt vnum peccatū. Si dicas ꝙ argu. ſolu3 probat materialiter et non formaliter. Contra hoc replicatur. poſſibile eſt ꝙ operatio exterioꝛ mala maneat deſtructa operatione interiori. ergo tunc nō erunt vnū peccatū quoad formale. añs p3 de adulterio exteriori: nam poſſibile eſt ꝙ tale adulteriū exterius ſit deſtructa volitione qua volebat adulterari: igitur poteſt manere operatio exterioꝛ mala deſtructo actu interiori malo. Hec replica nequit ſolui niſi dicatur ꝙ talis operatio exterioꝛ eſt peccatu3 materialr̄: ꝛ non formaliter: et ſic dabitur aliquod peccatu3 quod non habet formale peccati.

¶ Tertio arguitur ſic. ſi eſſent duo homines habentes eandē animam rationalem: non eſſent vnus homo: ſed duo homines. imo ſi loquamur de hominibus totalibus et partialibus indifferenter: verum eſt dicere ꝙ caput et pes ioannis ſunt duo homines et non vnus homo: ꝛ tamen habent eandē aīam. ergo ꝗuis actᵘ interioꝛ ꝛ exterioꝛ habeant idem formale non ſunt vnum peccatum: ſed diſtincta. Inſuper ſi duo homines haberent eandem albedinem: non eſſent vnum albū: ſed duo alba. pariſure: ſi eadem ſcientia ponatur in duobus hominibus non eſſet vnus hō ſciēs: ſed duo ſcientes. ergo actᵘ interioꝛ ꝛ operatio exterioꝛ mala nō ſunt vnum peccatum: ſed duo pctā.

¶ Propterea alia eſt opinio doctoris ſub. et Guiller. ochā: ꝛ Greg. de arimi. rñdentiū per aliquot conclu. quarum prima eſt. Aliqua opatio exterioꝛ eſt bona ꝛ meritoria. iſta conclu. pbaſ. omnis digna receptio corporis xp̄i eſt meritoria: ꝛ eſt opatio exterioꝛ. ergo aliqua operatio ex

teriož eſt meritoꝛia. Scđa cōclu.eſt iſta. aliqua operatio exterioꝛ eſt mala:et peccatum.iſta conclu.patet.oē adulterium aut homicidium aut furtū eſt pctū3 aliqua operatio exterioꝛ eſt hmōi:igitur conclu.vera.pari foꝛma ſubſume in pꝛia ꝯclu. Tertia cōclu.ē iſta.actus īterioꝛ bonus ⁊ operatio exterioꝛ bona ſunt duo merita Iſta conclu.patet: aliquis actus īterioꝛ bonus eſt meritū:et aliqua opatio exterioꝛ bona eſt meritoꝛia ⁊ vnū non eſt aliud.ergo ſunt duo merita. Quarta concluſio eſt iſta: actus interioꝛ malus ⁊ operatio exterioꝛ mala ſunt duo peccata diſtincta.iſta cōclu.patet ex rationibus adductis cōtra alteram opinionem.

¶ Contra duas vltimas cōclu. arguitur auct.mgři in pꝛeſenti diſti. oppoſitum aſſerentis. Ad hoc facile rňdetur ꝙ magiſter ſolum intendit dicere ꝙ eadem pena coꝛreſpondet ambobus. Et ſi dicas actus īterioꝛ malus ⁊ operatio exterioꝛ mala habent idem foꝛmale peccati. ergo nō ſunt diſtincta peccata.dato aňte negatur ꝯňa:date ſunt multe inſtantie Et ſi vlterius arguas non plus pꝛemiatur aut punitur viatoꝛ pꝛo ambobus ꝙ̄ pꝛo altero.ergo non ſunt diſtincta peccata.negatur ꝯňa:ſed doctoꝛ ſub.negaret aňs: vt videbiť in ſequēti.q. Et ſi vlteri⁹ arguas actio inquoata nō ponit numerū cū ſeipa cōſūmata:ſed pctūm inquoatur in voluntate ⁊ ꝯſūmatur ī opere:iuxta illud Iacobi.1. Concupiſcētia quū3 concepit parit pctūm: pctūm vero quū conſūmatū fuerit generat moꝛtem.ergó actus īterioꝛ malus ⁊ operatio exterioꝛ mala nō ſunt duo peccata:negatur ꝯňa et ratio eſt:qꝛ ſine aliqua operatione exterioꝛi pōt cōſumari peccatum in voluntate.

¶ Queritur ſcđo circa eandem diſtin.vtru3 actus exterioꝛ addat bōnitatem vel maliciam ſuper actū interioꝛem.Ad hanc difficultatē rňdet doctoꝛ ſubtilis affirmatiue in quolibetis queſtione.18.

¶ Contra iſta3 rňſionē arguiť auct. diui Auguſt.in lib.de libe.arbi.⁊ habetur in ca.ſi cui de pnīa diſtin.1.di centis. Si cui etiam non contingat facultas concubēdi cū cōiuge aliena tamen planū ſit eu3 aliquo modo cupere:⁊ ſi poteſtas detur eſſe facturū non minus reus eſt ꝙ̄ ſi in ipo facto depꝛehenderetř.Ad hanc auctem rňdet doct.ſub.ꝙ gloſa eſt pꝛo eo indt gloſa.re vera magis reus eſt ſi op⁹ adhibetur:ſed hoc quoad ſufficiētiā eterni interitus accipe; hec tň gloſa videtur contradicere de directo textui.Contra iſtam ſolu. arguiť aucte eiuſdē Augu.ad deo grās exponentis illud Mat.7. In qua mēſura mēſi fueritis eadem remetietur vobis dicit ꝙ appetitus voluntatis humanoꝛū oīm eſt menſura factoꝛu3. Ad hanc auctem rňdetur: ꝙ licet ſit mēſura non tamen adequate.

¶ Iā arguitur ratione contra eāde3 opinionem ſic.ſi eſſent duo homīes pꝛoiicientes duas ſagittas ex equali negligentia ex equali etiam conatu quoꝛum vnus occidat hominem et alius nō:iſti duo equaliter peccāt ergo actus exterioꝛ non addit bonitatem vel maliciam ſuper actum interioꝛem:aňs patet, dato oppoſito

ſequeretur ꝙ aliquis peccaret mor-
taliter qñ iam eſſet mortuꝰ: ꝯñs eſt
abſurdū: igit̃ ſequela probat̃. voloꝙ
prefati ſagittarij moriant̃ anteꝗ̃ ſa
gitte attingant terminos ſuos: tunc
qñ occidet̃ ille ſagitta peccabit mor-
taliter qui eam vibrauit ⁊ iam nō am
plius eſt ex caſu: igitur ſequela vera
Hoc argumentū non militat contra
docto. ſub. nam vterꝗ̃ eorum nō ſo-
lum habet actū interiorē ſed etiā ex
teriorē: ⁊ oportet ꝙ vnus eorū ſolū
habeat actū interiorē: ⁊ alius īterio-
rem et exteriorem. Simil̃r non mili
tat argumentū de duobꝰ proijcienti
bus lapides per feneſtrā: quoꝝ vnꝰ
occidit ⁊ alius non: Pari iure neꝗ̃
argumentū quod ſolet fieri de duo-
bus: quorum vnus credit percutere
inimicum ⁊ percutit lapidem: alius
vero realiter percutit inimicū ꝑpter
eandem cauſam.

¶ Idcirco aliter arguitur. ſeq̃re
tur ꝙ daretur aliquis actus exterior
adeo malus. imo peior ꝗ̃ ſit actus
interior. ꝯñs eſt falſum: igitur ſeq̃la
ꝓbatur. actus exte. habet certā mali
ciam diſtinctā ab actu interiori: ⁊ ta-
lis malicia non eſt in infinitū minor
ꝗ̃ malicia actus interioris. ergo ta-
liter poterit augeri malicia actus ex
terioris qḋ erit adeo magna vl̓ ma
ior ꝗ̃ malicia actus iterioris. Si nō
habeat hoc pro inconuenienti inferā
aliud maius. ſ. ꝙ quilibet viator con
tinuans aliqḋ pctūm per tempus ꝗ̃
tumcūꝗ̃ breue ſit infinitū demeret̃
ꝯñs eſt manifeſte falſum: igitur ſeq̃
la probatur: in quolibet inſtāti talis
temporis ꝗ̃tumcūꝗ̃ breuis deme-
retur nouā penam: et ſunt infinita in

ſtantia in quolibet tempore ꝗ̃tūcū-
ꝗ̃ breui. ergo īfinitam penam deme
retur: maior probatur. ſi non deme-
retur in quolibet inſtanti nouā penā
maxime eſſet: quia talis actus natu
raliter ⁊ non libere continuatur: ſed
adeo naturaliter ſequitur actus exte
rior ad interiorem ſicut continuatio
actus ad eius elicionem: igitur ſi ta
lis exterior habet nouam maliciam
continuatio naturalis habebit nouā
maliciam. Ad hoc nullum diſcrimen
poteſt dari niſi ꝙ in continuatione
ē vnꝰ ⁊ idē actꝰ. actꝰ vero int. ⁊ exte-
rior ſunt duo: preterea eſt gloſa ſup
illud pſal. Etenim iniquitates ī cor
de operamini dicens. Si vis et non
potes deus factum reputat: ⁊ inde
emergit illud cōmune dictū. Volun
tas pro facto reputatur. Ad hāc au-
ctatem diceret doctor ſubtilis: ꝙ li-
cet reputatur pro facto: non tamen
pro tanto.

¶ Alia eſt opinio diui Thome
et Bonauen. et ocham et Grego. de
arimino: ſecundū quā reſpondetur
ad queſtionem per aliquod conclu.
quarum prima eſt iſta. Aliquis actꝰ
exterior addit maliciam accidenta
lem vel bonitatem ſuper actum in-
teriorem. Iſta conclu. patet de actu
exteriori quo aliquis lucrifacit indul
gentias. ſimiliter de actu exteriori
quo aliquis occidit hominem certū
eſt ꝙ ille qui actualiter lucratur in-
dulgentias meretur libertatem a pe
na debita ſuis peccatis: ꝗ̄uāquidem
liberationeꝫ non meretur ille qui ſo
lum habet actum interiorem volen-
di lucrari indulgentias.

Scđa conclu. eſt iſta: aliquis act⁹ ex-
terioꝛ addit bonitatem vel maliciaꝫ
eſſentialem ſuper actum interioꝛem
iſta conclu. patet: quia plus meretur
eſſentialiter ille qui vult confiteri et
confitetur: quã ille ꝙ vult confiteri ⁊
non confitetur: quia deeſt ei copia ſa
cerdotis. Pari foꝛma plus meretur
ille qui vult ſuſcipere eucbariſtiam:
et realiter ſuſcipit ꝙꝫ ille qui vult ſu-
ſcipere et non ſuſcipit: quia habet vo
mitum: ratio eſt: quia quilibet talis
qui ſuſcipit ſacramentum vltra me-
ritum pꝛoueniens ex opere operãte
meretur nouum pꝛemium eſſentia-
le: ratione operis operati. Tertia cõ
clu. eſt iſta: nullus actus exterioꝛ nõ
pꝛiuilegiatus addit bonitatẽ vel ma
liciam eſſentialem ſuper actum inte
rioꝛem. iſta conclu. patet ex rationi-
bus et auctoꝛitatibus contra alteraꝫ
opinionem deductis. Et notãter di
citur in conclu. non pꝛiuilegiatis ad
differentiaꝫ operum ſacramentaliũ
que ſunt pꝛiuilegiata.

¶ Contra vltimã conclu. argui
tur ſic auctatibus. Pꝛima eſt gloſe
ſuper illud pſal. Appone iniquitatẽ
ſuper iniquitatem dicentis. Qui ad
dit opus voluntati addit iniquitatẽ
iniquitati. Ad hanc auctoꝛitatem re
ſpondetur ꝙ non militat contra con
clu. quia dictum eſt in pꝛecedenti. q.
ꝙ actus exterioꝛ eſt pctũm. põt etiã
dici ꝙ ratione operis actus interioꝛ
augmentatur pꝛopter delectationeꝫ
idcirco opus exterius dicitur adde-
re iniquitatem. Scđa auctas ẽ diui
Auguſt. in. ſ. cap. xv. lib. de trini. dicẽ
tis. Vnuſquiſqꝫ miſer efficitur mala
voluntate: ſed miſerioꝛ quũ deſide-
rium male voluntatis impletur. Ad
hanc auctatem rñdetur duobus mo
dis. Vno modo ꝙ intelligitur aucto
ritas extenſiue: nam plura peccata
habet habens actum interioꝛem ⁊
exterioꝛem: quã habens ſolum actũ
interioꝛem. Alio modo reſpondetur
ſicut dictum eſt ad aliam auctoꝛita-
tem. ſ. ꝙ efficitur miſerioꝛ: ideo quia
intenditur actus interioꝛ pꝛopter de
lectationeꝫ actus interioꝛis. Tertia
auctoꝛitas eſt illius gloſe iaꝫ allega
te; alias ſuper illud ca. Si cui. de pe
nitentia diſtinctione pꝛima.
Ad quam reſpondetur: ꝙ illa gloſa
contradicit textui: quapꝛopter a do-
ctoꝛibus vocatur aurelianenſis.
Quarta eſt eccleſie damnantis erro
res petri abellardi: inter quos habe
tur: nos vero dicimus ꝙ ſola volun
tas a deo eternaliter remuneratur:
ſiue ad bonum ſiue ad malum: nec
pꝛopter opera melioꝛ aut peioꝛ effi
citur homo: niſi foꝛte dum operatur
in aliquo voluntas eius augmẽtat.
Ad hoc reſpondet Gregoꝛius de ari
mino: ꝙ non inuenitur talis articu-
lus: ſed bene habetur: ꝙ per opera
homo non efficitur melioꝛ vel dete-
rioꝛ: ⁊ iſte articul⁹ eſt falſ⁹ ⁊ ꝯdẽnat⁹.

¶ Iam arguitur ratione. ſeque
retur ꝙ ſi eſſent duo volentes effica
citer ſuſcipere martyꝛium: ⁊ pꝛimus
ſuſciperet ſecundus vero non: equalr
mererentur: ꝯſequens eſt falſuꝫ: igi-
tur ſequela pꝛobatur. actus exte. nõ
addit: et actus interioꝛes ſunt equa
les. ergo equaliter merentur: iã pꝛo
batur falſitas conſequẽtis. pꝛimus
eſt martyꝛ et ſecundus non. ergo nõ
equaliter merentur.

Ad hoc argumentum rñdetur conce dendo ſequelam ⁊ negando minorē ⁊ ad probationem negatur ꝯña: et ratio eſt: quia licet ſecundus non ſit martyr aureolā tamen martyrijs habebit: nam diuꝰ Martinus non eſt martyr: attamen palmā habꝫ martyrij vniuerſalis eccleſia de ipo canit. O ſanctiſſima anima quā ⁊ ſi gladiꝰ perſequtoris non abſtulit: palmā tamen martyrij nō amiſit. Cōtra iſtā ſolu. arguitur: ſequeret̄ ꝙ martyriū Vincentij aut Laurentij non eſſet magis meritoriū ꝙ̄ cipriani vl̄ lini. ꝯña eſt falſum: igitur ſequela proba tur: tātum merebatur linꝰ vel ciprianus: ſicut diuus Laurentius ⁊ Vincentius: igitur martyriū laurētij vel vincentij non eſt magis meritoriuꝫ ꝙ̄ cipriani vel lini: añs probatur. diuus ciprianus vel linꝰ volebat pati mortem: ſicut laurentius vel vincentius: ⁊ actus exterior nihil addit ſecundū iſtam opinionē: igitur tantuꝫ merebatur ciprianus vel linus: ſicut vincentius vel laurentius. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelaꝫ ⁊ ad probationeꝫ negatur añs: ⁊ ad ꝓbationem rñdetur ꝙ licet ciprianꝰ vel linus vellet pati mortem ꝓ xp̄o: nullus tamen iſtorum habuit volitiones adeo magnas ⁊ feruētes reſpectu obiectorum difficiliū: ſicut diuus vincentius vel laurentius. Difficiliꝰ eſt velle aſſari ꝓ xp̄o: ſicut voluit diuus laurentius: ⁊ diuus vincentius ꝙ̄ velle decollari ꝓ xp̄o: ſicut voluit ciprianꝰ vel linus: nihilominꝰ ſi cip. vel linꝰ habuiſſet ſimiles volitiōes efficaces illis quas habuere vincentius ⁊ laurentius: quilibet ipſorū tātum meruiſſet ſicut vincen. ⁊ lauren. ſed conſtat ꝙ nō habuerunt tales volitiones: nec ipſis fuerunt oblata tormenta adeo horrida ſicut fuere oblata laurentio ⁊ vincentio. Contra iſtaꝫ ſolu. arguitur: ſequeretur admi nus ꝙ aliquis poſſet negare xp̄m licite. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela ꝓbatur: poſito ꝙ aliquis xp̄ianus pueniat ad patriā ſarracenorū: tūc talis licite poteſt negare xp̄m ore: dūmō confiteatur corde: igitur ſequela vera: añs probatur. actus exterior non addit bonitateꝫ ⁊ talis corde credit. ergo licite negat ore: poſtꝙ̄ credit corde xp̄m. Ad hanc replicam rñdet̄ negando ſequelam: ⁊ ad ꝓbationeꝫ negatur añs: ⁊ ad probationē negat̄ ꝯña: ⁊ ratio eſt: qꝛ quilibet xp̄ianus obligatur ad confitendū xp̄m ore: iuxta illud ap̄li ad rom. 10. Corde creditur ad iuſticiam: ore aūt confeſſio fit ad ſalutem: ⁊ talis xp̄ianus nō habet actum interioreꝫ quē tenetur habere. ſ. actum quo vult confiteri ore xp̄m: quare in tali caſu talis xp̄ianꝰ grauiſſime peccat: ⁊ ſaluator noſter ipſum negabit coram patre ſuo qui eſt in celis.

¶ Scđo arguitur ſic: ſequeretur ꝙ tantum peccaret volens occidere ſacerdotem ⁊ non occidens: ſicut occidens ſacerdotem: ꝯñs eſt falſuꝫ: igit̄ falſitas ꝯñtis probatur. ſcđs eſt excōmunicatus: vt habetur in cap. Si quis ſuadente diabolo. 17. q̄ſtiōe. 4. Et primus non eſt excōmunicatus. ergo grauius peccat ſcđus ꝙ̄ primꝰ iaꝫ probatur ſequela. iſti duo habēt volitiones efficaces equales occidēdi ſacerdotē: ⁊ actꝰ exterior nihil ad

dit.ergo equaliter peccant. Ad hoc argumentū rñdetur concedendo ſequelam:dūmodo volitiones ſint eqles ⁊ negādo minorē: ⁊ ad probationē negatur ꝯña:⁊ ratio eſt:q2 eccleſia punit actum exteriorē ⁊ non interiorem:nam non iudicat de interioribus.¶Contra iſtam ſolu. arguitur: ſequeret ꝙ tantum peccaret volens occidere infinitos homies habētes multos filios:⁊ occidens eos ſicut ille qui vult occidere ⁊ nō occidit:ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis.pbatur:qui occidit tenet ad reſtitutionē: ⁊ alter non.ergo non equaliter peccant. Ad hanc replicam rñdetur concedendo ſequelam ⁊ negando minorem:⁊ ad pbationē negatur ꝯſequētia: nam obligatio maior vel minor poſt peccatum nihil facit.

¶Tertio arguitur ſic.poſito caſu ꝙ duo equites ſic ſe habeant:ꝙ prim⁹ eorum det.100.aureos aliquibus bonis religioſis vt orent deū pro anima pr̄is ſui:ali⁹ vero det alios.100. aureos aliquib⁹ religioſis quos credit eſſet bonos:qui tamen non curāt orare p anima patris ſui:tunc actus exterior primi equitis addit bonitatem vel maliciam: igitur opinio nulla:añs probatur.anima patris pmi equitis liberatur a purgatorio:⁊ aīa patris ſcdi equitis nō liberat a purgatorio:⁊ hoc prouenit ratiōe actus exterioris.ergo actus exterior addit bonitatem vel maliciam. Ad hoc argumentum rñdetur negando añs:⁊ ad probationem diſtinguēdū eſt:ꝯñs vel de bonitate accidentali:⁊ ſic conceditur ꝯña cum ꝯñte:vel de bonitate eſſentiali:⁊ ſic negat illa.imo tantum meretur eſſentialiter ſecundus eques ſicut primus. ¶Contra iſtam ſolu.arguitur ſic.ſequeretur ꝙ tātū merebantur illi qui ponebant multas pecunias in gazophilatiū dīi: ſicut illa vetula que poſuit duo minuta.ꝯñs eſt falſum:igitur ſequela probatur:habebant volitiōes adeo magnas ſeu maiores ꝙ̄ habebat vetula.ergo tantum vel magis merebātur.iam probatur falſitas ꝯñtis.ſaluator noſter laudat illam vetulā ſuper omnes alias perſonas.ergo magis merebatur vetula ꝙ̄ omnes alie perſone ab ipſa. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam: et ad pbationē diſtinguitur añs:vel pcedendo de equalitate in bonitate:⁊ ſic negatur illud añs:vel procedendo de equalitate in intenſione:⁊ ſic trāſeat illud ⁊ negatur ꝯña: mō illa vetula habebat maiorem difficultatem dādo illa duo minuta ꝙ̄ alij diuites dādo multas pecunias: et teſte philo. noſtro: circa difficile conſiſtit ars et virtus. ¶Contra iſtam ſolu.arguit ſequeretur ꝙ diua lucia non magis meruiſſet ſi paſcaſius violaſſet eam ꝙ̄ ſi non violaſſet:ꝯñs eſt falſū: igr falſitas ꝯñtis patet aucte eiuſdem diue lucie dicentis paſcaſio. Si inuitam me violaueris:caſtitas mihi duplicabitur ad coronam: iam probat ſequela:act⁹ exterior nihil addit bonitatis. ergo non magis meruiſſet ſi violaſſet eam ꝙ̄ ſi non violaſſet. Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelam:et ad probationem negat ꝯña:et ratio eſt:quia tunc diua lucia vltra illum actum quo volebat ſeruare virginitatem:habuiſſet vnū aliud

quod voluiſſet fortiter reſiſtere ſi violentie quam intuliſſet paſcaſius: ratione cuius actus interioris duplicata fuiſſet corona caſtitatis ipſi diue lucie. ¶Contra iſtam ſolu. arguitur. ſequeretur q anima xpi tantū meruiſſet in primo inſtanti ſue creationis: ſicut merebatur in cruce. ꝯñs eſt falſum: igit̃ falſitas ꝯñtis probatur. in cruce meruit apertionē celi ⁊ liberationē patriarcharū ex limbo: et hoc non meruit in primo inſtāti ſue creationis. ergo non tm̄ merebatur in illo primo inſtanti ſicut in cruce: iam probatur ſequela. in illo primo inſtāti habuit actum interiorem quo volebat pati mortem efficaciter pro redemptione gñis humani. ergo tātū merebat̃ in illo p̄io inſtanti ſicut et in cruce. Ad hanc replicā rñdetur diſtinguēdo ſequelā: vel de p̄mio eſſentiali: ⁊ ſic ꝯcedit̃ illa et negat̃ minor nec probat̃ in iſto ſenſu: vel de p̄mio accidentali: ⁊ ſic negat̃ illa: nec ꝓbat̃ in iſto ſenſu. Ex iſtis ſequit̃ q tātū meret̃ xpianus dans aureū falſum pauperibus: ſicut dās verū aureum mō inuincibilr̃ credebat illū aureū falſum eſſe bonū. ¶Contra iſtā ſolu. arguitur ſic. ſequeret̃ q ſufficeret habere actus interiores ſine exterioribus. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela patet: actus exterior nihil addit. ergo ſufficit habere actus interiores. Ad hanc replicā rñdet̃ negando ſequelam vniuerſalr̃: nam aliquando homo obligatur ad actum exteriorē inſuper requiritur habere actus interiores efficaces: et ad actum interiorem efficacem ſemper ſequit̃ actus exterior ſecluſo īpedimēto extrīſeco

¶Quarto arguitur ſic. Dabilis eſt caſus in quo actus exterior addit bonitatē vel maliciam ſup interiorem igitur opinio nulla. añs patet: poſito q ſint duo predicatores quorum quilibet vult frangere ieiunium corā .10. ſimplicibus xpianis et prim⁹ frangit: q2 miniſtratur ei cibus. ſecūdus vero non frangit eo q non miniſtrat̃ illi cibus: tūc illa fractio ieiunij addit maliciā ſuper actū malum igit̃ aſſumptū verū. añs pt3 ratione illius fractionis prim⁹ ſcandalizat illos ſimplices: ⁊ ſcdus non ſcandalizat: igit̃ illa fractio exterior addit in maliciam ſuper actū interiorē. Ad hoc argumentū rñdet̃ negando añs ⁊ ad ꝓbationē negat̃ iterū añs: et ad ꝓbationē negat̃ ꝯñs: ⁊ ratio eſt: q2 licet ſcdus nō ſcandalizet: attñ q̃tum eſt ex ſe tm̄ facit ad ſcandalizandū ſicut primus. ¶Contra iſtā ſolu. arguit̃ illa fractio exterior rōne ſcandali ꝓhibet̃ alio p̄cepto q̄3 actus interior. ergo addit nouā maliciam. Ad hanc replicam rñdetur negando ꝯñam: ⁊ datur manifeſta inſtantia de adulterio exteriori qđ prohibet̃ alio precepto decalogi q̄3 prohibeat̃ adulteriū interius: vt patet intuenti decalogū ¶Contra iſtam ſolu. arguit̃: ſequeret̃ q alicui pctō nō correſponderet pena aliqua in inferno. ꝯñs eſt abſurdum igt̃ ſequela probatur. capio vnū3 dānatum qui cōmiſit adulteriū exteri⁹ tunc tali adulterio exteriori non correſpondet aliqua pena. ergo ſequela vera. añs pt3: tale adulteriū exteri⁹ non addebat aliquam maliciam ſup adulterium interius: igitur non correſpondet ei aliqua pena.

Ad hanc replicā rñdetur negādo ſequelam: et ad ꝓbationē negat̄: añs et ad probationē negatur ꝯña: ratio eſt: quia eadē pena nūero correſpōdet adulterio exteriori ⁊ interiori ꝙuis ſint duo peccata diſticta: ideo qꝛ adulteriū exterius nullā addit maliciam ſuper adulterium interius.

¶ Quinto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ qui vult mereri: tm̄ mereretur ſicut qui meretur: ꝯñs eſt falſum: igitur falſitas ꝯñtis probatur. ſequeretur ꝙ ſi aliquis velit mereri tantū ſicut diu⁹ Joan. bap. vel ſicut diuus Petrus tm̄ mereretur. ſequela ꝓbatur. non requiritur actus exterior. ergo ſi aliquis vult mereri tantū ſicut diuus Joan. bap. tantuȝ merebitur. Ad hoc argumentū rñdetur negādo ſequelam vniuerſalr̄: ſed in caſu particulari poſſibile eſt ꝙ aliquis volēs mereri tantu mereat̄ ſicut vnus ali⁹ qui meretur: vtputa ſicut guillerm⁹ et negatur minor: et ad ꝓbationē negatur ſequela propter duo. Primū eſt qꝛ mereri non eſt in ptāte cuiuſꝙ niſi habeat charitatē. ſcđm eſt qꝛ tm̄ mereri ſicut diuus Joan. bap. vel diuus Petrus meruit: non pōt fieri p vnum actuȝ interiorē: ſed p multos actus: et ad ꝓbationem negat̄ ꝯña propter cauſas aſſignatas. Contra iſtaȝ ſolu. arguitur. ſequeret̄ ꝙ eſſet dabilis aliquis actus exterior meritorius cui non correſponderet actus interior meritorius. ꝯñs eſt falſum: igitur ſequela probatur. volo ꝙ aliquis bonus ſacerdos vel religioſus velit dicere horas ꝓpter deuȝ: ⁊ realiter dicat et circa medium diſtrahat̄ ſine culpa ſua per quartā partē hore tūc illa celebratio horarū per quartā partē hore eſt actus meritorius: et non correſpondet ei actus interior bonus: igitur ſequela vera. minor patet: quia tunc talis ſacerdos nullum habet actum meritoriū: nam eſt diſtractus ex caſu: et maior ptȝ per talem celebrationem talis ſacerdos ſatiſfacit precepto: et eſt in gr̄a vt ſupponitur. ergo talis celebratio eſt meritoria. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: et ad probationem dato caſu negatur maior: et ad probationem negatur ꝯña intelligendo ſemper de nouo merito: ſed bene eſt meritoria illo merito quod habebat actus interior qui imperabat talem celebrationem horarum.

¶ Sexto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ eſſet aliquis act⁹ exterior malus cui non correſponderet actus interior malus. ꝯñs eſt falſum: igitur ſeq̄la probatur. volo ꝙ duo ex equali negligentia proijciant ſagittas vel lapides: et primus occidit et ſecundus non: tunc illa occiſio exterior eſt mala: et non correſpondet actus interior malus: igitur ſequela vera: minor probatur. ſi correſponderet aliquis actus interior malus maxime eſſet ille actus quo primus vult proijcere ſagittam vel lapidem: ſed talis actus non eſt malus: igitur minor probatur: ſi eſſet malus eſſet homicidium: ſed hoc non eſt dicendum: igitur minor patet: actus quo ſecundus vult proijcere lapideȝ vel ſagittam non eſt homicidium. ergo necꝫ actus quo primus vult proijcere lapidem vel ſagittam.

prohibens: inq̄tum per ſuperbiam viatoꝛ contemnit legem diuinam ꝑ quam pꝛohibetur a peccando ⁊ accipiendo ſuperbiã pꝛimo modo. aſſignantur a diuo Gre. in. 23. li. moꝛa. 4. ſpēs. Pꝛima eſt quū quis vult habere bona a ſemetipſo. Scda quando viatoꝛ vult habere bona ex pꝛopꝛijs meritis. Tertia quando vult multum honoꝛari: et iactat ſe habere quod non habet. Quarta quando vult omnes pꝛecedere: et ideo oēs deſpicit et vilipendit.

¶ Iſtis notatis ponūtur ꝯcluſiões reſiue ad titulum .q. quarum pꝛima eſt iſta. Superbia eſt pꝛīcipiū omnium peccatoꝝ. Iſta conclu. pꝫ eccleſiaſtici. 10. habetur. Initium omnis peccati ſuperbia. Scda conclu. ē iſta ſuperbia pꝛimo mō eſt ſpeciale peccatum. iſta conclu. patet: quia ſuperbia pꝛimo modo habꝫ ſpeciale obiectum. Tertia conclu. eſt iſta. ſupbia pꝛimo modo eſt capitale vitiuꝫ. iſta conclu. patꝫ. quia ex ipſa multa alia vitia oꝛiuntur. Quarta conclu. ē iſta ſuperbia ⁊ ſi ſit de maioꝛibus peccatis: non tamen eſt grauiſſimū oīm peccatoꝛum. iſta cōclu. patet: quoad pꝛimā parteꝫ ſuperbia eſt de is peccatis que multum diſplicēt deo: igiꝉ eſt de maioꝛibus. aſ̄s pꝛobaꝉ dupliciter aucte. Pꝛima eſt ſctiſſime virgis Diſperſit ſuperbos mēte coꝛdis ſui depoſuit potentes ⁊c. Scda eſt diui Iaco. 4. cap. dicentis. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibꝰ autem dat gratiam. Scda pars cōclu. patet. Odiū dei eſt maius ſuperbia. ergo ſupbia non eſt grauiſſimū omnium pctōꝝ

¶ Contra pꝛimā conclu. arguitur ſic. ſuperbia non eſt peccatū. ergo non eſt pꝛīcipiū omniū peccatoꝝ aſ̄s patet. nullum peccatum pꝛomittitur a deo: ſed ſuperbia pꝛomittitur a deo: iuxta illud yſa. 60. ponāte. In ſuperbiam ſeculoꝝ ⁊ gaudiū in generatione ⁊ gñationem. ergo ſupbia non eſt peccatum. Ad hoc argumentum rñdetur diſtinguendo aſ̄s: vel capiendo ſuperbiaꝫ pꝛo appetitu inoꝛdinato pꝛopꝛie excellentie: ⁊ ſic negatur illud: nec pꝛobatur in iſto ſenſu: vel capiendo ſuperbiam pꝛo nobilitate: ⁊ ſic conceditur illud ⁊ negatur ꝯña: nam non taliter capitur in pꝛopoſito. modo in illa aucte yſaie capitur ſuperbia pꝛo nobilitate: veluti apud virgilium in lib. Ene. Contra iſtam ſolu. arguitur. capiendo ſuperbiam iſto modo quo capiꝉ in hac queſtione non eſt peccatum: igiꝉ ſolutio nulla: aſ̄s pꝛobatur. appetere diuinam ſimilitudinem non eſt peccatum. ergo ſuperbia iſto modo non eſt peccatum. Ad hanc replicam rñdetur negando aſ̄s: et ad pꝛobationem diſtinguitur aſ̄s: vel ſi appetatur confoꝛmiter ad rectam rationeꝫ: et ſic conceditur illud ⁊ negatur ꝯña vel ſi non appetatur confoꝛmiter ad rectam rationem: et ſic negatur illud antecedens.

¶ Scdo arguitur ſic contra eādem conclu. humilitas non eſt pꝛīa virtutum. ergo ſuperbia non eſt pꝛimuꝫ omnium peccatoꝝ. ꝯña tenet: quia talis eſt oꝛdo vitioꝛum qualis eſt oꝛdo virtutum. Ad hoc argumētum rñdetur negando ꝯñam: et ad pꝛobationem negatur antecedēs: ſꝫ bene conceditur ꝙ humilitas eſt pa

ſis ꝛ fundamentum oīm aliarū virtutum. ideo Grego. inquit. Qui virtutes ſine hūilitate vult habere pulverem contra ventum colligit. Contra iſtam ſolu. arguitur aucte ſacre pagine habetur eccle. 10. Initiuʒ ſuperbie eſt apoſtatare a deo. Ad hoc rn̄detur ꝙ auctas non eſt contra ſolu. nam apoſtaſia pars eſt ſuperbie. Contra ſcḋam conclu. poſſent adduci auctates ſanctoꝝ: ſed ipſi loquūtur de ſuperbia ſcḋo mō. Contra vltimam conclu. arguitur aucte gloſe ſuper illō pſal. Superbi inique agebant dicentis. Maximū peccatuʒ in homine eſt ſuperbia. Ad hoc rn̄det ꝙ intelligitur illa gloſa ꝙ peccatum ſuperbie eſt de maioribus.

¶ Queritur quarto circa eandē diſtin. vtrum auaricia ſit peccatū ſpirituale maximū ꝛ capitale. Pro huius .q. intelligentia eſt aduertenduʒ ꝙ auaricia bipharīam capitur. Uno modo gn̄aliter pro īmoderato appetitu bn̄di cuiuſcūqʒ rem indifferenter: ꝛ ſic auaricia ſe ex̄tēdit ad appetitum ſciētie vxoris ꝛc: ꝛ iſto modo nō capitur in ꝓpoſito. Alio modo capit pro ꝓprie: ꝛ iſto mō capit in ꝓpoſito: et nihil aliud eſt ꝙ̄ īmoderatus appetitꝰ bn̄di diuitias: ꝛ oīa vitia que ex ipſa oriūt dicūtur filie ipſiꝰ: idcirco ꝓditio fraus fallacia piuriū violētia ꝛc. dicunt filie auaricie. Ulteriꝰ eſt aduertendū ꝙ ſcḋm phīlo. in .2. ethico. duplices ſunt delectatiōes .ſ. carnales ꝛ ſpūales. Delectationes carnales ſunt ille que in ſenſu carnis complent: veluti delectatiōes ciboꝝ et venereoꝝ. Delectatiōes ſpūales ſūt ille que ꝯplent in ſola aīe appreheſione. propterea illa pctā dicunt carnalia que ꝑficiūtur in delectationibꝰ carnalibus. illa vero dicūtur ſpūalia que complent in ſpūalibus delectationibus abſqʒ carnali delectatione. Ulterius eſt aduertendū ꝙ illud vitium dr̄ capitale ex quo multa alia oriūtur ꝛ fiunt ꝑpter finē talis vitij.

¶ Iſtis notatis rn̄detur ꝑ aliquas ꝯclu. ad titulū queſtionis: quarū prima eſt iſta. Auaricia eſt pctūm ſpūale. Iſta ꝯclu. ꝓbat. auaricia nō ꝑficitur in delectatione carnali: ſed ī ſola anime appꝛehenſione. ergo auaricia non eſt pctūm carnale: ſed ſpūale. Scḋa conclu. eſt iſta. auaricia eſt peccatū capitale. Iſta ꝯclu. patʒ: ex auaricia multa alia oriūtur vitia propter finē ipſius: nam finis auaricie eſt multum appetibilis: et felicitas eſt multū appe. et ille finis qui multum appꝛopinquat felicitati eſt multum appetibilis: ꝛ vna cōditio felicitatis eſt ꝙ ſit per ſe ſufficiens: ꝛ hāc maxime ꝓmittūt diuitie: iuxta illud eccleſiaſtici. 10. Pecunie obediunt omnia: igitur conclu. vera.

Tertia conclu. eſt iſta. auaricia non eſt maximū peccatū. iſta conclu. ptʒ qm̄ multa ſunt peccata maioꝛa quā ſit auaricia.

¶ Cōtra ꝓmā ꝛ ſcḋam cōclu. arguit ſic. appetere pecunias vl' poſſeſſiones eſt naturale. ergo nō ē pctūʒ: aſſis ptʒ: qꝛ pueri aū vſum rōnis appetūt pecunias. Ad hoc argu. facile eſt rn̄dere diſtinguēdo aīs: vel ꝯformiter ad rectā rōnem: ꝛ ſic nō ē peccatūʒ: vtputa appetere pecunias ꝓ ſuſtētatiōe ſtatꝰ vel familie: vl' diſformiter ad rectā rōnē: ꝛ ſic negat illud

quando etiam additur quartus modus.ſ. conſuetudinis: quod in quadriduano Lazaro ſignificatum eſt. Dicitur quoqꝫ homo peccare in deum: in ſe ⁊ in proximum. In deum cum de deo male ſentit: vt hereticus: vel que dei ſunt vſurpare preſumit indigne participando ſacramentis: vel quando nomē dei peierando cōtemptibile facit. In proximum peccat: cum proximum iniuſte ledit. In ſe vero cum ſibi ⁊ nō alij nocet.

Quomodo differant delictum et peccatum.

¶ Variam quoqꝫ appellationē habet. Dicitur enim peccatum etiam delictum. Et delictum fortaſſe eſt: vt ait Auguſt. in q̄ſtionibus leuitici: declinare a bono: peccatum eſt facere malum. Aliud eſt enim declinare a bono: aliud eſt facere malum. Peccatuꝫ ergo ergo eſt perpetratio mali: delictum deſertio boni. qḋ ⁊ ipm oſtendit nomen. Quid enim aliud ſonat delictum niſi derelictuꝫ et qui delinquit: quid derelinq̄t niſi bonum. Vel delictum eſt qḋ ignoranter fit peccatum qḋ ſciēter committitur. Indifferēter tamen ⁊ peccatum nomine delicti et delictum nomine peccati appellatur.

De ſeptem principalibus vitijs.

¶ Propterea ſciendum eſt ſeptem eſſe vitia capitalia vel principalia: vt Grego. ſuper Exoḋ. ait.ſ. inanem gloriam iram inuidiam accidiam vel triſticiaꝫ: auariciam caſtrimargiaꝫ luxuriam. Que vt ait Joan. chryſo. ſignificata ſunt in ſepteꝫ populis qui terram promiſſionis iſraeli promiſſam tenebant. De his quaſi ſeptem fontibus cuncte animaruꝫ mortifere corruptele emanāt Et dicuntur hec capitalia: quia ex eis oriuntur omnia mala. nullum enim malum eſt quod etiaꝫ non ab aliquo horum originem trahat.

De ſuperbia que eſt radix omnis mali.

¶ Ex ſuperbia tamē omnia mala oriuntur ⁊ hec ⁊ alia: q̄ꝫ vt ait Greg⁹. Radix cūcti mali eſt ſuperbia. de qua dicitur. Initium omnis peccati eſt ſuperbia: que eſt amor proprie excellentie. Cuius quatuor ſunt ſpēs: vt greg⁹. ait. Prima eſt cum bonū quod

habet quis ſibi attribuit. Scđa cum credit a deo eſſe datum: ſed tamen pro ſuis meritis. Tertia cum ſe iactat habere quod nō habet. Quarta cum ceteris deſpectis ſingulariter vult videri. Merito ergo radix omnis mali dicitur ſuperbia. Huic autem videtur obuiare quod apoſtolus ait. Radix oīm malorum eſt cupiditas: quia ſi radix omnium malorum eſt cupiditas: ergo ſuperbie Quō ergo ſuperbia radix eſt et initium omnis peccati.

Quo ſenſu vtrumqꝫ radix dicatur omnium malorū.ſ. et ſuperbia et cupiditas.

¶ Sed vtrumqꝫ recte dictū eſſe intelligitur: ſi genera peccatorū ſingulorum: non ſingula generū vtraqꝫ loqutione includi intelligantur. Nullum quippe genus peccati eſt quod interdum ex ſuperbia non proueniat. Nullum etiam quod ex cupiditate aliquā do non deſcendat. Sunt enī nō nulli hominū qui ex cupiditate fiunt ſuperbi: et aliqui ex ſupbia fiūt cupidi. Eſt enim: vt ait Auguſt. homo qui non eſſet amator pecunie: niſi per hoc putaret ſe excellentiorem eſſe. Ideoqꝫ vt excellat diuitias cupit. Tali homini ex ſupbia oboritur cupiditas: et eſt aliquis qui non amaret excellere: niſi putaret per hoc diuitias maiores habere. Ideo ergo excellere laborat: quia diuitias habere amat. Huic naſcitur ſuperbia: ideſt amor excellentie ex cupiditate. Patet ergo ꝙ ex ſuperbia aliquando cupiditas: et ex cupiditate aliquando ſuperbia oritur: et ideo de vtraqꝫ recte dicitur ꝙ ſit radix omnis mali.

Circa quadrageſimam ſecundam diſtinctionē q̄ritur primo: vtrū actus iterior malus: ⁊ operatio exterior mala ſint vnum peccatum.

Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertendum ꝙ ſimilis difficultas poteſt moueri de actu bono vel meritorio: an actus interior meritorius: et actus exterior meritorius: ſint vnum meritum: et vtrumqꝫ reſpondendum eſt ad vnam harū difficultatum: ita et aliam pari modo.

Ulterius eſt aduertendū q̄ biparti
ta eſt opinio rñdentiū ad hanc diffi
cultatē. Prima eſt diui Tho. ⁊ diui
Bonauen. rñdentiū affirmatiue ad
titulū .q. ratio diui Tho. eſt q2 ſicut
non poſſunt eſſe plures homines ni
ſi ſint plures forme: ita peccata non
poſſunt eſſe plura niſi ſint plures vo
litiones: nam per volitiones ponun
tur operationes in genere moris.

¶ Contra iſtam opinionem ar
guitur aucte gloſe ſup illud ad ro. i.
Repletos homicidijs dicētis. Plu
raliter ponitur homicidijs: q2 aliud
eſt homicidium voluntatis ⁊ aliud
operis. Ad hanc auctem rñdetur q̄
intelligitur materialiter ⁊ nō forma
liter: ita q̄ actus interior ⁊ operatio
exterior mala bene ſunt plura pecca
ta materialiter non tamen formalr̄.
Contra iſtam ſolu. arguitur opatio
interior mala ⁊ opatio exterior ma
la prohibentur varijs preceptis. er
go ſunt varia pctā formalr̄. añs pȝ
prohibent̄ iſtis preceptis. Non me
chaberis. nōn ꝯcupiſces vxorē pro
ximi tui. non ꝯcupiſces agrū domū
vineam: et iſta ſunt varia precepta
decalogi: igitur prohibentur varijs
preceptis decalogi act᷒ interior ma
lus ⁊ opatio exterior mala. Ad hāc
replicā rñdetur negando ꝯñam: naȝ
ſatis eſt ad hoc q̄ prohibeantur va
rijs preceptis q̄ ſint diſtincta pecca
ta materialiter.

¶ Scḋo arguit̄ ſic. operatio exterior
eſt pctūm et non eſt actus interior.
ergo actus interior malus ⁊ opatio
exterior non ſunt vnum peccatū. Si
dicas q̄ argu. ſoluȝ probat materia
liter et non formaliter. Contra hoc
replicatur. poſſibile eſt q̄ operatio
exterior mala maneat deſtructa ope
ratione interiori. ergo tunc nō erunt
vnū peccatū quoad formale. añs pȝ
de adulterio exteriori: nam poſſibile
eſt q̄ tale adulteriū exterius ſit de
ſtructa volitione qua volebat adulte
rari: igitur poteſt manere operatio
exterior mala deſtructo actu interio
ri malo. Hec replica nequit ſolui ni
ſi dicatur q̄ talis operatio exterior
eſt peccatuȝ materialr̄: ⁊ non forma
liter: et ſic dabitur aliquod peccatuȝ
quod non habet formale peccati.

¶ Tertio arguitur ſic. ſi eſſent duo
homines habentes eandē animam
rationalem: non eſſent vnus homo:
ſed duo homines. imo ſi loquamur
de hominibus totalibus et partiali
bus indifferenter: verum eſt dicere
q̄ caput et pes ioannis ſunt duo ho
mines et non vnus homo: ⁊ tamen
habent eandē aiam. ergo q̄uis act᷒
interior ⁊ exterior habeant idem for
male non ſunt vnum peccatum: ſed
diſtincta. Inſuper ſi duo homines
haberent eandem albedinem: non
eſſent vnum albū: ſed duo alba. pa
riiure: ſi eadem ſcientia ponatur in
duobus hominibus non eſſet vnus
hō ſciēs: ſed duo ſcientes. ergo act᷒
interior ⁊ operatio exterior mala nō
ſunt vnum peccatum: ſed duo pctā.

¶ Propterea alia eſt opinio do
ctoris ſub. et Guiller. ocha: ⁊ Greg.
de arimi. rñdentiū per aliquot con
clu. quarum prima eſt. Aliqua opa
tio exterior eſt bona ⁊ meritoria. iſta
conclu. pbat̄. omnis digna receptio
corporis xp̄i eſt meritoria: ⁊ eſt opa
tio exterior. ergo aliqua operatio ex

teriōꝛ eſt meritoꝛia.Scđa cōclu.eſt
iſta.aliqua operatio exterioꝛ eſt ma
la:et peccatum.iſta conclu.patet.oē
adulterium aut homicidium aut fur
tū eſt pctūꝫ aliqua operatio exterioꝛ
eſt hmōi:igitur conclu.vera.pari foꝛ
ma ſubſume in pꝛia ꝯclu. Tertia cō
clu.ē iſta.actus iterioꝛ bonus ⁊ ope
ratio exterioꝛ bona ſunt duo merita
Iſta conclu.patet: aliquis actus ite
rioꝛ bonus eſt meritū:et aliqua opa
tio exterioꝛ bona eſt meritoꝛia ⁊ vnū
non eſt aliud.ergo ſunt duo merita.
Quarta concluſio eſt iſta : actus in-
terioꝛ malus ⁊ operatio exterioꝛ ma
la ſunt duo peccata diſtincta.iſta cō-
clu.patet ex rationibus adductis cō
tra alteram opinionem.

¶ Contra duas vltimas cōclu.
arguitur auct.mgři in pꝛeſenti diſti.
oppoſitum aſſerentis.Ad hoc facile
rūdetur ꝙ magiſter ſolum intendit
dicere ꝙ eadem pena coꝛreſpondet
ambobus. Et ſi dicas actus iterioꝛ
malus ⁊ operatio exterioꝛ mala ha-
bent idem foꝛmale peccati. ergo nō
ſunt diſtincta peccata.dato aſīte ne-
gatur ꝯña:date ſunt multe inſtantie
Et ſi vlterius arguas non plus pꝛe
miatur aut punitur viatoꝛ pꝛo ambo
bus ꝙ̄ pꝛo altero.ergo non ſunt di-
ſtincta peccata.negatur ꝯña:ſed do-
ctoꝛ ſub.negaret aſīs: vt videbit in
ſequēti.q. Et ſi vlteri⁹ arguas actio
inquoata nō ponit numerū cū ſeipa
cōſūmata:ſed pctūm inquoatur in
voluntate ⁊ ꝯſūmatur ī opere: Iuxta
illud Iacobi.1. Concupiſcētia quuꝫ
concepit parit pctūm : pctūm vero
quū conſūmatū fuerit generat moꝛ
tem.ergo actus iterioꝛ malus ⁊ ope
ratio exterioꝛ male nō ſunt duo pec
cata:negatur ꝯña et ratio eſt:qꝛ ſine
aliqua operatione exterioꝛi pōt cōſu
mari peccatum in voluntate.

¶ Queritur ſcđo circa eandem
diſtin.vtruꝫ actus exterioꝛ addat bo
nitatem vel maliciam ſuper actū in
terioꝛem.Ad hanc difficultatē rñdet
doctoꝛ ſubtilis affirmatiue in quoli-
betis queſtione.18.

¶ Contra iſtaꝫ rñſiōnē arguit auct.
diui Auguſt.in lib.de libe.arbi.⁊ ha
betur in ca.ſi cui de pnīa diſtin.1.di
centis. Si cui etiam non contingat
facultas concubēdi cū cōiuge aliena
tamen planū ſit euꝫ aliquo modo cu
pere:⁊ ſi poteſtas detur eſſe facturū
non minus reus eſt ꝙ̄ ſi in ipſo facto
depꝛehenderet.Ad hanc auctem rñ
det doct.ſub.ꝙ gloſa eſt pꝛo eo inqt
gloſa.re vera magis reus eſt ſi op⁹
adhibetur:ſed hoc quoad ſufficiētiā
eterni interitus accipe: hec tñ gloſa
videtur contradicere de directo tex-
tui.Contra iſtam ſolu. arguit aucte
eiuſdē Augu.ad deo gr̄as exponen-
tis illud Mat.7.In qua mēſura mē
ſi fueritis eadem remetietur vobis
dicit ꝙ appetitus voluntatis huma-
noꝛū oīm eſt menſura factoꝛuꝫ . Ad
hanc auctem rñdetur: ꝙ licet ſit mē
ſura non tamen adequate.

¶ Iā arguitur ratione contra eādeꝫ
opinionem ſic.ſi eſſent duo homīes
pꝛoijcientes duas ſagittas ex equa
li negligentia ex equali etiam cona-
tu quoꝛum vnus occidat hominem
et alius nō:iſti duo equaliter peccāt
ergo actus exterioꝛ non addit boni-
tatem vel maliciam ſuper actum in
terioꝛem:aſīs patet, dato oppoſito

